400 €
115

RC

169 h fol, 14 bca, 262 fol

Palau: 287946

Medina del Campo

*PRIMA PARS CONSILIORVM.*

# CELEBERRIMI, CONSVMMATISSIMIQVE IVRIS CONSVLTI, DOctoris Burgenſis Marci Salon de Pace (Regiæ Pincianę Cancellariæ cauſarum patroni meritiſsimi:) aptiſsimis Summarijs, & materiarum Indice illuſtrata.

*Nunc primum ad communem ſtudioſorum vtilitatem in lucem exeunt.*

Vt inſignis & armis interioribus locus pateat,



Hęc foras exeunt.

CVM PRIVILEGIO.

Methymnæ Campi, Excudebat Franciſcus à Canto.
M. D. LXXVI.

# El Rey.

POR quanto por parte de vos el Doctor Burgos de Paz, abogado en la nueſtra audiencia y chancilleria, que reſide en la villa de Valladolid, y vezino della: nos ha ſido hecha relacion, diziendo que el Doctor Burgos de Paz, vueſtro padre difunto, auia compueſto la primera parte de los conſejos, y porque hera muy vtil y neceſſario, nos ſuplicaſtes vos dieſſemos licẽcia y facultad para le poder imprimir y priuilegio por veynte años, o como la nueſtra merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro conſejo ſe hizo enel dicho libro la diligencia que la prematica manda fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon y nos tuuimos lo por bien: y por la preſente vos damos licencia y facultad para que vos o la perſona q̃ vueſtro poder ouiere para ello, e no otra alguna podays hazer imprimir y vender el dicho libro q̃ de ſuſo ſe haze mẽciõ, en eſtos nueſtros reynos y ſeñorios por tiempo y eſpacio de diez años que corren y ſe quentan deſdẽ el dia de la fecha deſta nueſtra cedula, ſopena que qualquier perſona o perſonas q̃ ſin tener para ello, vueſtro poder le imprimieren, o vendieren, o hizieren imprimir o vender pierdan toda la impreſsion que hizieren o vendieren y los moldes y aparejos della y mas incurran en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hizieren la qual dicha pena ſea la tercia parte para la perſona que lo acuſare y la otra tercia parte para el juez q̃ lo ſentenciare y la otra tercia parte para la nr̃a camara y fiſco, con tanto que todas las vezes que lo huuieredes de hazer imprimir durante el dicho tiempo de los dichos diez años lo traygays al nueſtro conſejo, juntamente con el original que enel fue viſto, que va rubricado cada plana y firmado al fin del de Iuan de la Vega nueſtro eſcriuano de camara, de los que reſiden enel nueſtro conſejo, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, y ſe os de licencia para lo poder vender, taſſando enel nueſtro conſejo el precio a que ſe vuiere de vender cada volumen: ſopena de caer & incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica y leyes de nueſtros reynos, y mandamos a los del nueſtro conſejo & a otras qualeſquier juſticias deſtos nueſtros reynos y ſeñorios que guarden y cumplan y executen & hagan guardar, cumplir y executar eſta nueſtra cedula y lo en ella contenido. Dada enel Scorial, a quatro dias del mes de Octubre. Año del ſeñor de Mil y Quinientos y ſetenta años.

Yo el Rey.

Por mandado de ſu Mageſtad.
Antonio de Eraſſo.

# ILLmo PARITER AC REVERENDISSIMO

*Domino D. Didaco Couarruuias a Leiua, Epiſcopo Segoniẽſi ſupræmi conſilii Præſidi maximo. Didacus Burgos de Paz Salon, Iuris ciuilis Doctor, perpetuam fælicitatam.*

GRÆCORVM *prouerbio a Ciconijs capto, mutuam gratiam parentibus referendam eſſe nos monuit antiquitas: nimirum quo ipſe a parente doctiſſimo cauſarumque patrono diſſertiſſimo educatus, edoctus, ac quaſi lacte materno in literario certamine nutritus, nominis ſui gloriam propagare ſtuderem. Erat enim ille (verbo abſit inuidia) qui multis ſeculis ſibi maiorem gloriam comparare potuiſſet, niſi præpopera & inſperata mors virum illum doctiſſimum (hoc eſt patrem meum) e manibus eriperet. Poſt alium, qui Tauri leges interpres in manibus cum maximo honore verſatur, hic liber plane poſthumus in lucem prodit: quo ille non modo in forenſibus negocijs verſatis, ſed etiam ius dicentibus aut e docentibus maximo ſit in pretio futurus. Quis enim me prohibeat de parente doctiſſimo mihique beneuolentiſſimo optime ſentire? Sed quid hæc mea pietas profutura fuiſſet? Quid nominis pariturum erat hoc præclarum opus? niſi tuæ, maxime quarum noſtra ætas tulit, authoritati dicaretur? Audebo igitur fretus librum hunc chariſſimi parentis in lucem emittere, quo in comperto ſit, non ſolum bonis auibus proditurum, quo multo labore fuerit comparatus, ſed quod tua hæc præclara authoritas illum, quocunque rapiatur, conſtantius tuebitur. Vale totius Hiſpaniæ decus, ac ornamentum.*

# AD LECTOREM.

SCIO ſtudioſe lector, quanto periculo fiat, vt qui nouæ cuiuſquæ rei author eſt, eam in vulgus edat, atque aliorum iuditio exponat, monitus excellentiſsimi pictoris exemplo, cuius opus vltra crepidam ſutor non veritus eſt taxare. Id ſi qua in re timendum eſt vel maxime nullibi magis quam in re literaria, quæ non tantum quot capita, tot quoque hominum admittit ſententias: ſed habet etiam (idque non raro) in eodem capite ſubinde diuerſas eiuſdem rei opiniones, ne dicam ſibi ipſis pugnantes, & omnino contrarias. Neque inter omnes humanas diſciplinas vlla magis huc atque illuc fluctuat, ventiſque opinionum iactatur, quam noſtra iuris prudentia, in qua (vel ipſis iure conſultis teſtibus) vix vlla deſinitio eſt, quæ ſubuerti non poſsit. Cui ingenito ac veluti natiuo periculo (ne dicam vitio) accedit, quod iura & fora tractantium alii ingenii amaritudine, alii lucri cupiditate, alii etiam affectuum illicebra allecti: quæ ſemel ac perpetuo conſtituta ſunt diſtorte interprætantes, prout cuique commodum eſt, ſibi perſuadent intelligenda, atque vtinam non etiam aliis. Ad extremum igitur eius periculi deuentum eſt, his qui noua iuris ſcripta in lucem edunt, ſciant quippe neceſſe eſt, futurum (iuxta Luciani verſiculum) vt quod tu admiraris, irrideat alius, Igitur eius periculi vel ſuſpicio, vel megis certus timor ab hoc incepto facilime deterrere potuit, ſi non exdiuerſo ad hanc editionem et offitij mei ratio & vtilitatis publice cauſa inpellerent. Debui enim paternæ pietati (quam propenſiſſimam viuente patre ſum expertus) olinxe curare ne eius ingenium et in forenſibus cauſis agendis ſumma dexteritas lateret, ſed potius doctis hominibus innoteſceret, & in pretio eſſet, ob id que in diurnam hominum memoriam propagaretur. Debui etiam publicæ ſtuſtioſorum hominum vtilitati hos literarios labores conferre, quibus iura tractantes rerum veritatem aſſererent, & ab errorum tenebris vendicarent, eam que ob rē nunquam deſperaui fore, vt tu lector gratiſſime animū noſtrū probares, & editionem noſtram boni eſſes conſulturus. Vale & fruere.

# Summarium ſuper Conſilio Primo.

1 *TESTAMENTVM a patre inter filios confectum, non eſt neceſſum, quod ad ſui validitatem, & ſolemnitatem (etiam quantum ad inſtitutionem, & legata) coram teſtibus legatur ex communi doctorum ſententia. Et ſi extraneorum teſtamenta de neceſsitate legenda ſint. & nu. 8,*

2 *Lex. 3. Tauri. (quæ habetur lib. 5. nouæ recopila. tit. 4. l. 2). non requirit, quod teſtamentum inter filios confectum corã teſtibus legatur.*

3 *Teſtamentum paternum ſat dicitur coram teſtibus lectum fuiſſe, cum ipſe pater coram ipſis teſtibus ſuam explicuit voluntatem.*

4 *Ponitur caſus, in quo teſtamentum etiã inter extraneos confectum non requiritur, quod coram teſtibus legatur,*

5 *Opinio Baldi in authenti. quod ſine. C. de teſta. & Ioan. Lup. de Pala. Rubi. in. l. 3. Tauri non eſt vera, nec tenenda. ex pluribus hic congeſtis.*

6 *Sufficit teſtes implicite de teſtantis ſcire voluntatẽ, & nu. 9. & in dicto nu. 6. deſcribuntur plures doctores, loquẽtes de teſtatore qui dixit, ſe inſtituere illum pro ſuo hærede qui fuerit per eum aßignatus, ſeu deſcriptus in ſchedula per eum depoſita apud guardianum.*

7 *Intellectus. l. iubemus. C. de teſta. & l. 6 tit. 3. parti. 6. dicentium, hæredis nomen proprio teſtatoris ore explicandum eſſe.*

10 *Alimenta ex quibus congrua dicantur vt regiæ facultati (de qua in caſu noſtro) ſatisfactum eſſe dicatur. Et in hoc conſilio nu. 12. tractatur, quid erit in dote ſtante dicta regia facultate ſeu renunciatione.*

11 *Filia dicitur congruenter dotata, cum a patre dotatur. Et inibi quando dos dicatur congrua. & nu. 12,*

13 *Pater (ex magis communi ſententia atque veriori) dotando filiam, & declarãdo quam quantitatem vult, quod imputet in bonis matris præmortuæ, non dicitur eam dotaſſe tantum de bonis ſuis proprijs, ſed etiam de bonis filiæ vſque ad quantitatem expræſſam.*

14 *Intellectus. l. fi. C. de dot. promi. & numero. 16.*

15 *Diſpoſitio dictæ. l. fi. C. de dot. promi. a iure communi exorbitat.*

# Primum Conſilium.

DEI optimi, maximiquè auxilio implorato, eiuſquè genitricis virginis Mariæ. In cauſa quæ vertitur inter donnam Mariam Suarez, vxorem Ioannis Solis extrenui militis Salamantini, & donnam Lucretiam Suarez eius ſororem. Ius dictæ donnæ Mariæ agemus: ad quod tria iure fundabuntur.

PRIMVM, teſtamentum à Chriſtophoro Suarez (prædictarum patre) editum ſolemne eſſe.

SECVNDVM, quòd pro alimentis ſecũdum regiam facultatem eidem Chriſtophoro ad maioricatum erigendum conceſſam, dictæ donne Lucretię conſtituendis ſufficiunt nouem mille aureorum, dotem ab eodem Chriſtophoro prædictæ Lucretiæ conſtitutam.

TERTIVM, quòd cùm tempore dictę dotis promiſſæ dictus Chriſtophorus expręſsim cauerit, ex dictis aureis duo millia dictam Lucretiam ex materna legitima percepturã, quòd in ea dẽ materna legitima ei ſunt imputãdã.

QVO ad primum breui id ſuade-
1 mus † quia dictum teſtamentum inter filios fuit confectum, quarè ipſum legi non fuit neceſſum: quaſi non videatur tunc imperfectum ratione voluntatis: & quaſi ſufficiat, quibuſcunquè indiciis cõſtare (et ſi extraneorum teſtamenta legenda ſint. ex tex. in.l.fideicomiſſa.§.quoties.& ibi glo.ff.de legat.3. & in.l.ſi is qui teſtamentum.& in.l.ex ea ſcriptura.ff.de teſtamen. cum alijs de quibus meminit Didac.Couarru.in capit.relatum.in.1.nume.11. poſt principium. verſi. oportet tamen expendere. de teſtamen.) ita probat tex.ſingula.in.l.fi.in verb. *Ceptum, neque completum.* C. famil. hærciſcum. & in.l.Lutius.ff.de teſtamen.mili. & priuatim ita tenet Bart.in.dicta.l.fideicomiſſa.§.quoties ad finem.& in.d.l.ſi is qui.ff. de teſta.col.2.verſi.quæro quid ſi teſtator et meliùs inibi Paul. Caſtren. colum. 1. verſicu.quàntum autem ad liberos.idem Barto.in.l.in teſtamento.ff.de fid. comiſ. libertat. Paul.Caſtren.in conſi. 25. ſuper eo quod quęritur. nume.2. libr.2. idem Paul.in conſi.374.viſis omnibùs. nume.1. in medio.lib.1.& Ioan. de Anan. in conſi. 57. viſis & conſideratis. colum. 2. per totam.& in verſi.& etiam diligẽter. vbi ait, ita omnes doctores firmare.idem etiam tenet Iaſo.in.l hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.nu.4. & inibi Curti. Iuni. nu.12. C.de teſta.Alex.in cõſi.105.ſuper his.nu.8 in fine.lib.7.quo in loco teſtatur, hoc eſſe doctorum commune placitum. idem Alex.in conſi.4.attentis. nu.13. eod. lib.7. moderni in.ca.cum eſſes. de teſta.Barba. in.c.relatum.in.1.col. mihi.45. verſic.nec obſtat cùm allegabatur.eod.titul. Iaſo.in conſi.61.conſulturus. nu.6.lib.1. & ſingulariter Guid.Pap.in.q.538.pactũ eſt. in verſi. ſed quid.idem Guid.pap.in conſi.234.nõ valuit.nu.8.verſi. ſed de voluntate. Deci. in.c.1.de fid.inſtru.col.5.nu.15.& Couarru. in.d.c.relatum.in.1.nu.11.verſi.ſecũda cõ-
cluſio. Quod nec † mutatum eſt.l.3. Tau 2
ri.(quæ habetur lib.5. nouæ re copil. tit.4. l.2.)vt illic Fuſius deſcripſimus.nu. 200.& ſequentib. quæ non de hac ſolemnitate agit, ſed de alia abſimili. & ob id ad hanc non eſt extendenda: etiam ſi maioritatis ineſſet ratio, cùm ſit correctoria. ex tex. in authenti.quas actiones C.de ſac.ſanct. eccle.& notiſsimis alijs.

QVÆ præcipuum hoc in caſu obtinent † ſiquidem idem Chriſtophorus co-
ram ipſis teſtibus ſuam explicuit volunta 3
tem: & ita nulla alia videtur neceſſaria lectio.

ctio. vt cōcludunt communiter dicti docto. & id conſtat ex traditis in dicta. l. hac conſultiſsima. §. per nuncupationem. & in. l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. de leg. 3. & 6. parti. tit. 1. l. 1. quia in hoc caſu tale teſtamentum non dicitur inſcriptis, ſed nūcupatiuum: & ideò non eſt neceſſe, quod legatur. ex prędictis. Et expræſsim ita tenet Carol. Ruin. in conſi. 12. ſuper iſto pūcto. nu. 15. & melius nu. 16. lib. 2. & in cōſi. 1. teſtamentum de quo agitur. nu. 21. eod. lib. 2 vbi ait, ita tenere Alex. in. d. §. ex imperfecto. et præter eum idem tenet Soci. in conſi. 142. reuerende. nu. 6. lib. 1. idē Soci. in conſi. 172. reuerende. col. 3. verſi. hoc etiā videtur decidere Bart. & in verſi. ſecundò principaliter. nu. 2. lib. 2. & idē conſtat ex Math. de Afflict. in deciſio. 143 vtrum teſtamentum. nu. 6. & 7. & Ioan. Ant. Rube. in conſi. 14. viſo teſtamento. nu. 7. Quin & fortiùs Carol. Ruin. in. d. cōſi. 1. nu. 21. & 22. tenet † quòd ſi ad teſtamē-
4 tum conficiendum tabellio à teſtatore nō fuerit vocatus, ſed ab alio cuius intereſt: & teſtator coram teſtibus ſuam expræſſerit voluntatem, quòd in tali caſu teſtamentum etiam inter extraneos legi non eſt neceſſum: ſed quòd ipſum teſtamentum probari tunc poterit per inſtrumentum à tabellione confectum. ex regula. l. in exercēdis. C. de fid. inſtru. Quibus & alludit, And. Piſ. & Nicol. Neapol. in. d. l. fideicomiſſa. §. quoties. ſententia, dicentium, quòd ſi teſtibus probatur teſtantis voluntas, quòd et ſi teſtamentum coram eis lectum nō ſit, nec publicatum firmū eſt etiam inter extraneos. quibus & conſentit Florian. ibidem col. 2. verſi. item quandò pars. & eos etiam ſequitur Couarru. in. d. c. relatum. in. 1. nu. 11. verſi. tertia concluſio. idē & tenet Cin. & Paul. Caſtrē. in. d. §. per nuncupationē. & Alex. in. d. §. ex imperfecto. col. 2. verſi. atamen magis placet. cum ſequentib. & inſignè etiam Paul. Caſtren. in conſi. 307. ad primum quæſitum. col. 2. num. 3. lib. 1. Carol. Ruin. in. d. conſi. 1. nu. 21. & 22. lib. 2. & ſat conſtat ex glo. in. l. hac conſultiſsima. §. at cùm humana. in verb. ſed quia. in fine. C. qui teſta. face. po.

NEC prædictis obſiſtit † Bald. ſententia in authenti. quod ſine. col. 2. verſi. at ex prædictis. cum ſequētib. C. de teſta. qua dicit, quòd ſi reperitur teſtamenti paterni ſchedula in tabellionis libro cōſcripta coram teſtibus minimè lecta, quòd etiam inter filios non probat. Ex qua ſententia Ioan. Lup. in. l. 3. Tauri. num. 10. ait, etiam inter filios neceſſe eſſe teſtamentum legi. Namquidem pleriquè Baldi ſententiæ aduerſantur.

Rurſum prædicta Baldi ſententia non obtinet, cùm talis ſchedula ſiue teſtamētum eſſet à teſtatore ſcriptum vel à tabellione, vel tertio teſtantis mandato, nam tunc vt teſtamentum nuncupatiuum valeret, vt nuncupatim tenet Paul. Caſt. in d. authenti. quod ſine. & ibi Iaſo. nu. 1. in fine. verſi. ego limito. & idem Iaſo. in cōſi. 155. in cauſa & lite. nu. 4. verſi. quòd iſtud procederet. lib. 4. poſt Imol. in. l. illa inſtitutio col. 6. verſi. iuxta prædicta ff. de hæred. inſt. & poſt Bald. etiā in. l. captatorias col. 3. ver. quintò quęritur. C. de teſta. mil. & Soci. in. d. conſi. 172. nu. 2. lib. 2. & idem Imol. in. c. cùm tibi. de teſta col. pe. verſi. quid ſi teſtator dixit. & ibidē Barba. col. mihi. 31. verſic. tangit etiam hic. quod in præſenti accidiſſe teſtibus conſtat.

Demùm ipſa Baldi ſententia nec locum habere poteſt, cùm cōſtiterit, teſtatoris fuiſſe voluntatem in ſchedula expræſſam, vt patet ex. d. l. fi. C. famil. hęrciſ. & in. d. §. ex imperfecto. & ibidem Alex. col. 2. & palàm Paul. Caſtren. in. d. l. ſi is qui. ff. de teſta. & Iaſo. in conſi. 68. viſo themate. col. 2. in fine. verſi. item ſi illa volūtas. lib. 1. vbi & ait, ita Imol. tenere in. c. 2. col. 8. de teſta. & in. d. l. ſi is qui. idem tenet Paul. Caſt. & Deci in. l. 2. nu. 7. C. de bon. poſſe. ſecund. tabul. cum alijs de quibus latè Iaſo. in. l. ait prætor. §. ſi iudex. nu. 3. ff. de re iudi.

QVID multa, & ſi prædicta minimè obtinerent (vt inficiamur) ſat eſſet conſtare, quòd prædictus Chriſtophorus dixe-

dixerit contenta in ſcriptura teſtamenti
coram teſtibus apparente, eſſe ſuum te-
ſtamentum & ſi aliter non fuerit lectũ vt
6 valeat vt teſtamẽtũ nũcupatiuũ † & ſuffi
cit, teſtes implicitè de teſtãtis ſcire volũ
tate. ex text. in. l. quem hæredi. ff. de reb.
dub. & in. l. ſi ita ſcripſero. & illic Bart. ex-
præſsè. ff. de cond. & demõſtra. cum alijs
inibi à Soci. citatis. idẽ tenet Bald. & An-
gel. in. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſti. & illic
Ioan. de Imol. col. 1. verſi. item nota quòd
in vna. Bart. etiam in. l. fi. per tex. ibi col. 2.
in fine. C. de fid. comi. Bald. in. l. captato-
rias. C. de teſta. mil. col. 3. verſi. quintò quę
ritur. Ioan. de Imol. in. d. l. illa inſtitutio.
col. 6. verſi. iuxta prædicta. & ſat quidem
probatur in. l. vbi autem. §. ſed qui vinum
& ibidem Paul. Caſt. in. d. §. ſed qui vinũ.
quem legit ſub, §. illud. & eſt in. 1. col. 1. ver
ſi. inducitur etiã hic tex. ff. de verb. oblig.
notat etiam Imol. in. c. cùm tibi. col. pe.
verſi. quid ſi teſtator dixit. de teſta. & ibi
Barba. col. 31. verſi. tangit etiam hic. & no
tant alij ſcribentes in. d. §. per nuncupa-
tionem. & ibi Paul. Caſt. col. 2. verſi. item
quid ſi dixit. idẽ Paul. in. d. authenti. quod
ſine. & in. l. hęredes palàm. in princip. col.
1. poſt principium. ff. de teſta. & nuncupa-
tim in propoſito tradit Alex. in conſi. 176
viſo proceſſu. col. 2. verſi. nec obſtat ſi di-
ceretur. cum ſequentib. lib. 5. & in conſi. 4
attentis. nu. 7. & ſequentib. lib 7. & in con
ſi. 76. ponderatis. col. 1. per totam. lib. 3. So
ci. in conſi. 142. reuerende. nu. 6. cum ſe-
quentib. lib. 1. & in conſi. 173 reuerende pa
ter. nu. 2. per totum. lib. 2. & hoc etiam ſin
gulariter proſequitur Iaſo. in. d. l. ait præ-
tor. §. ſi iudex. nu. 3. ff. de re iudi. vbi refert
Alex. dicentem ibi hanc eſſe opinionem
7 ſatis communem. Et ita † interprætan-
da eſt. l. iubemus. C. de teſta. & l. 6. titul. 3.
parti. 6. illi conſimilis. quæ ſtabiliunt pro-
prio teſtantis ore hæredis nomen expli-
candum: nam ſat eſt, proprio ore implici
tis verbis illum nominare, ex ſupra dictis
& alijs ſimilibus congeſtis à Card. Paul.
Pariſi. in conſi. 19. conſideratis. nu. 12. cum
8 ſequentib. lib. 3 Quæ præcipuùm † in
legatis obtinẽt. ex tex. in. l. nutu. ff. de leg.
3. & in hæredis inſtitutione etiam obti-
nent, in qua Bald. palàm loquitur in. d. l. ſi
ita ſcripſero. & expræſſè id etiam notant
Bald. Ang. Imol. in. d. l. aſſe toto. ff. de hæ-
red. inſti. idem Bald. in. d. l. captatorias. &
Imol. in. d. l. illa inſtitutio. colũ. 6. & Paul.
Caſtren. in. d. l. hęredes palàm. & in. d. §.
per nuncupationem. Alex. & Soci. in præ
dictis conſilijs. idem Soci. in. d. l. ſi ita ſcri
pſero. & Mathe. de Affli. in. d. deciſio. 143.
vtrum teſtamentum. nu. 6. & 7. & eſt do-
ctorum magis commune votum vt teſta
tur Cardi. Paul. Pariſi. in. d. conſi. 19. nu. 13.
& 14. lib. 3. vbi & ait, quod ita ſeruatur de
cõſuetudine. idem etiam tenet Ioan. An
to. Rube. in. d. conſi. 14. viſo teſtamento.
col. 2. nu. 7. per totum. & tenẽt alij plures
quos refert & ſequitur Iaſo. in. d. l. ait præ
tor. §. ſi iudex. nu. 3. ad finem.

QVÆ omnia (& præter iam dicta)
ex eo etiam ſuadentur † quia ſi teſtator 9
præſentem ſcripturam coram teſtibus
comparentem ſuum eſſe teſtamentum
edixerit, ſatis ſigno indubitabili ipſum hę
redem & proprio ore videtur nominaſſe.
ex tex. notab. in. l. quotiens §. ſi quis nomẽ
ff. de hæred. inſti. ibi. *Si quis nomẽ quidem
hæredis non dixerit, ſed indubitabili ſigno
eum demonſtrauerit, quod pene nihil a no-
mine diſtat.* Idem & conſtat in. l. nemo du
bitat. ff. eod. tit. facit etiam in propoſito
tex. in. l. certum. ff. ſi cert. peta. in verbis.
*Aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione,
quæ nominis vice fungitur.* Et facit tex.
in. l. nominatim. in. 1. ff. de manumi. teſta.
ibi. *Vel quolibet alio modo euidenter de-
notati eſſent.* Et pro his facit etiam glo.
receptiſsima in. d. l. iubemus. C. de teſta.
in verb. quenadmodum. & inibi Iaſo. &
docto. & quę Angel. dicit in. l. in fraudem
§. 1. verſi. in glo. 2. ff. de teſtam. mili. & quæ
ſancit tex. in. l. 1. tit. 1. parti. 6.

ET his primum abſoluitur dubium.

QVO ad ſecundum dubium breui
dicendum videtur † ſat congrua fuiſſe 10
alimenta prædictam dotem dictæ don-
næ Lucretię datam: & præcipuum quòd

dictus Chriſtophorus in dicto eius teſtamento alia quoquè legauit eidem donnę Lucretiæ. Quibus circunſpectis & dicti Chriſtophori bonis(alijs quæ tex. in.l. cũ vnus.§. alimentis.ff.de alim.& ciua.leg.& in.l. cùm hij.§.modus.ff.de tranſact.& ſimilia hac in ſpecie eſſe conſpicienda ſanciunt)nullus enim eſt qui arbitrari non valeat,dicta alimenta congrua eſſe.& his dictæ regiæ facultati ſatisfactum. Quod cõfirmatur ex ſingul.doctrina Bal.in authẽ. res quæ. C.commu.de leg.& fideico.co.3. verſi. quæro ſtatuto cauetur.vbi ſingulariter dicit in propoſito, quòd ſtante ſtatuto,quòd filia ſtante maſculo ſit dotanda, quòd ſi ſtatutum non taxet quantitatem (vt non ſit in dicta regia facultate) quòd ſatis eſt, vt ſtatuto pareatur, quacunquè dote filia ſit dotata.cuius Baldi doctrina maximè in caſu noſtro procedit, ex quo dicta donna Lucretia fuit dotata à dicto Christophoro eius patre:quia dĩ patre lex multum confidit,& quòd nõ accepit ma-
11 lum conſilium pro ſua filia † & ſemper præſumendum eſt,quòd filia ſit congruẽter dotata,cùm à patre dotatur.ex tex.in l.ſi furioſo puberi.verſi.fi.ff. de cura.furio. & in.l.nec in ea.ff.de adulte.& hoc in terminis Paul.Caſt.aduertit in conſi. 275.ſuper primo quæſito.nu.6.in.7. dubio.lib.1. quem ſequitur Curt.antiq.in cõſi. 44. ſtatuto.co.fi.verſi.nec de filiabus. & Alex.in conſi.33.videtur ſuper dicto.co. fi.in fi.lib. 4.& ſingulariter hoc proſequitur Iaſo. in conſi.231.iſti impuberes.nu.4. col.3. lib.2. & idem Iaſo.in.l.voluntatis.nu.2. in prin. C.de fideicomi. Deci.etiam in conſi. 26. & diligenter.co.2 in medio.& idem Deci.in conſi.89.viſo puncto.co.fi.verſi.ſecũdo quia.cum ſequenti.poſt Paul.Caſtr.in conſ.403.viſis & ponderatis.nu.2. lib.2.& latiſsime.Card.Paul.Pariſi.in conſ.26.pactum.nu.88.lib.3. & dominus Greg. Lup. in.l.8.in verb.a otro.co.2.in fine.tit.4. par ti.5. & alibi ſæpe traditur. & facit bonus text.in ſui ratione in.l.7. verſi. ca aſsi como.tit.18 parti.4. Et dicit notanter Soci.Iuni. in conſil. 67. prima præſentis.nu. 21.lib.2.quòd quantitas. 650. ducatorum dicitur plus quàm honeſtiſsima dos,habita conſideratione ad dignitatem & facultates parentum: & quòd tunc non poteſt conſiderari leſio enormiſsima. Et dicit etiam ſingulariter Bal.in conſ. 255. confirmans conſilium in fi.lib.2.quòd dos mille ducatorum re & fama eſt magna dos. Et facit quod tradit Paul.Caſt.in.d. conſ. 275.ſuper primo quæſito.nu.6.in fi.lib.1. Et dicit notanter Fulgo.in conſ.32. ex facto proponitur.col.2.verſi. & notandum. vbi ait, quòd dos mille ducatorum re & fama eſt magna dos.& Bal.& Fulgo. in dictis locis ſequitur Lauren.Silua.in con.2. circa primum.nu.39.lib.1.vbi & ait, quod dos ſcutorum triginta quatuor millia etiam magno principi conuenire poteſt. quod etiam late proſequitur Baeza in tracta.de non meliorandis filiabus ratione dotis.c.1. nu 9. poſt medium. Et præter eos facit quod dicit ſingul. Aym. Craue. in cõſ.11.tria principaliter.nu.15. &.16.vbi allegando Paul.Caſt.Bal.Corn.Deci.& alios concludit,quod quando ſtatutum excludit filiam † & mandat eam dote eſſe 12
contentam,quod tũc dicitur dos eſſe cõgrua,& ſi ſit minor legitima. Vbi & nu.16 dicit hoc maximè procedere extãte propria excluſione,proueniẽte ex facto proprio ipſius filiæ,ſe ipſam excludentis per ſuam renunciationem( quæ omnia menti tenenda ſunt, ſicut omnia quæ aureus ille doctor Aym. Craue. in ſuis operibus dicere conſueuit ) quæ & coadiubãtur ex pluribus quæ etiam in propoſito cõgerit Card.Paul.Pariſ.in.d. conſ.26. numer.93. cum ſequenti.lib.3.& Soci.Iuni.in.d. cõſ. 67.nume.48. cum ſequentib. lib.2. Et in præſenti caſu ſtante dicta renunciatione & dicta regia facultate non ſolum talis filia non poterit agere ad ſupplementum legitimæ.ſed nec ad ſupplementum congruæ dotis.& in ſpetie ita ex pluribus cõſuluit Deci.in.d.cõſ.89.viſo puncto.colũ. fi.verſ.ſolum aliud dubium.cum ſequentibus. Et ad prædicta aduertendum eſt, quod aliqui dicunt,tertiam partem legi-

timæ eſſe conſtituendam pro dote, vt dos congrua dicatur. vt tenet Matth. de Afflict. in conſti. Neapolit. lib. 3. rub. 18. de adiutor. pro mili. frat. nume. 4. Alij vero dicunt, hoc eſſe relinquendum iudicis arbitrio. vt tenet Cin. in authen. ſed quàmuis. C. de rei vxo. act. quem ſequitur Soci. in conſi. 57. in cauſa. nume. 31. lib. 4. in quo conſilio plura adducit ad hoc præſens negotium videnda. & adde videndum Pet. Pechi. in tractat. de teſtamen. coniugum. lib. 4. cap. 2. nume. 3. & 4. & Ioan. Lup. in rep. cap. per veſtras. de dona. inter virum & vxo. §. 22. nume. 3. in fi. Alij enim dicunt, congruam dotem eſſe vſquè ad integram legitimam. Et hæc eſt communis opinio ſecundum Deci. in dicto conſilio. 89. colum. fi. verſicu. ſolum aliud. & tradit copioſè Tiraquel. in. l. ſi vnquàm. C. de reuo. dona. in verb. ſuſceperit liberos. nume. 92. & ſequent. & alibi ſæpe has opiniones contrarias inuenietis. & circa ſuperiora videnda eſt Deciſio Rot. in nouis deciſio. 18. titul. de conſue. nume. 3. in fi. verſi. quid enim leg. lius. & nume. 7. verſicul. alia aditio. Et Deci. conſil. 5. & in conſi. 51. & in conſil. 180. column. 2. & faciunt quę tradit Guilliel. Benedict. in capit. Rainuntius de teſtamen. in verb. in eod. taſtamen. relinq. nume. 171. & plenius Guillielm. à Perno Syrac. in conſil. 11. ad primum. nume. 12. qui inuenitur in nouo volum. conſil. feudal. fol. 241. colu. 2. & Carol. Ruin. in conſi 27. nume. 10. lib. 3. & per totum. & videas etiam ſingul. deciſionem Afflict. in deciſio. 162. & in propoſito plura congerit Baeza de non meliorand. ratione dotis filiab. ca. 1. per totū.

QVO ad tertium, & in fauorem dictæ donnæ Mariæ conſulendum videtur, & dictam Lucretiam in maternam legitimam dictos duos mille aureos imputaturam. Si quidem hæc fuerit dicti Chriſtophori dotantis compertiſsima voluntas, quarè ab ea non videtur recedendum (& ſi paternum ſit offitium filiabus dotem conſtituere) ex tex. in. l. Continus. §. cùm ita. ff. de verbo obliga. Et quidem ſi. l. fi. C. de dot. promi. finalia verba (ſtudioſè expendamus, ſat prodit illa lex in fine † patrem expræſsè caue- 13
re poſſe, dotis partem filiam in matris legitimam computaturam. & in proprijs terminis ita tenet Soci. in. cap. tuę de ſpōſal. quem refert & ſequitur Iaſo. in. l. 1. ff. ſolu. matri. nume. 24. verſicul. adde quòd per illum tex. in fine. & inibi Soci. colum. 6. verſic. ex quibus etiam putarē & Rip. numer. 92. & prius Corne. in conſil. 16. in præſenti conſultatione. colum. pen. verſic. ſecundum etiam fundamentum. libr. 3. Ioan. Lup. de Pal. Rub. in relect. d. capit. per veſtras. de dona. int. vir. & vxor. §. 14. colum. 2. verſic. redeundo ad propoſitum ſecundum magnam impræſsionem. fol. 91. poſt Alexan. in conſil. 149. viſo themate. nume. 9. lib. 7. & Carol. Ruin. in conſil. 16. in ciuitate. nume. 7. libr. 3 Alciat. præſumptio. tracta. regul. 1. præſumptio. 26. in fine. nume. 6. vbi valdè coarguit Bald. Nobel. contrariam ſententiam tenentem. & palàm idem tenet Aym. Craue. in conſi. 84. magiſter. numer. 4. Soci. Iuni. in conſil. 44. retro actis. numer. 9. lib. 1. & idem etiam tenet Matthe. de Afflict. in conſtitu. Neapol. lib. 3. rub. 23. nume. 50. in fine. & Grego. Lup. in. l. 8. in verb. el padre. colū. 2. in princip. titul. 11. partita. 4. Et in hoc caſu hæc eſt veriſsima & communior ſententia attentis verbis finalibus dictæ l. fi. C. de dot. promi. Et ſi aliqui contrarium teneant.

NEC huic ſententiæ obſtat † diſ- 14
poſitio dictæ. l. fi. C. de dot. promi. ſiquidem (vt explicuimus) cùm de expręſſa patris contraria voluntate non conſtat, intelligenda eſt. vt inibi Bald. & docto. perpendunt. & aduertunt docto. ſupra proximè citati. & eiuſdem legis ita ſæpius competiunt.

Præterea in caſu dictę. l. fi. pater de bonis ſuis & maternis dotem conſtituit, quo in caſu aſsignari poteſt intellectus quòd ordine ſucceſsiuo dotantis verba

ſint

ſint explicanda, vt priùs in bonis parentis dos computatur: at ſecus erit, ſi explicitis verbis ille cõfundatur ordo: & vtriuſquè parentis bonorum dos eſt conſtituta. Vt ex iam dictis conſtat. Quæ maximæ & amplectenda ſunt, cùm vt docentes in dicta.l. fi. & in ſupra dictis locis dicant † quòd ipſius legis finalis ſanctio á iure communi exorbitat: quarè conſequens eſt, eam ad hunc caſum non trahændam.ex.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu. matrimo.cum ſua materia. Et ſi ſciam plerunquè in Pinciano noſtro regio prætorio aduerſus prædicta eſſe iudicatum. Ex iſtimarem tamen hanc eſſe rei veritatem. Et aliam limitationem † dictæ.l. fi. &. l. 53. Taurinarum conſtitutionem (quæ habetur lib.5.nouæ recopila.titul.9. l.8.) videre licet per dominum Didac. Couarru.à Leiua in.c.19.lib.3.varia. reſolu.nu.3.verſi.ex quo infertur. 16

QVIBVS & hoc primum conſilium abſoluitur, & de dictę donnæ Mariæ iure ſat conſtat.

Marcus Burgen.Salon de Pace.
legum Doctor.

# Summarium ſuper Secundo Conſilio.

1 *CASVS omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communi.*

2 *Permiſſum ad tempus, poſt tempus videtur prohibitum.*

3 *Limita cauſa limitatum producit effectum.*

4 *Electio datur teſtatori, & poſt eius mortem datur eius hæredi.*

5 *Donatio non præſumitur, & quælibet occaſio (& ſi leuis) ſufficit ad excludendam præſumptionem donationis. & nume.65.*

6 *In teſtantis voluntate præſumendo, ſubaudiri nihil debet.*

7 *Teſtatoris expoſitio omnibus alijs interpretationibus præponitur. & n.9. & 10.*

8 *Teſtator ſæpiſſime eius teſtamentum poteſt declarare.*

11 *Teſtatoris declarationi ſtandum eſt, & ſi ſit erronea.*

12 *Præſentia alicuius ex verbis ſcripturæ probatur.*

13 *Tacens & non contradicens conſentire videtur.*

14 *Teſtamentum a marito & vxore ſimul confectum poteſt a ſuperuiuenti pro eius parte reuocari. & plenius nu.16. Et nume.17. ponitur, quid erit, in maioratu a marito & Vxore ſimul confecto, cum ſequentib. Vbi & nu.21. dicitur, quid erit ſi ſuperuiuens aliquid conſequutus eſt ex bonis coniugis prædefuncti. & ſequentib. & nu.32. & 33.*

15 *Intellectus ad.l.17.Tauri.(quæ habetur lib.5.nouæ recopil.tit.6.l.1.) & ad.l.44 Tauri.quæ habetur lib.5.nouæ, recop.ti.*

7.l.

*7.l.4.*
19 *Teſtamentum principis conſenſu confectum, ad libitum reuocari poteſt ſine eius conſenſu.*
20 *Intellectus ad.d.l.44. Taur. quæ habetur in.d.lib.5.nouæ recopil.ti.7.l.4.*
22 *Teſtamentum quandocunque reuocari poteſt: etiam ſi ab hæredibus ſit approbatum. & nu.25.cum ſequentib. Vbi idem dicitur, etiam ſi pactum & iuramentũ in contrarium appoſitum ſit.*
23 *Regulæ tenaciter ad hærendum eſt.*
24 *Regulam pro ſe habens, dicitur ius certum habere, & ſuam intentionem fundare.*
25 *Regulæ indubio in hærendum eſt.*
28 *Iuramentum eſt acceſſorium contractus principalis.*
34 *Legatum agnoſcens, an videatur onus legato iniunctum acceptare.*
35 *Vxor etiam ſi ſit hæres defuncti mariti poteſt vẽdicare fundum dotalem a ſuo marito alienatum.*
36 *Hæres quando non teneatur adimplere factum defuncti.*
37 *Promitens aliquem hæredem inſtituere an ad id teneatur. & nu.38.*
39 *Pater non poteſt filijs ſuis adimere teſtamenti factionem: etiam ſi ob id eis aliquid relinquat.*
40 *Onus non reuocandi teſtamentum, an vere onus dici poſsit: etiam ſi ſit reciprocum.*
41 *Dolus non infertur ſcienti.*
42 *Teſtamentum non cenſetur contractus quim reuocari poſsit. & nu.46.*
43 *Pactum de futura ſucceſsione non tenet etiam iuratum: & ſi conſuetudine permiteretur.*
44 *Donatio omnium bonorum iure reprobatur. & nu.47.*
45 *Reſeruatio vſusfructus nõ facit, quod quis habeat facultatem teſtandi.*
47 *Baldi ſententia in.l.pro hæreditariis. col.fi. C. de hæred. act. qualiter intelligatur.*
48 *Donatio ſi non valet vt donatio inter viuos, debet fieri interpretatio, quod valeat vt donatio cauſa mortis, & e contra.*
49 *Donatio inter maritum & vxorem, patrem & filium, ſi non valet vt donatio inter viuos, valet tamẽ vt donatio cauſa mortis.*
50 *Teſtamentum habet tacitam conditionem, niſi a teſtatore reuocetur.*
51 *Semel reſeruata perpetuo durant reſeruata.*
52 *Reſeruatio conſeruat ius reſeruanti.*
53 *Limitatio facta in vna ſcriptura, ſemper cenſetur repetita. Et idem dicitur in pacto.nu.72. & .74. & .77. cum ſequen.*
54 *Confirmatio generalis non porrigitur ad id quod eſt ſpecialiter chaſſatum. & nume.55.*
55 *Generalis diſpoſitio non trahitur ad id quod in ſpetie prohibetur.*
56 *Genus ab ſpetie abrogatur.*
57 *Ius confirmanti ante reſeruatum, non tollitur per eius vltimam & generalẽ confirmationem.*
58 *Recedere quis non videtur a priori ſcriptura, per ſecundam ſcripturam per eũ confectam.*
59 *Scriptura vna per alteram declaratur. & nu.60.*
60 *Contrarietas euitanda eſt. & nu.66.*
61 *Diſpoſitionis declaratio ad diſponentẽ expectat.*
62 *Ratificatio vt noceat ratificanti, debet ratificãs legere ſcripturã, quam ratificat.*
63 *Lex de his.ff.de tranſact. procedit tam in contractibus quam in vltimis volũtatibus.*
64 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*
65 *Scripturæ conciliandæ ſunt. & nu. 66.*
67 *L. pacta nouiſsima. C. de pact. qualiter intelligatur. & nu.68. & .81,*
69 *Confirmatum in confirmante in eſſe videtur.*
70 *Expræſſum cẽſetur, quod veriſimiliter quis reſpondiſſet.*
71 *Stylus notariorum non conſideratur.*
74 *Reſeruatio ſemper cenſetur repetita in poſteriori ſcriptnra contractus. & n.88.*

75 *Maioricatus verba perpetuitatem deno tant.& nu.76.*

76 *Familiæ conſeruatio non poteſt in primis dari.*

77 *Conditio appoſita in prima ſcriptura, an cenſeatur repetita in poſteriori ſcriptura.& nu.78.*

79 *Contractus ſecundus cenſetur factus forma prioris contractus.*

80 *Iuramentũ habet vim clauſulæ derogatoriæ.*

82 *Clauſula derogatoria in cuius fauorem dicatur appoſita.*

83 *Tabellionis aſſertio multum conſideratur in explicanda ſcriptura coram eo confecta.*

84 *Scripturæ priuatæ veriſimile continenti ſtandum eſt.*

85 *Interpretatio facienda eſt in dubio contra producentem.*

86 *Interpretatio facienda eſt indubio, vt ſcripturæ concilientur.*

87 *Interpretatio facienda eſt indubio, vt reuocatio præcedẽtis ſcripturæ vel legis non cenſeatur.*

88 *Interpretatio facienda eſt, vt potius reſeruatio valeat quam pereat.*

89 *Interpretatio facienda eſt, quæ ineſt de neceſitate vel de veriſimilitudine.*

90 *Interpretatio faciendaeſt, qua diſponens minus obligatus maneat.*

91 *Interpretatio facienda eſt, vt ſpecies ſub genere comprehendatur, & ei non deroget.*

92 *L.veteribus.ff.de pact.qualiter intelligatur circa hoc, an interpretatio facienda ſit indubio contra contrahentem.*

93 *Confirmatio non extendit confirmatum nec eius naturam mutat.& nu.94.*

95 *Nominatio an fieri poſsit in vita concedentis alicui ius nominandi.*

96 *Licentia mariti qualiter dicatur in cõtractu vxoris interueniſſe. Et ibi cum ſequentib.nume. ponitur intellectus.l. 55.Tauri.quæ habetur lib.5. nouæ recopila.tit.3.l.2.*

97 *Licentia mariti in contractu vxoris nõ requiritur, quando mulier iurat contractum quem fecit.*

# Secundum Conſilium,

DEI optimi maximi, eiuſquè genitricis Mariæ ſuffragio primò poſtulato. In cauſa de qua nunc inter donnã Eliſabet Machuca actricem, & Marcum de Miranda reum, controuerſia eſt. Dicti Marci de Miranda ius varijs fulciemus rationibus.

ET illud in facto præfari oportet, quòd quædã Eliſabet Machuca iunctim cum eius marito teſtamentum edidit: in quo decreuerunt, quòd eorum ſuperuiuens vtriuſquè fruatur bonis, duasquè nominet perſonas matrimonio copullandos, quibus amborum bona iure maioratus poſt amborum vitam tribuantur: & quòd ſi nominatione facta ex nominatis alter obierit, quòd ille qui ex nominatis vixerit, aliam perſonam eligat, cuius adhæreat matrimonio. Contigit quòd prædicta teſtatrix, vt potè quòd prius dictus eius obierat maritus, Franciſcum eius cõſobrinum nominauit, vt tàm ſui mariti quàm eius bona maioricatus iure conſequeretur. Et quòd cùm dicta donna Eliſabet Machuca matrimonium contrahæret, tali tamẽ pacto, quòd ſi prædictus Fran

Franciſcus ea viuente ſine filijs decederet, illa iterum eligere valere maioricatus bona potiturum: & quòd dictæ dõnæ Eliſabet Machuca pro ſui mariti bonis ab eo quem elegiſſet certa daretur pecuniarum ſumma. Verùm poſtea aliam ſcripturam dicti Frãciſci fauore teſtatrix edit, qua inter viuos ex contratu prius teſtamentum cum eius marito confectum & maioricatum ibidem erectum pręſente dicto Franciſco cõfirmauit, illiquè ipſorum bonorum maioricatus puram fecit donationem, & quòd matrimonium cum dicta donna Eliſabet Machuca contrahæreț. Et exindè dictus Frãciſcus vita functus eſt, dicta donna Eliſabet Machuca viuente. Et poſt nuptias inter eos contractas, eamquè hęredem inſtituens: poſt hæc ſanè dicta teſtatrix dictum Marcũ de Miranda ad dicti maioricatus ſucceſſionem nominauit, teſtamentumquè cũ eius marito confectum abrogauit, illi pręcipiens, vt dictæ Eliſabet dictam quantitatem pecuniæ exſoluiſſet, & illi dictorũ bonorum dominium atquè poſſeſſionẽ tradidit. Et poſt hæc deceſſit teſtatrix.

EX quibus duo dubia ſuboriuntur.

PRIMVM, an dicto priori teſtament. dicta Eliſabet Machuca ius nominandi alium maritum habuerit.

SECVNDVM, an ex dicta ſcriptura tertio loco à dicta teſtatrice in dicti Franciſci fauorem edita (qua dictum prius teſtamentum eſt cõfirmatum) Frãciſcus ipſe dictorum bonorum ius habuerit, ita quòd dicta teſtatrix dictæ ſecũdæ ſcripturæ pacto ſiue lege frui nequiuerit, dictumquè Marcum nominare non valuerit: & ipſa Eliſabet Machuca bona etiam teſtatricis habere queat, prout dicti Franciſci hæres.

AD primum accedentes dubium, cõſtanter aſſerimus, dictam donnam Eliſabet Machuca dicto priori teſtamẽto ius ſuum ſuadere non poſſe. ex ſequentibus.

PRIMO, quia in dicto teſtamento caſus qui contingit, non quidem exprimitur: ſiquidem tunc alium maritum nominauit, & ius viduæ nominatæ tribuitur, cùm ambo teſtantes mortui fuerint: at non ſi ex teſtantibus vnus ſuperuixerit cùm nominata vidua efficiatur. & palam ex dicti teſtamẽti verbis hoc percipitur. Nec exiſtimandum eſt, quòd in tali caſu teſtantes voluerint, plus nominatum ſuperuiuẽtem habere, quàm teſtatorem tunc non mortuum. ex. l. præſes prouintiæ. C. de ſerui. & aq. l. Publius. §. fi. cũ ſua materia. ff. de cond. & demonſtra. & in. c. dilecti. de arbit. Et quia teſtamentum teſtantis morte effectum habere minimè debet: ſed eius confirmatur morte. c. cum marte. de celebra. miſſa. facit. l. donationes quas parentes. cum ſua materia. C. de donat. int. vir. & vxor.

PRÆTEREA cùm dictus caſus qui cõtingit, eodẽ teſtamẽto in cõtrarium minimè prouiſus eſt, confeſtim fit † in iuris communis diſpoſitione manere. ff. de libe. & poſthu. l. comodiſsime. 1 quæ & in caſu fortiori loquitur, ſiquidem ſanciat, teſtamẽtum de morte, vel de caſu poſt mortem agens minimè ad caſum in vita contingentem eſſe trahendum. ad quod eſt videndus Bald. in. l. fi. in medio. C. de poſthu. hæred. inſti. vbi & ad hoc allegat bonum text. in. l. alunne. §. fi. ff. de adim. leg. & faciunt quę ſimilibus in locis paſsim traduntur. Quibus & fauet, quia iure deciſſum eſt † permiſſum ad tempus poſt tempus prohibitum cenſeri. l. pa- 2 ter filium. §. fundum. ff. de leg. 3. l. cùm pater. §. à filia. ff. de leg. 2. & limitata † cauſa limitatum debet producere effectum. 3 ff. de adqui. re. domi. l. in agris. & . ff. đ pact. l. ſi vnus. §. ante omnia. cum alijs. His ſuffragatur, quia diſpoſitio de caſu ad caſum 4 nec de re ad rem extendi debet. l. fideiuſſores magiſtratum. ff. de fideiuſſo. quem ad hoc Bald. citat in. ca. 1. col. 1. in tit. qual. domi. à proprie. feud. priue. & Alex[illegible]. in conſil. 29. ponderatis verbis. numero. 3. cum ſequentibus. lib. 3. ſunt & aliæ concordantiæ de quibus meminit Tiraq. in tracta. de ceſſante cauſa. 1. part. nume. 142. cum ſequentib.

4 QVID plura, & in caſu omiſſo † te
ſtanti electio danda eſt, & poſt eius mor
tem hæredi eius. ff. de lega. 2. l. ſiquis
ſeruum. §. ſi inter duos. & facit in argumẽ
tum. tex. in. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam.
tute. & in l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. bonus
tex. in. l. 9. tit. 9. parti. 6. cum alijs. cui rei &
accedat tex. in. l. plerunque. cum ſua ma-
teria. ff. de iu. doti. Nec præſumenda eſt
5 † donatio. vt notiſsima concinunt iura.
de quibus ſingulariter in noſtro propoſi-
to meminit Aym. Craue. in conſil. 142.
Claudius. nu. 26. vbi plura in propoſito vi
denda citat. & tradit etiam Curt. Iuni. in
conſi. 56. præſuponitur. nu. 5. in princip.
Et ſufficit quælibet occaſio & ſi leuis, ad
donationis pręſumptionem abiiciendã.
ex. l. diſpenſatorem. ff. de ſolut. quam ad
hoc Bal. allegat in. l. 1. in princip. C. ad Tre
bel. & ita non quidem debet præſumi te-
ſtantem in dicto caſu nominato voluiſſe
donare, ſeu prædictam electionem con-
cedere: & à ſe ius tollere. Nec in teſtantis
6 voluntate præſumenda † ſubaudiri nihil
debet. ff. de manu. teſta. l. fi. cuius memi-
nit Bal. in conſi. 232. proponitur. col. fi. an-
te verſi. & vt melius. lib. 5.

SVPERIORA & ſuadentur,
quia dicta teſtatrix ſatis expręſſe dictum
caſum omiſſum ex dicti teſtamenti ver-
bis expoſuit in dicta ſecunda ſcriptura
7 † cuius teſtatricis gloſa & expræſsio om
nibus alijs interpretationibus præponi-
tur. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. de leg.
3. & ita expræſſe Bal. tenet in authen. niſi
rogati. col. 2. in fi. verſi. nam vbi teſtator.
C. ad Treb. poſt Iacob. Bello. ibi ab eo ci-
tatum. quibus & accedat. l. cõtinus. §. cùm
ita ff. de verb. obliga. cum ſuis vulgatis.
8 Teſtator enim † ſepiſsimè eius teſtamẽ
tum valet declarare. ex tex. in. l. hæredes
palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſtam. quam
ad hoc allegat Ang. in. l. quidquid aſtrin-
gende. co. 2. prope finem. ver. vnum adde.
ff. de verb. ob li. quæ prouiſio & teſtatoris
9 declaratio † quamlibet legis prouiſionẽ
ceſſare facit. C. de pact. cõuen. l. fi. &. ff. de
nego. geſt. l. Nenſenius. Et expræſſum ta
citum † ceſſare facit. ff. de vulg. & pup. l.
cùm ex filio. §. filio impuberi. vbi Bart. & 10
dictæ declarationi cùm ſit teſtatricis † & 11
ſi erronea fuiſſet, ſtandum eſt. ex text. in
l. quo loco. §. ſi iam mortuo. ff. de hæred.
inſti. & inibi glo. 1. Paul. Caſt. & docto. in
l. qui habebat. ff. de reb. dub. & alibi ſæpe.
Et ipſa teſtantis declaratio maxime obti
net in hoc caſu † quia dictus Franciſcus 12
præſens fuit tempore quo dicta ſecunda
ſcriptura fuit confecta. vt eius verba ibi.
*Que preſente eſtays*. Quibus verbis eius
præſentia probatur. l. 1. C. de contra. & co
mi. ſtip. melior tex. ad idem de iure in. l.
optimam. verſic. et ſi inter præſentes. C.
eod. tit, cui cõſimilis eſt de iure huius reg
ni in. l. 32. tit. 11. par. 5. ad idẽ eſt tex in. l. 68
tit. 18. par. 3. & ibi Greg. Lup. in verb. reci-
uiente. & hoc tenet Paul. Caſt. in. l. illud.
C. de ſac. ſanct. eccle. co. 2. in princip. poſt
Albe. in rub. C. loca. colũ. 2. in princip. &
Alex. in conſi. 177. viſis. nume. 3. in fine. lib.
7. & Boeri. in deciſio. .nu. 3. & cum fue-
rit præſens † eidem declarationi conſen 13
tire videtur. ex. l. qui patitur. ff. mand. cum
ſimilib. & nuncupatim ita Ang. declarat
& tenet in conſil. 185. ſuper hoc puncto.
per totum. & Stepha. Bertrand. in conſil.
156. ex themate. nu. 8. lib. 1.

PROINDE & ſi prædicta ceſaſ-
ſent (quæ non ceſſant) dicta Eliſabet iure
dictum ſuum teſtamentũ prius factum,
mutare potuit † & ſi eius cum marito cõ 14
fectum. ex tex. in. §. poſteriore. apud Iuſti
nia. quib. mod. teſta. infirmẽ. l. ſancimus.
C. de teſta. l. ſiquis in principio teſtamẽti.
ff. de leg 3. l. 21. &. 23. tit. 1. parti. 1. cum ſimi
libus. Quod & obtinet, & ſi teſtamentum
ex cauſa matrimonij oneroſa editũ fue-
rat † ex tex. notab. in. l. 17. Taurinarum 15
conſtitu (quæ habetur lib. 5. recopil. tit. 6.
l. 1.) in verbis, *Saluo ſi hecha la dicha mejo-
ria por contrato entre viuos*. Nempe quia
ſecus erit, ſi ipſum prælegatum in teſta-
mento fiat. & ſat conſtat ex Bal. in. l. cum
archimedoram. columna fi. verſi. vlte-
rius quæro. C. vt in poſſe. lega. & hoc
etiam probatur in. l. 44. Tau. quæ habe-
tur

tur lib.5. recopil.tit.7.l.4. in verbis. *Por contrato entre viuos*. Et ita intelligendæ ſunt dictæ leges Tau. quas ſic intelligit Greg.Lup.in.l.2. titul.15. parti. 2. in verb. *Mayoria*.col.fi.verſi.& nota.

SVADENTVR prædicta, quia iure optimo priuatim deciſum re-
16 perimus, teſtamentum † à duobus conſectum ab eorũ altero (quo ad ſua bona) poſſe reuocari.vt ſat quidem probatur in l.falſa.§.fi.ff. de cond.& demonſtra.ibi, *Atque ſi ſeparatim dixiſſet*. Idem & conſtat in.l. Lutius.§. Gayo Seyo. ff. ad Trebel.& ita in terminis Oldra. reſpondit in conſil.174. thema tale eſt.cui conſentit Ioan.And.in Specul. titu. de teſtam.§. in primis.colum.3.in additio.exordiente.§.1.in litera. m. & idem tenet Albe. in rub. C.de leg.in verſi.ſecunda quæſtio.Bal. & docto.in.l.cùm quidam.columna.penul. verſicul.& prędicta faciunt.C.de impub. & al.ſubſti.cum alijs de quibus Pet.Pechi.in tracta.de teſtamentis coniugum. lib.1.cap.18.numer.1. & ſequentib. & nos in.l.3.Tau.nume.1214.& ſequentib. & docto. communiter in.l. licet inter priuatos.C.de pact.quo etiam in text.hęc ſentētia probatur, nã ibidẽ duo milites eodẽ teſtamẽto voluerũt,quòd ſuperuiuens alterius rebus pociatur, & ait ille tex.placitũ illud in vltimã reſolui volũtatẽ & ob id Alex.inibi colu.2. cenſet, eorum quenlibet quoad eius bona illam diſpoſitionem poſſe abrrogare.cui ſentẽtiæ etiam docto. aſſentiunt in.l. patris & filij. ff. de vulg. & pup. & idem & ſingul. conſuluit Paul. Caſtr. in conſil. 253. circa primum quæſitum facit dubium.col.2. verſi.his tamen non obſtantibus.ſecundum antiq. impræſsio.quæ & confirmat inſignis tex. in.l.33.ad finem. titu.11. parti.5.& dictam ſententiam ex pluribus quoquè Hiſpanus noſter Rode. Suar. tenet in.l. quoniã in prioribus.C. de in offi.teſta.in.5. limita.char.mihi.73. col.4. verſi. ad prædicta facit. cum verſi. ſequentib. Quo in caſu in noſtris terminis Rode.ipſe hoc ad maioricatũ à marito & vxore ſimul editum ex pluribus notat.& à ſolo marito vxoreve † maioricatum quo ad abrogantis bo- 17
na abrogari poſſe deffinit.at quod & videre licet Tiraquel in tracta.de primogeni. q.68.char.408. apud finem. nume.1. cum plurib.ſequentib.vbi idem tenet.& idem etiam tenet in terminis maioricatus dominus Didac. Couarru.in rub. de teſtam. 2.part.nu.8.char.mihi.4.colũ.3.in fine. cũ ſequentib.vbi hoc hodie maximè procedere dicit in maioricatu,a trenta diſpoſitione.ll.Tau.permittentium, libere maioricatum a conſtituente reuocari poſſe. & nos etiam in rep.l.3. Tau.nu.1216.

Nec id quod inibi Rod. Suar. tenet † ex 18
l.neque fratris.C.de dona.cau.mort.in noſtro caſu obtinet,cùm hic agamus,quando duo pariter teſtantur, ſeu maioricatũ conficiunt.& pro prędictis bene facit tex. in.l.omnium.C.de teſtam.in verſi.nec ſane.in quo conſtat † teſtamentum etiam 19
principis conſenſu cõpoſitum, citra principis conſenſum à teſtatore poſſe reuocari.& ita teſtamentum cum alia perſona editum à teſtatore mutari poſſe. ſunt ad idem plures aliæ concordantiæ de quibus meminit dominus Couarru.in.2.par. rub.de teſtam.nu.2.&.3. Quòd & procedit non tãtùm in teſtamentis, ſed etiam in maioricatu condito facultate regia, nam ad libitum conſtituentis poteſt reuocari non obſtante dicta regia facultate de quo eſt caſus qui hoc ita determinat in.d.l.44. Tau.in princip.† quæ lex loqui 20
tur,ſiue melioria ſeu maioricatus fiat per viam contractus, ſeu vltimæ voluntatis. vt expræſsim ipſa met.l. 44. dicit. vbi Deo auſpice plura ſcitu digna dicemus. Et præcipuum omnia hæc locum habent in caſu noſtro, dictæ diſpoſitionis verbis penſitatis,quibus ſemper dicitur, illud teſtamẽtum eſſe,non vero contractum.

NEC his refragatur dicere † quòd 21
dictæ vxori teſtatrici maritus in prædicto teſtamento fructus ſua quæ bona ex eo tribuit, vt teſtamentũ ipſum minime abrogaſſet: & quòd illa fructus teſtantis quę hæreditatẽ recepit,& mariti hęre

dita

ditatem adiuit, & quòd ob id à mariti
placito recedere non potuit. Tum
quia, nulla ſunt verba quibus maritus
dictos fructus & bona dictæ ſuæ vxori cõ
ceſſit, ea in quàm lege quòd ſuum non
immutaret teſtamentum. Tum etiam,
quia et ſi verba in prædictis non defice-
rent, nihiloſeciùs teſtamentum à dicta
ſua vxore reuocari quo ad eius bona po-
tuit: & etiam ſi mariti adiſſet hæredetatẽ
& aſſerere contrarium communis iuris
regulę aduerſatur, ſiquidem iuris ſit notiſ
ſima regula, vſquè ad ouitum in omni ca
22 ſu † teſtamentum poſſe dirui. C. de te-
ſtam. l. ſancimus. de celebra. miſſa. c. cùm
marte. l. ſiquis in principio teſtamenti. ff.
de leg. 3. & tex. in d. §. poſteriori quoquè
teſtamento. inſti. quib. mod. teſta. infirm.
l. 21. in princip. tit. 1. parti. 6. cum ſuis ſimi
23 lib. notiſsimis. Cui regulæ † tenaciter ad
herendum eſt, ex quo de contrario nõ cõ
ſtat. vt traditur in. l. omnis diffinitio. ff. de
regul. iur. cum alijſquè imbi citat Deci.
24 col. 1. Et qui regulam habet proſe † dici-
tur habere ius certum, & ſuam intentio-
nem habere fundatam de iure communi
ſecundum Bart. in. l. quotiens. in fine. ff. ſi-
quis cau. Et dicit notanter Bal. in. c. 1. col. 2
verſi. de inde ſcias. in fine. de alie. iud. mu-
tan. cau. fact. quòd in dubio in herendum
eſt regulæ, & ſecundum eam iudicandũ.
ex notatis in. l. qui reſtituere. ff. de rei ven
di. probatur in. l. ab ea parte. ff. de probat.
& in. l. ſuusquoquè. ver. puto generaliter. ff.
25 dẽ hered. inſti. cũ alijs. His & alludit † quia
nullũ remediũ excogitari poteſt, quo te-
ſtamentũ irreuocabile fiat. vt in. d. l. ſanci
mus. & in. d. l. ſiquis in principio teſta. ff. dẽ
leg. 3. & ſimilibꝰ traditur locis. ad quòd eſt
optimus tex. in. l. 25. tit. 1. par. 6. ibi, *La vo-
luntad del hombre es de tal natura, que ſe
muda en muchas maneras. Y por ende nin-
gun hombre non puede fazer teſtamento
tan firme, que lo no pueda deſpues mudar
quando quiſiere faſta el dia que muera.*
26 Quòd & confirmatur † quia etiam ex-
preſſo pacto nemo reſtringi poteſt ad nõ
reuocandum teſtamentum. vt in. d. l. ſi-
quis in principio teſtamenti. & in. l. ſtipu
latio hoc modo concepta. ff. de verb. obli
ga. cùm alijs de quibus moder. in. l. nemo
poteſt. ff. de leg. 1. quòd & procedit † etiã 27
ſi in primo teſtamento appoſitum ſit iu-
ramentun, ſecundum glo. in. c. vltima vo-
luntas. 13. q. 2. notat Bartol. in. d. l. ſiquis in
principio teſtamenti. & cõmuniter doct.
in. l. 1. C. de ſac. ſanct. eccle. & in. l. ſiquis
pro eo. ff. de fideiuſo. & eſt communis ſe-
cundum Alex. in. d. l. ſtipulatio hoc mo-
do concepta. co. 2. verſic. item facit. ff. de
verbo. obliga. accedat. text. in. ca. non eſt
obligatorium. de regul. iur. in. 6. cum ſimi
libus † quia iuramentum eſt acceſſo- 28
rium ſcripturæ & contractui cui accedit
et ſortitur eius naturam. l. fi. C. de non nu
me. pecu. l. fi. ff. qui ſatiſda. cog. c. quemad
modum. de iur. iuran. l. 56. tit. 5. partit. 5. &
facit l. 27. in fine. titul. 11. ead. 5. partit. & re
gula text. in. d. cap. non eſt obligatorium.
Et prædicta. l. ſiquis in principio teſtamẽ
ti. in legatis tantùm loquitur, & pacto ir-
reuocabilia fieri non poſſe ibidem palam
ſtabilitur. quibus & fauet tex. in. l. pactum
quòd dotali. C. de pact. qua in lege non
erat pactum omnium bonorum, ſed eo-
rum partis. & abunde in caſu legati Curt.
Iuni. diſſertat in conſi. 56, præſupponitur.
col. 1. Si igitur expræſſo pacto non po-
teſt teſtamentum irreuocabile fieri, igi-
tur conſequens eſt, nec hæreditatis adi-
tione, nec fructum perceptione teſtamẽ
tum irreuocabile fieri poſſe. Quæ & ſua
dentur ex his quę Deci. coprosè congerit
in conſi. 488. in cauſa & lite. colum. 5. nu-
me. 18. cùm ſequentib. conſulens † quòd
etiam ſi ſcriptura à deſuncto confecta ab 29
eius approbetur hæredibus, quòd hęc ap-
probatio nihil operatur. ex pluribus ibi-
dem per eum recenſitis. & ibi. numer. 21.
ſatiſfacit. l. non dubium. C. de teſtam.
Quim & Ang. in conſil. 66. viſis dictis. co.
2. & fi. conſuluit † quòd & ſi dictum pa- 30
ctum arbitraria ſententia confirmatum
ſit, quòd nihilo ſecius teſtamẽtum eſt re-
reuocabile. Et pro his facit † quia nõ eſt a 31
liquis modus datus à iure, quo teſtamẽtũ

nõ

non poſsit mutari. vt conſtat ex pluribus traditis per Bart. in. d. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3. co. pe. & fi. & bene facit dicta. l. 25. tit. 1. parti. 6 vbi Greg. Lup. refert & ſequitur Bart. in. d. l. ſi quis in principio teſtamenti. Et faciũt per me tradita in. d. l. 3. Tau. nu. 1219. & ſequentib.

CONFIRMATVR hæc veritas
32 ritas † quia potius maritus eius bona fructus & hæreditatem vxori ex mutuo amore cõceſiſſe videtur, quàm ob id quòd teſtamentum non mutet. ex tex. in. l. 1. in princip. ff. de dona. int. vir. & vx. cum ſuis ſimilib. & in terminis ita tenet Corne. in conſil. 159. in hac præſenti co. 1. verſi. quibus tamen. lib. 4. & expræſsius hoc tenet Alcia. in. d. l. licet inter priuatos. C. de pactis. co. 2. ante fi. verſi. ſed quid ſi alterum. & in noſtris terminis idẽ conſuluit Paul. Caſtren. in conſi. 243. circa primum dubium (ſecundum antiquam impreſsionem) col. 2. verſi. his tamen. cum ſequentib. qui ad hanc cauſam videndus eſt. & ſat probatur in. l. 1. §. ſciendum. C. de rei vxo. act. & in. l. ille autem. ff. de hæred. inſti. & facit tex. ſingul. ĩ. l. nec adiecit. ff. pro ſot. & his accedant quæ Ioan. de Imol. co. 3. & docto. notant in. c. officii. de teſtam. & videre licet tex. in. l. libertis libertabus què. in princip. ff. de alim. & ciua leg. & in l. eũ qui kalendis. §. fi. prope fi. ff. de verb. oblig. Vehementius & hęc vrgent † quia
33 onus non reuocandi teſtamentum, iure ſubuertitur. ex. d. l. pactum quod dotali. cum alijs ſupra adductis. ne teſtandi libera abiiciatur voluntas (ex notiſsimis iuribus) quæ nullo modo reſtringi valet. ex l. ſi fratres. §. idẽ reſpondit in. 1. ff. pro ſot. Quo fit, prædictam vxorem et ſi prædictam hæreditatẽ adierit, fructusquè perceperit, non eſſe extimandum, non reuocandi teſtamentum onus (et ſi fuerat adiectum) acceptaſſe. vt probatur in. l. vxorem. §. hæres. vbi eſt bona glo. ff. de leg. 3. & in. l. ſi quis. in. 2. ff. de cond. inſti. & in. l. conditiones. ff. eod. tit. & ſat expræſsim Bald. in. l. ſi quando. §. & generaliter. col. 2 C. de inoffi. teſta. et ibidem Paul. de Caſt. colum. 2. poſt medium. Bald. notabiliter in conſi. 161. quidam Mechus. in finalibus verbis. lib. 2. vbi ſingulariter conſuluit in propoſito, quòd licet verum ſit † quòd 34
ille qui agnouit legatum, videatur agnoſcere onus legato impoſitum. ex. l. imperator. §. ſi centum. ff. de lega. 3. & alijs de quibus ibi, quòd hoc eſt verum, quando iſtud onus de iure potuit apponi: ſecus tamen eſſe dicit, ſi de iure apponi non potuerit. ex. d. l. vxorem. §. hæres. vt eſt in caſu noſtro, in quo etiam ſi expræſſe apponatur, onus quod ſuperuiuens qui acceptauerit ipſum fructum vel hæreditatem, non poſsit reuocare teſtamentum ſuæ partis, quòd nihilominus et ſi hoc legatum acceptet, non tamen viſus eſt acceptare illud onus, quòd non poſsit ſuum teſtamentum reuocare: cùm ſit contra bonos mores, & contra omnes iuris diſpoſitiones. Vt ex iam dictis & ex infra dicendis ſatis conſtat. Et Bald. in dicto conſi. 161. refert & ſequitur Aym. Craue. in conſi. 200. auus habens. num. 5. vbi & ad hoc allegat tex in. l. dotale. §. fi. ff. de fund. dotal. quẽ tex. pro ſingul. notat ibi Aym. ad hoc † quòd vxor adiens hæreditatem 35
mariti, poteſt vendicare fundum dotalem à marito alienatum contra prohibitionem legis. cuius rei & vltra prædicta eſt tex. in. l. ſi quis cum quem. ff. de condi. & demonſtra. quem Guid. Pap. in ſingul. 812. hæres. in princip. ad hoc expendit † quòd hæres defuncti voluntatem 36
iuri aduerſam adimplere ne quaquàm ob noxius eſt. Cuius tex. ponderanda ſunt ſingularia verba ibi. *Quotiens contra legẽ nihil ſit futurum.* Idem et probat textus notabil. in. l. 24. in fine. titu. 19. partita. 5. in verbis. *Todos los pleytos derechos*, Quaſi ſecus ſi non eſſent facta defuncti ſecundum ius. ex ſupradictis & infra dicendis. Eadem ſententia & inſtruitur ex tex. ſingul. in lege cùm donationis. C. de tranſact. qua ſtabilitur † quòd ſi alicui ex trãſ- 37
actionis cauſa remiſio fiat ea in quam lege, vt ille cui ipſa remiſio fit, hæredem Titium, in ſuis bonis efficiat,

quòd

quòd et ſi remittens ex parte ſua ad impleuerit, ceſisquè bonis pociatur, quòd ille cui remiſsio ſeu ceſsio fuit facta, non quidem tenetur Titium hæredem instituere: quia aliàs ſibi teſtandi libera facultas ſublata eſſet. Quod dici nō debet, neque permitti ex dictis iuribus. Et ex tex. in. l. teſtamenti factio. ff. de teſtam. his & accedat tex. in. l. ille autem. ff. de hæred. inſti. & quod glo. inibi et Bald. finali verſiculo ex eo cēſent, inquit enim ibi Bal. quòd
38 † ſi duo ad inuicem ſe hęredes inſtituere cauerint, quòd et ſi vnus alium inſtituens ex ſua impleuerit parte, quòd alter (licet hæreditariis bonis pociatur) alterum hęredem inſtituere non tenetur abſquè vllo metu penæ. Quod etiam tenet idem Bald. in. l. 1. C. de his qui penæ nomi. co. 9. verſi. 8. quęritur. Et ideo non in eleganter Fulg. conſuluit in conſi. 87. col. 2. verſi. ad quæſita † quòd etiam pater ſuis filiabus
39 non poteſt adimere teſtamenti factionē et ſi ob id eis relinquat legata. ex. d. l. teſtamenti factio. ff. de teſtam. Et concludit etiam ibi, quòd non obſtante tali pactione ipſæ filiæ de ſuis bonis propriis teſtari poſſunt. Et idem tenet Claudi. in. d. l. licet inter priuatos. co. fi. in fine. C. de pact. vbi et allegat Bald. Imol. & Cuma. in. d. l. illa inſtitutio. idem et conſuluit Ang. in conſil. 57. domina Andrea. co. pe. verſi. ſecundo videndum eſt. vbi ſingulariter loquitur in propoſito. Et Ang. refert & ſequitur Alex. in conſi. 155. col. 1. lib. 2. quem etiā ſequitur Curti. iuni. in conſi. 150. præſuppónitur. nu. 8. cum ſequentib. co. pe. & in his terminis prędicta omnia ſingulariter determinat Paul. Caſt. in. d. cō. 243. circa primum. col. 2. ſecundum antiquam impreſsionem. qui notanter loquitur. Et plenius Corne. in. d. conſi. 159. col. 1. lib. 4. qui ad hanc ſpeciem videndus eſt.

NEC perpendendum eſt, & ſi dicatur ex. l. de fideicomiſſo. C. de tranſact. &
40 l. ſi pater puelæ. C. de inoffi. teſta. quòd † dictum onus non reuocandi teſtamentū onus verè dici ex eo non valet, quòd & poterat contingere, quòd prædicta vxor marito ſuperuixiſſet, & maritus oneratus ad teſtamentum non reuocandum remaneret. Tum quia, dictum onus (vt explicuimus) iuri obſiſtit, vt pote quòd teſtamenti factionem liberam tollit. Tū etiam, quia ob id quòd onus reciprocum eſſet, non eſt grauamen, cùm eius viciſitudinem habeat. vt ait glo. in. d. l. licet inter priuatos. in verb. mortis cauſa. in fine. C. de pact. & inibi Iaſo. nu. 15. verſi. 2. habes. & eſt tex. optimus in. d. l. licet inter priuatos. & in. d. l. 33. tit. 11. parti. 5. illi conſimilis. & glo. in. d. l. inter priuatos. Cōmēdat etiā ad hoc Sali. in. d. l. fi. C. de pact. col. pe. verſi. iuxta hoc quæro. in medio.

VERVM nec dici poteſt, maritum deceptum fuiſſe, ex quo eius vxor ſuum mutauit teſtamentum † ſiquidē 41
ſcienti non inferatur dolus. ex. d. l. cùm donationis. C. de tranſact. & ſimilib. ſciebat ſcireque maritus tenebatur, vxorem ſuum teſtamentum reuocare poſſe. & ad hanc ſolutionem eſt tex. optimus in. d. l. licet inter priuatos. & in. d. l. pactū quod dotali. cuius meminit Bald. in. d. l. cùm archimedoram. col. fi. verſi. vlterius quæro. C. vt in poſſe. leg. & in noſtris terminis ſic tenet & conſuluit Paul. Caſtren. in. d. conſi. 243. col. 2. in medio. ſecundum antiquam impreſsionem. Hiſce verbis loquens. *Nec obſtant allegata in contrariū: quia potius ſe decepiſſet dicta vxor, ſi hoc credidiſſet, quia non reuocaret, cum ſcire debuit, irreuocabilia eſſe legata de ſui natura: vnde hunc caſum euenire poſſe proſpicere debuit. l. ſi quis domum. §. 1. ff. loca. ſi ergo non proſpexit, ſe ipſam circunuenit.* Hactenus Paul. Caſtr. quod etiam tenet Corne. in. d. conſi. 159. col. 1. & ſingulariter Alcia. in. d. l. licet. inter priuatos. co. 2. ver. ſed quid ſi alterū pæniteat. cuius ſunt verba. *Nec prouabiliter quiſquā allegaret nō extimaſſe, vt alter pænitentia duceretur: cum huiuſmodi voluntates ambulatoriæ ſint, debeatque vnuſquiſque id prouidere.* Hactenus Alcia. vbi ſupra. Et ſi contrariū ex pluribus videatur fundare Pet. Pechi. ī d. ſuo tra. de teſt. cōiu. lib. 1. c. 18. n. 2. & ſeq.

Quid

QVID plura, & ſi expræſsim dicti
teſtantes voluiſſent, non reuocare dictũ
42. ſuum teſtamentum, non obid † ipſum
teſtamentum contractus cenſeretur. vt
conſiderat. Curt. Iuni.in.d.conſi.56.nu 4.
&.5.verſi.ſed quia. Quim & ſi fuerat cõtra
ctus inter priuatos, non ualuiſſet, nec poſ
ſent dictus maritus, & vxor teſtantes, pa
cto conuenire, quòd ſuper viuens omnia
43. bona conſequeretur. cum ſit pactum †
de futura ſucceſsione querenda. & con-
ſequenter inducat votum captandæ mor
tis. & ſic ſit contra bonos mores. ex.l.pa-
ctum quod dotali.C.de pact.& .l.cum do
nationis.C. de tranſact. l. ſtipulatio hoc
modo cõcepta.ff.de verb. obliga. & in.d.l.
licet inter priuatos C. de pact.&.l. hære-
ditas .C.de pact.conuen. & in.l.33. pleio.
titul. 11. parti.5. cum alijs. et in terminis
quòd tale pactum non teneat de iure, etiã
ſi in eo appoſitum ſit iuramentum, & etiã
ſi tale pactum, conſuetudine permitere-
tur, tenet eleganter Abb.in conſi.48.augu
ſtinus.col.2.verſi. ſed his non obſtantibus
lib.2.& Iaſo. in conſi.87.cõſultus.nu.3. lib.
1. vbi notabiliter loquitur ad caſum no-
ſtrum. quibus & accedat quod notabiliter
Oldra. conſuluit in conſi.174. thema. per
44 totum. Et eo præcipuum † quòd omniũ
bonorũ donatio alias fuiſſet. quæ iure re-
probatur. ex.l.69. Tauri (quæ habetur. lib.
5 nouæ recop.tit.10.l.8.) bonus etiam tex.
in propoſito. in. d.l. hæreditas .C. de pact.
conuen.& facit tex.in.l.omnes.§.lutius.ff.
quæ in fraud.credi.cum alijs đ quibus De
ci.in.l.fi.C.de pact.col.9.ver.in tertia quæ
ſtione.& tenet expreſſe Suar.in.l.quoniã
in prioribus.C de inoffi.teſta.in.5.limita.
co.15 verſi. Sed videtur. & Pet. Pechi.in.
d. eius tracta. mariti et vxo. lib.1.c.18.nu.
4.in fine. Quim & ipſo teſtamento con
ſiderato, eſſet etiam futurorum bonorũ
donatio.quæ iuribus notiſsimis improba
tur. adeo quòd plerique iuris doctores
hoc tenuerunt, etiam quando vſus fru-
ctus à donante reſeruatur. quia reſeruatio
45. † vſus fructus, non facit quòd quis habeat
facultatem teſtandi. vt in terminis conſu
luit Paul. Caſtren.in conſi.75. notandum
eſt. nu.2.col.2. verſi. ſed quantum. lib.2.
quem refert, & ſequitur Deci.in.d.l.fi.C.
de pact. col.pe.verſi. ſecundo fallit. & ibi
etiam Curt. iuni.nu.58.& .59. poſt alios il
lic ab eis relatos. & idem etiam tenent
plures alij de quibus memor eſt. Couarru
bi.in c.12. per totum.lib.3. varia: reſolu. &
Aym. Craue.in conſi.222.viſo.nu.3.& ſe-
quentib.lib.2.& inibi nu.10. ponit diſtin-
ctionem in hac materia.

VERVM, nec adſeri poteſt, dictũ
teſtamentum † in contractum tranſiſſe, 46.
eo quòd conuentum inibi videtur, quòd
ſuper viuens vſu fructu bonorum alterius
fruatur. Si quidem omnia ibidem ex te-
ſtamento ſunt cauta. nec reperiamus le-
gem, qua ſit ſancitum teſtamentum in
contractum reuerti, vtquoqúe Paul. Ca-
ſtren.& alij iam relati cenſent. Et ſi ad
inueniamus, contractum in teſtamentũ
quandoquè reſolui. vt conſtat in.d.l. licet
inter priuatos. & inibi Bart. Angel. Salic.
& docto. & expræſsim Lancelot. & Clau
di.col.fi.verſi.in glo.finali.qui inibi dicunt
teſtamentum nunquàm reſolui in con-
tractum. ſi quidem in habentibus ſin uolũ
tantum, facilis eſt tranſitus.vt.ff.de rei vẽ-
dica.l.in rem.§. item quecunqué. cum a-
lijs.

NEC denique, prædictis obſtat. 47.
Bald. ſententia † in.l.pro hereditarijs.col
fi. in fine. verſi. dubitari tamen poſſet.C.
de heredita.act.dum reſpondit ad.l.ſeya.
ff.de dona.cau.mort.

Tum quia Bal.non loquitur in teſtamẽ
to, ſui natura reuocabili, quia tunc, etiam
ſi fiat cum tertio, & ex cauſa honeroſa, re 48
uocari valet. ex.d.l.17. Taurinarum, regia
rumquè conſtitutionum.

Tum quia, nec Bald. loquitur, cũ expreſ
ſim donatio cauſa mortis fit( vt in noſtro
cõtingit caſu) vt palã Alex.tenet.in.l.quæ
dotis. col.3. verſi. tertio prædicta. ff.ſolu.
matri. & idem conſiderant doctores in
prædictis locis. & Couarrubi. à Leiba. in
rub.de teſtamentis.2. parte. nu.8.& idem
conſtat ex traditis per Paul. Caſtren. in

conſi.164. in præſenti cauſa quæ vocatur maioriæ hiſpalenſis. col 7. verſi.item nõ obſtat.l.ſeya.lib.2.

Tum etiam, quia, Bald.loquitur aduerſus dictam.l.ſeya.in qua concurrebat perſona, cuius intererat, donationem non reuocari.& ob id Alex.in dicta.l.quæ dotis.col.3.in dicto verſi.tertio prædicta.in fine.dictam Bal.impugnat ſententiam.

Tum quia, Bald.non loquitur, quando diſpoſitio, cõuentio qué, omniũ bonorũ eſt.(vt in præſ enti caſu) quo in caſu talis donatio nullo modo dici debet inter viuos, ſed potius ex cauſa mortis facta.& per conſequens dicendum eſt.quód libere potuit reuocari. ad quod in terminis eſt ſingularis doctrina Paul. Caſtren. in conſi.75. notandum eſt. col. 2. verſi. tunc autem.cum ſequentib.lib.2.vbi notanter conſuluit, quod ſi quis donauit omnia ſua bona, quæ habet, & habiturus eſt vſquè ad mortem, cum promiſsione, de non reuocando, quod tunc, non habebit locum diſpoſitio.l. vbi ita donatur.ff. de dona. cau. mort. exquo donatio omnium bonorum, præſentium, & futurorum, non valet. ex.l.fi.C.de pact. ſed dicit ibi Paul. Caſtren. quòd tunc, talis donatio erit iudicanda donatio cauſa mortis. vt actus magis valeat, quàm pereat. ex.l. quotiés ff.de verb.obliga.&.l.quotiens.ff. deregul. iur. & facit, quia quis non preſumitur, elegiſſe viam, per quam impugnetur iuditium ſuum. ex.l. miles qui deſtinaberat. ff.de teſta. mil. & in.l. quàmquàm.C. eod. tit. & Paul. Caſtren. refert & ſequitur Barthol Soci. in conſi.130. viſa contingentia facti. col.3. nu. 7. lib.1. & Math.de Afflct. in deci.338. nobis Petrus. nu. 6.& Aym Craue in conſi.52. quitatio facta.nu.4.& pleniùs idẽ Aym.in conſi. 138. Titius promiſsit.nu.10 qui docto. etiam loquuntur, quando præter pactum de nõ reuocando, eſt appoſitum iuramentum

48. Quod & confirmatur, quia quando dubitatur, an donatio ſit inter viuos, † vel cauſa mortis, tunc talis interpretatio facienda eſt, quòd ſi non poteſt valere in vim donationis inter viuos, valeat in vim donationis cauſa mortis, & écontra ita per plura concludit Corne.in conſi.259.dicta diſpoſitio. col. 4.verſi. aduertendum tamẽ eſt.lib.4. cum alijs de quibus Aym. Craue.in.d cõſi.52.nu.4.vbi & dicit, quòd ſi verba donationis ſonent inter viuos, quæ tamen vt inter viuos valere non poteſt, ſed ſolum, vt donatio cauſa mortis, quòd tunc vt donatio cauſa mortis, iudicanda eſt. ad quod vltra Soci.& alios alegat Bal. in conſi.108. domina Ioanna.col. fi.nu. 9. lib.3. et ita conſtat, quòd cùm ſit donatio cauſa mortis, potuit reuocari.

Tum etiam, & contra Bald. eſt caſus notabilis.in.l apud Celſum.§. Iulianus.ff. de except. dol. vbi probatur, quód donatio † facta coniugi ab infirmo, ſine mentione mortis, exquo non poteſt valere, vt 49. donatio inter viuos, quòd valet in vim donationis cauſa mortis. quem tex.alegat ad hoc pro ſingulari Soci. in. d conſi. 130.nu.6.in fine.& nu. 7. lib.1. & eſt ratio, quia licet donatio inter viuos, ab vno ex coniugibus, alteri facta, legibus reprobetur, (vt ſunt iura notiſsima) bene tamẽ inter eos valet donatio cauſa mortis: cùm morte donantis confirmetur. ex.l. donationes quas parentes.cum ſua materia.C. de dona. int. vir.& vxo.Et ideo hæc donatio inter coniuges facta, iudicari debet, donatio cauſa mortis, vt efectum ſortiri poſsit. cùm interpretatio fieri debeat, vt actus valeat omni meliori modo, quo valere poteſt, potiùs quàm pereat. ex ſupra dictis.ad quod et Soci. ibidẽ alegat Bald. in quodam conſil. de quo inibi memor eſt.dicentem, quòd ſi quis donat filio ſuo impoteſtate poſt mortem, cum hoc pacto, quòd non poſsit reuocari, quòd ex quo, vt donatio inter viuos, non poteſt valere, quia facta inter patrem, & filium, quód tamen exquo fuit facta filio, valet in vim donationis cauſa mortis. Et per conſequens conſtat ex omnibus prædictis, quòd potuit ad libitum reuocari.cũ donatio cauſa mortis, ſui natura, ſit reuocabilis.vt ſupra late oſtenſum fuit.

Si

SI igitur, teſtamentum prædictum
mutare potuit dicta teſtatrix, bene ſequi
tur, ꝙ & ſi dictus caſus omiſus nõ fuerit,
potuit à dicta teſtatrice reuocari. & dictã
nominationẽ ĩ dicti Mar. fauorẽ cõficere

CETERVM, & omnia quæ di
ximus, ex eo probantur, quia in dicto prio
ri teſtamento contenta, tacitam habent
† iuris conditionem, niſi à teſtatore abr
50. rogentur, & ab eo fiat aliud ſecundum te
ſtamentum. quod probatur ex tex. in .d.
§. poſteriore quoquè. inſtitu. quib. mod.
teſtamen. infirmen. & in .d. l. ſancimus.
C. de teſtamen. cum alijs ſupra citatis.
quod expræſsim ita Deci. ad notat. in con
ſi. 475. in cauſa quæ Mantuæ. nu. 2. vbi &
ad hoc, refert Angel. in conſi. 159. Corra
dus. col. 2. verſi. teſtamentum enim. qui
hoc recte dicit. ſunt & aliæ cõcordantiæ
de quibus meminit Card. Paul. Pariſi. in
conſi. 34. ad reſolutionem. nu. 56. lib. 2.

ET his primum abſolbitur dubium

QVO ad ſecundum etiam dicimus
ex dicta tertia ſcriptura, dictum Franci
ſcum ius plenum ita adquiſiſſe, quòd po
tuerit dictam Eliſabet Machuca in bonis
dictæ teſtatricis, heredem facere. abſquè
eo, quòd dicta teſtatrix, dictæ ſecundæ
ſcripturæ legis ſeu pacti, vti non potue-
rit. & dictum Marcum ad ſua bona nomi
nare. vt ea iure maioricatus habeat, & ſi ĩ
dicta tertia ſcriptura, cõfirmatũ fuerit di
ctũ primũ teſtamẽtũ & hoc cõſtat ex ſeq.

PRIMO, quia vt dictum eſt, in
dicto teſtamento non datur dictæ Eliſa-
bet Machuca, nec dicto Franciſco eius
ſponſo, ius nominandi, dicta teſtatrice
viuente, quare conſequens eſt, dictam
teſtamenti confirmationem, ad dicti te
ſtamenti verba, minime extendiſſe. vt
eſt tex. notabilis. in .l. Aurelius .§. teſta-
mento. ff. delibe. lega. & inibi Alberi. no-
tat. & Bald. in .l. aduerſus. col. 2. in fine. C.
ſi aduerſus rẽ iudica. & alibi ſepe traditur.

SECVNDO, hæc & conſtat,
quia vt ex quo aſſeruimus, dicta teſtatrix
noſtro in caſu, ſibi nominandi facultatẽ
reſeruauit, quando ipſe Franciſcus ſine li
beris deceſiſſet, vt deceſit. & ſi deinde in
dicta tertia ſcriptura, prius teſtamentum
confirmaberit. Certum eſt, non tolli ſibi
ius nominandi. ex dicta ſecunda ſcriptu-
ra ſibi reſeruatum. & ſic primæ diſpoſitio
ni non fuit derogatum. l. precipimus. C.
de appel. l. ſancimus. C. de teſtamen. cum
alijs. Immoque ſemel ſunt reſeruata † 51
& à fecta, perpetuo durant vt reſeruata,
& à fecta, vt tenet & Guid. de Belame. in
deci. 425. ſi papa. & id latius tenet Ber-
nard. de Biſgne. in titul. de prebendis. de-
ciſio. 20. Papa reſeruauit. reſeruatio enim
† conſerbat ius reſerbanti. c. cum venera 52.
bilis. de exceptionib. circa finem. quem
tex. ad hoc notat Paul. Pariſi. in conſi. 102
non agitatur. nu. 26. lib. 1. quod & confir-
matur, quia † limitatio facta in vna ſcrip
tura, ſemper cenſetur repetita. ex tex. 53.
notabili. in .l. cum pater dotẽ. ff. de pact.
dota. quem ad hoc Bald. notat in conſi.
339. pater & filius. col. fi. ante finem. lib. 2.
& infra latius dicetur. & ideo generalis
confirmatio teſtamenti, ad articulum
per ſpecialem ſcripturam, ab ipſo teſta-
tore reuocatum, & ab ipſo priori teſta-
mento immutatum, minime extendi-
tur. (quod eſt fortius, cum vt diximus,
potius dicta reſeruatio fuit declaratio,
quàm reuocatio) ex tex. ſingulari & ibi
glo. in verb. ſpecialiter in .l. ſi quis priore.
ff. ad trebel. cuius tex. conſideranda ſunt
verba. ibi. ⁂ Et hoc ita intelligendum
eſt, ſi non aliquid ſpecialiter contrarium
in ſecundo teſtamẽto fuerit ſcriptũ. ⁂
Et ibi Bart. col. 1. verſi. querit glo. no
tat ex illo tex. iuncta dicta glo. ibi. quòd
confirmatio generalis † non porrigitur,
ad id quod eſt ſpecialiter caſſatum. & ad 54.
idem facit tex. notabilis. in .l. poſthumus
§. ſi paganus. in verbis ⁂ Omni modo
prius teſtamentum ruptum eſt. ⁂ ff. de
iniuſt. rupt. irri. què fact. teſtamen. et in
terminis ita Cardi. tenet. in Cle. fi. §. nos e
nim. col. 2. verſi. tertio quero. de ſepultur.
& Bald. in .l. priuilegia. col. 1. verſi. ſecun-
do nota. C. de ſac. ſanct. eccle. & Alberi.
in .l. ante tabulas. in fine. ff. de iur. codicil.

vbi & dicit, ſufficere, quòd tacite caſſa-
tum ſit primum teſtamentum. & idem
tenet Ioa. Franciſc.de Rip. lib.1. reſpon-
ſorum.in reſponſu. 5.nu.5. & prius Iaſo.in
conſi. 170. viſis narratis. col. 2. nu.1. & 2.
lib.4. & his accedat quod Innocen.ad no
tat in.c. dudum.col. 2. de decim. quibus,
55. & fauet, quia generalis † diſpoſitio, ad
id quod in ſpetie prohibetur, non trahi-
tur ex.l. Aufidius. & inibi Ang.ff. de priui
leg. credito. Vnde Bald.in.l. tribunus.§.
fi. ff. de teſta. mili. per tex. ibi, ait, quòd
& ſi quis teſtamentum approbet, non vi-
detur illud quod ſpeciatim improbauit,
confirmare. & ſat id probatur in.d.l. Au-
relius.§. teſtamento. cum alijs de quibus
Alberi. in prima parte ſtatutorum.q.21.in
cipien. item quæro. his & pertinent iura
56. notiſsima, quibus conſtituitur, genus †
ab ſpetie abrrogari. & ob id nunquàm re
ſcripto generali vltimo, prius ſucciditur
iuſta tradita in.c.1. de reſcript. & inibi De
ci.col. 6. verſi. ſecunda concluſio. non e-
nim generalis diſpoſitio ſequens, ad ſpe
cialem precedentem ſumouenda nõ tra
hitur. tex.eſt ad hoc adnotandus quidem
in.l. legatorum.§. qui plures.ff. de leg.2.
quem inibi Paul Caſtren. perpendit ad
hoc, quòd ſi teſtator priori dixerit teſta
mento, ſe ſepeliendum in monaſterio
fratrum minorum, ſi deinde in codicil-
lo, executoribus ſepulturam commiſe-
rit, determinat ibi per illum tex. quòd ta
li teſtatori, non eſt eligenda ſepultura, ex
tradictum monaſterium minorum. qui-
bus & coadiubat tex. notabil.in.l. alimen
ta.§. baſilicæ.ff. de alimen. & ciua. leg.

RVRSVS & tertio, hæc lucet
ſententia, quia cum ipſa teſtatrix, dicta
ſecunda ſcriptura poſt teſtamentum pri-
mum, facta ſibi reſerbauit ius nominan-
di alios ſucceſſores, ſtatim fit, ex genera
li confirmatione dicti teſtamenti prius
editi, non videri ipſam teſtatricem rece
dere voluiſſe a dicta reſerbatione. quod
ex ſupradictis liquet.& magis interminis
hæc conſtant. ex his que Bald. ſingulari-
ter dixit. in.c. venientes. col. 2. verſi. ſed
qd ſi prĩceps. de iur.iurã. vbi dicit, ex gene-
rali † cõfirmatione, nũquã tolli cõfirmãti 57.
ius, ꝙ ipſe cõfirmãs habet, nec ſuo iuri vo
luiſſe de rogari. & ſat ꝓbatur. ĩ.l. inqſitio.C.
de ſolutionib. & ĩ.l. ſi peculiũ.§. ſicut autẽ.
ff.de pecul. lega. cum alijs de quibus late
Felin. in.c.2. de reſcript. in verb. leges in
ſertæ.nu.40. vbi et refert & ſequitur Bald.
in. d.c. venientes. col. 2. & ob id, Card.
Florenti.( ex notiſsimis iuribus)in conſi.
44. pro domino Chriſtoforo. col. 2.ver-
ſi. talis etiam approbatio. dicit ex genera
li approbatione, nunquàm eſſe præſumẽ
dũ, approbãtẽ ſuũ ius donare voluiſſe, & il
lud iactare ſine cauſa. ex tex. ĩ.l. cũ indebi-
to.§. ſi vero.ff.de probationib. cum alijs.

QVIBVS, & accedat alia ratio
non debilis, quia iuris eſt, quòd nunquã
quis ex ſecunda ſcriptura † à priori, qua
aliquid ſibi reſeruauit, recedere videtur, 58.
etiam ſi poſterior ex interuallo fiat. ita
probatur in.l. ſi tibi liberum. ſecundum
vnum intellectum.ff. de act. empt. & in
terminis ita Ioa. de Imol. tenet.in.l. titia
§. idem reſpondeo.in primo. col.2. verſi.
tu potes dicere.ff.de verb.obliga. & Alex.
in conſi. 27. attentis narratis. col. fi.verſi.
& quòd non ſit.lib.3. quod etiam late pro
ſequitur Deci. in conſi.195. ſtudendo. col.
2. apud finem. verſi. & iſta concluſio. & ſa
tis hæc ꝓbat tex.in.c. ꝙ trãſlationẽ de offi.
lega. & facit tex.in.l.2. A los Reyes ꝑ
tenece. Ver. pero q̃ la iuſticia mayor.
titul.9. De las mercedes. Lib.5. or
dinamẽ. q̃ habetur. ĩ effectu. li.5. no. re. ti.1.

SVFFRAGANTVR & his, iura q̃
dicũt, ex vna ſcriptura † alterã de clarari. vt
ff. de heredib. ĩſtituẽ.l. q nõ militabat.§. Lu 59.
tio Tit. & inibi Bart. col.1. ver. ĩ tex. ibi vete
res. tex. etiã ad idẽ. ĩ.l. coheredi.§. q diſcre
tas. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & ibi Alex. col.
1. ver. ex iſto textu nota. bonus. etiã tex. ĩ.l.
vtrũ. ff. de pet. heredita. et ĩ.l. ſed Iulia.§. ſed
& ſi. ff. ad macedonia. glo. ĩ.l.1. ĩ gl.1. ad finẽ.
ff. de iudi. qua habetur, ſẽꝑ sũmẽdũ eſſe in
tellectũ, ex his q̃ ĩter partes ꝓceſſere. & ad
notãt docto. maxime Ang. ĩ.l. ſi quis cũ a-
liter. ff. de ver. oblig. & notabili. Alex. ĩ cõſi.

52. circa hanc dubitationem. col. 5. verſi.
præterea. lib. 4. quo et loco ait, quòd vbi
ſequens contractus, dubius eſt, ex contra
ctu præcedenti, declarationem recipit.
& ſi vltimus contractus longeuo interual
lo ſit edictus. aliàs enim ſequeretur abſur
dum, quòd dicta ſcriptura poſterior, ex
diametro eſſet contraria præcedéti ſcrip
pturæ. in qua facta eſt dicta reſeruatio,
quod dicendum minime eſt. cum contra
60 rietas † euitanda ſit. c. inter dilectos. § ce
terum. de fid. inſtrumen. l. nam ad ea. ff. de
condi. & demonſtra. c. cum expediat. de
elect. lib. 6. cum alijs vulgatis, quæ inter-
minis reſeruationis adducit. Deci. in
conſi. 168. reuerende pater. col. 2. ver-
ſi. ſed tamen his. cum plurib. ſequen-
tib. & idem Deci. loquens in reſer-
uatione in conſi. 195. ſtudendo. col.
2. verſi. ſed tamen prædictis. et in.
l. fi. nu. 1. cum ſequentib. C. de e-
dend. & melius in conſi. 602. viſo puncto.
nu. 5. &. 6. & faciunt quæ infra dicemus in
conſi. 27. in lite quæ. nu. 11 ea ſequentib. Et
ideo poſteriores diſpoſitiones, interpræ
tationem recipiunt à prioribus. l. ſed & po
ſteriores. ff. de legib. l. ſciendum. in princi
pio. ff. qui ſatiſda. cogan. cum alijs. Quæ
& obtinent, & ſi poſteriori ſcriptura dica
tur, quòd ad literam & pro vt iacent, in
telligantur. authore Ancha. in conſi. 422.
viſo puncto. col. 2 verſi. non obſtat ſi dica-
tur. et Deci. i. d. l. fi. n. 3. C. de edé. poſt Bart.
qui clare idem tenet in. l. omnes populi.
col. antepenul. verſi. vltimo queritur. ff. de
iuſti. & iur. Quæ & præcipue obtinent
cum prædictorum declaratio à teſtato-
re fuerit facta. ſi quidem, ad diſponentem
61 † pertineat, ſuæ diſpoſitionis explicatio
ex. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de te
ſtamen. & in. §. ſed et ſi notam. eiuſdem
legis. & notat glo. in. l. ab executore. in
verb. præſes prouintiæ. ff. de appel. & in-
terminis ita notat Angel. in. l. quidquid a-
ſtringende. col. 2. in fine. ff. de verb. obliga.
& idem probatur in. c. petitio. iuncta. glo.
de procura. & in. c. fi. de conſtitu. ex quo i-
bi docto. & Ioa. And. col. 1. poſt princi-
pium, dicunt, quòd pro declaratione eo-
rum, quæ in teſtamento continentur, ad
teſtatorem recurrendum eſt. ex. l. 3. ff. de
adminiſtra. tuto. & facit tex. in. c. ex mul-
tiplici. de decim. & tex. in. l. 27. titul. 8. par
ti. 3. & alibi ſepe. Et ob id in terminis Curt.
iunior. in conſi. 56. præſuponitur in facto.
col. fi. verſi. ſed quoniam. conſuluit tex. in
l. perfecta donatio. C. de dona. quæ ſub mo
do. in declaratione donationis, non obti-
nere. & donantem ambiguam donationē
explicare poſſe. ad quod & ibi Curt. iuni.
allegat Soci. in conſi. 126. viſum fuit. col.
3. lib. 3.

SVPERIORA quidem præci
pue locum habent, quia quādo prædicta
teſtatrix dictam tertiam ſcripturam fe-
cit, poſt viginti annos decurſos à confe-
ctione dicti primi teſtamenti, in qua pri
mum teſtamentum eſt confirmatum, nō
quidem ipſa teſtatrix vidit, priorem ſcri
pturam ipſius teſtamenti. Quo fieri vi-
detur, ex dicta confirmatione, dictam
Eliſabet iubari minime poſſe. cum con-
firmans † ſiue ratificans, vt ei ratifica- 62
tio noceat, ſcripturam quam ratificat
videre neceſſe eſt. vt in terminis con-
firmationis inſtrumenti. Cardi. Flo-
renti. conſulendo edixit. in conſi. 44.
pro domino Chriſtoforo. col. 2. ver-
ſi. ſi autem accipiamus & Iacobi. de
ſanct. Georg. per. tex. ibi in. l. 1. nu.
3. C. ſi in commu. ead. quē cau. &
Soci in conſi. 258. in cauſa vicariē. nu
9. in fine. & nu. 10. lib. 2 qui viden-
dus eſt, quia notabiliter loquitur. qui-
bus & accedat tex. notabilis in. l. de-
his. cum ſua materia ff. de tranſact. bo-
nus tex. ad idem. in. c. ſuborta. de re
iudica. vbi Bald. col. 1. verſi. nota quòd
nemo. conſiderat illum tex. ad hoc, quòd
ratificans debet videre ſcripturam, quam
ratificat, alias, quòd talis ratificatio non
valet. & facit ad idem bonus tex. in. l. 28.
titul. 11. parti. 3. ibi. Faſta que caten,
y entiendan las palabras que ſon y eſcri-
tas, y pueſtas. Et facit etiam tex.
in. l. 1. titul. 2. parti. 6. & alibi ſepe. & aduer

63 tendum eſt, quòd dicta.l. de his. † .ff. de tranſact. procedit in quibuscunqúe conuentionibus, tam contractuum, quàm vltimarum voluntatum. ſecundum glo. & doctores in.d.l. de his. cum alijs de quibus Alexand. in conſi.114. viſa ſcriptura. nu.9. lib.7.

ACCEDAT & alia ratio, in fauoré dicti Marci, quia ex quo dicto Franciſco facta eſt dicta donatio à dicta teſtatrice, in dicta tertia ſcriptura, poſt prius teſtamentum, dictam qué ſecundá ſcripturam, ex ea dicta Eliſabet ius ſuum ſua-
64. dere non poteſt. quando quidem † cum dicto Franciſco confecta fuerit, et obid bona donata dictæ Eliſabet denegata videntur. ex.l. cùm prætor. ff. de iudi. cum alijs. quod & probat tex. in.l. fi.§. ſi ita ſtipulatus fuero. ff. de verb. obliga. vbi Paul. Caſtren. & alij ex illo adnotant tex. quòd & ſi in contractu duæ adiectæ ſint perſonæ quòd ſi earum vni promiſsio fiat, quòd alteri perſonæ adiectæ denegata videtur. ad quod eſt etiam tex. in.l. duos reos .§. ſed ſi ex duobus. ff. de duob. reis. et tex. in.l. ſi vnus §. ante omnia. ff. de pact. & tradit Angel. in.l. ex duobus. in.2. ff. de duob. reis col.2. verſi. attende tamen. Quim & Areti. in.l. gallus.§. et quid ſi tantum. col.4. verſi. ſecundo adde. ff. de libe. & poſthu. tenet, de perſona ad perſonam non admitti extenſionem diſpoſitionis, etiam ex diſponentis veriſimili mente. ex tex. in.l. ſi quis ita.§. ſi quis cum ignoraret. ff. de teſtamen. tute. & Areti. refert & ſequitur Deci. in conſi.394. pro vera. nu.8. in principio. & facit ad idem tex. in.l. ſi ita ſtipullatus fuero.§. Chriſogonus. ff. de verb. obliga. & in.l. ſi prote. C. de dot: promi. His & pertinent iura notiſsima, quorum memores fuimus. quæ inquàm dicunt. donationem alicui factam, niſi ſit expræſſum, nunquàm præſumendam. quæ obtinent, & ſi actus nullus redatur. Areti. authore. in.l. atitio. col. pe. verſi. ſequitur quartus caſus. ff. de verb. obliga. et melius ibi in verſi. ſed ad hoc reſpondeo. Itaquè conſtat in dicta tertia ſcriptura, dictam teſtatricem noluiſſe dicta eius bona concedere dictæ Eliſabet Machuca, ſed dicto Franciſco eius conſobrino. conſtat etiam, quòd cum in dicta tertia ſcriptura, donatio non libere, ſed maioricatus titulo, dicto Franciſco facta fuit, quod ipſe Franciſcus minime potuit, dictam eius ſponſam hæredem efficere, dictorũ bonorum donatorum.

HÆC & comprobantur, quia ſcripturæ † prædictæ conciliandæ ſunt, in 65.
quantum poſibile fuerit. vt in.c. inter dilectos. de fid. inſtrumen. in.§. ceterum. cũ alijs ſuperius adductis. et eatenus prior ſcriptura, vltima dimobetur, quatenus poſterior ad primam trahi non poteſt. ſe
cus veró eſſet † ſi aliquo modo poſsint 66.
ad concordiam, ambe ſcripturæ reduci. vt eſt in caſu noſtro. ad quod eſt tex. notabilis. in.l. ſi quis ante.§. idem pomponius ff. de adquiren. poſſe. & inibi ſingulariter Claudi. in principio illius.l. col.2. verſi. & iſta regula. vbi & ad hoc alegat.l. non ſolũ. §. fi. ff. de vſucapionib. poſt Alex. in.d.§ idem pomponius. col.2. verſi. meo iuditio & accuratius idem Alex. in conſi.193. perſpectis. col.2. nu.2. in fine. cum ſequentib. lib.6. & in conſi.40. ſuper primo dubio. col.2. in fine. verſi. non obſtat dum diceba tur. lib.4. poſt Bald. in conſi.339. pater & filius. col. fi. lib.2. & ſat conſtat in.l. præcipimus. in fine. C. de appel. cum alijs.

EX quibus ſequitur.l. pacta nouiſsima C. de pact. qua ſancitur, vltimo pacto, pri
us derogari. † non obtinere, cum vtrum 79
que partium placitum, conciliari queunt. ex .d.l. præcipimus. C. de appel. cum alijs quæ Deci. ceteriqúe docto. tradunt. in.d.l. pacta nouiſsima. nu.5. vbi Deci. inter alios doctores quos refert, allegat Bart. in conſi.72. ex facto. col.3. ver. ſed poſito. & late idem Deci. in conſi.195. ſtudendo. col.2. verſi. ſed tamen. in principio.

EX quo fonte & fluit eamdem.l. pa- 68.
cta nouiſsima. nõ ꝓcedere, quãdo † primũ pactũ fuerit in ſpetie, ſecũdũ vero i genere cum tunc facile conueniri poſſunt. vt in ſpe-

ſpetie conſuluit per plura Barba. in conſi. 86. magnus dixit. col. 4. in fine. & ſequentib. lib. 4. & idem conſuluit Alex. in conſi. 141. viſo teſtamento. col. 3. verſi. aut oportet. lib. 2. Quo fit, dictam tertiam ſcripturam generalem, tertiumque pactum, cum contentis in dicta ſecunda ſcriptura conciliandam, in qua ineſt dicta reſeruatio. pro vt ex facili poteſt. & ſatis ſecundum vero ſimilem mentem dictæ teſtatricis, quæ nunquam eius inuita, recedere vtique voluit, à dicta facultate nominandi. & precipue in caſu qui contingit. in quo dictus Franciſcus eius conſanguineus, cui bona prædicta dedit, obit. & dicta Eliſabet Marchuca extranea vixit.

QVIN, & ſat ad prædictorum veritatem, ſufficere videtur. quòd dictum prius teſtamentum, in dicta tertia ſcriptura fuit confirmatum, & in dicta tertia ſcriptura dicta bona fuerunt conceſa, iure maioricatus, & mortuus fuerit ipſe Franciſcus, cui dicta bona relicta fuerunt. quare videtur voluiſſe, quód eo mortuo, alter nominetur à teſtatore ſuperuiuente. vt expræſſe in eodẽ teſtamento continetur. Namquè confirmatum videtur † in
69. confirmante in eſſe. & omnes conditiones ſcripturæ confirmatæ, expræſſe videtur in ſcriptura confirmante. ex. l. a ſe toto. ff. de hered. inſtituen. & ex. d. l. aurelius §. teſtamento. & illic Alberi. ff. de libera. lega. nec voluntas dictæ teſtatricis mutata cenſenda eſt, ex dicta tertia ſcriptura ex. l. fideicomiſſa. §. ſi rem. in princip. ff. de leg. 3. & . l. non adea. ff. de condi. & demonſtra. l. eum qui voluntatem. ff. de probat. c. maiores. de baptis. et ſemper ex-
70. præſſum cenſendum eſt, quod † teſtatrix illa reſpondiſſet, ſi tempore dictæ tertiæ ſcripturæ interrogaretur. l. Titius. §. Lutius. ff. de libe. & poſthu. cum alijs quæ per glo. & doctores traduntur. in. l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact. & alibi ſepe. ſed vero ſimile ex prædictis eſt, quód dicta teſtatrix reſpondiſſet, nolle à ſe dictam nominandi facultatem remouere, et eam dictæ Eliſabet Marchuca concedere. ex. l. præſes prouintie. C. de ſeruitu. & aq. & in. c. dilecti. vbi Abb. & docto. de arbit. & facit l. publius. §. fi. ff. de condi. & demonſtra. cum alijs. & quia obid, noluit dicto Franciſco dicta bona libere relinquere, ſed titulo maioricatus, aduerſus contenta in dicta priori reſeruatione.

EX quibus deducitur, nihil prædictis obſiſtere, quod in dicta tertia ſcriptura, dicta bona immixta ſunt, vt bona libera.

Tum quia, ex prædictis conſtat, non ob id expræſſum, quòd ſint libera, & nõ maioricatus, ſi quidem ſic teſtatrix ſibi ipſi aduerſaretur. quòd non eſt dicendum ex. d. l. non a dea. ff. de condi. & demonſtra. cum alijs.

Tum quia, exeo fuerunt ibidem impoſita, quia voluit donationem inter viuos, non cauſa mortis conficere.

Tum etiam, quia ex ſtylo † communi tabellionum proceſerunt. & ita minime ſunt conſideranda. ex Bart. doctrina in. l. 1. ff. de iur. codicil. col. 3. verſi. præterea in teſtamento. cum alijs de quibus. Curt. antiqui. in conſi. 3. & ſi ſubtiliſsime. col. 2. verſi. conſideraui. alibiquè & ſepiſſime habetur per doctores. maxime. in l. 2. C. de reſcinden. vendi. et in. c. quamuis pactum de pact. lib. 6. 71

CONPROBANTVR, & ſuperiora, ex tex. in. l. 15. ⁂ Renouamiento. ⁂ Verſi. mas ſi las palabras ſobredichas. titul. 14. ⁂ De las pagas. ⁂ Parti. 5. qua ſancitur, ex ſecundo pacto, primũ † minime toli. niſi expræſſim dicatur, quòd vltimo, prius dimoueatur. & obid. l. 16. ſequẽs in illo met titulo. cõſtituit, quod ſi prius pactum ſub aliqua lege, vel conditione fiat, & ſecuudum fiat pure, quód ſecundum cũ priori conditione interprætãdum eſt. & facit, quia pactũ † in priori ſcriptura expræſſim, in ſecunda videtur repetitũ. vt probatur. in. l. itẽ quia. §. fi. ff. de pact. optimus tex. ad idẽ. in. l. cũ pater dotẽ. ff. de pact. dotalib. cum alijs de quibus Areti. in conſi. 21. ſi diligẽter. col. 2. verſi. præterea poſito. & Fuſsius hoc Bald. conſuluit 72. 73.

in conſi.339.pater & filius. col. fi.lib. 2.vbi refert notata.in.l. quotiens.C.famil. herciſcum. & inibi Bal. reſpondit.ad.l. lecta. ff. ſi cert.peta.vbi ſingulariter loquitur in propoſito.& cũ refertet et ſequitur plura alia referendo. Aym. Craue. in conſi. 135. verba decreti.n.16.vbi et ipſe dicit, quod
74. reſeruatio † ſemper cenſetur repetita, in poſteriori contractu.ex Bald. doctrina in d.conſi.339. Quod maxime hoc in caſu obtinet, ſi quidem etiam hac tertia ſcriptura, & omnibus præcedentibus, prædicta bona dicto Franciſco maioratus iure ſint data.& ſic eiſdem legibus maioricatus, & non libere, conceſa dicendum eſt ex.d.l.non adea.ff.de condi. et demõſtra. & in.l.1.C.de furt. cum alijs. Nec cenſendum eſt, cum maioricatus iure ei data fuerunt, quod tantum dicto Franciſco, et primo ſucceſſori, dicta teſtatrix fuit cõ
75. tenta, ſi quidem † maioricatus verba, perpetuitatem denotant, et complures ſucceſſores ſubſtituti cenſentur. vt habetur in.l. 40. taurinarum conſtitutionum. et in.l.cum ita legatur.§. in fideicomiſſo.ff. de leg.2.et in terminis maioricatus.ita tenẽt Ancha.in conſi. 27. non ſeruato ordine.col.3 poſt principium. Præpoſit. in.c. ius naturale.1.diſtin. col.4 in medio. et Abb.in conſi.85. in præſenti quæſtione. col.2.verſi.ſecunda diuerſitatis ratio.cum ſequentib.lib.1.et Soci. in conſi. 47. facti narratione.nu.6.lib.3. et Ioan.Lup.a Pala. Rub. in repeti.rub.de donationib.int.vir. et vxo.§.69.nu.21.verſi. ſed meo iuditio. quod confirmatur, quia in his quæ requirunt tractum ſucceſsiuum, non ſufficit momentaneum implemẽtum.ex tex.ſingulari in.l. in ſubſtitutione.ff. de vulga. et pup.ſubſti. et in.l.alia.C.de his quib. vt indig.et in.l.qui cum maior.§. accuſaſſe .ff. de bon.liberto.l.in ſeruitutem.§.petijſſe. ff.eod.tit.et in.l.inter caſtellianum.ff. de arbit. cum alijs dequibus Angel. in conſi. 34. Conſtantinus.col.1. et per Deci. in cõſi.23.et pro tenui facultate.col.2.verſi. quito quia verba.et late per eundem Deci.in l. ſi quis heredem .C. de inſtitu. et ſubſti. ſub. condi.ſact. Et hac ratione, maioricatus debet cenſeri perpetuus, ad conſeruationem familie. et etiam quia conſer-
uatio ſamilie † non poteſt in primis dari 76.
ex dicto.§. in fideicomiſſo.et in.l.peto.§. fratre.ff.deleg.2.et facit bonus tex.in.l.codicillis.§.inſtituto.et ibi glo. in verb.filiis ff.eod. titul.traditur per Areti. et alios.in. l.qui Romæ.§.coheredes.ff.de verb.obliga. et quia, quilibet actus iudicatur perpetuus, et non temporalis.l.ſufficit.ff.de cõdi. indebi. glo.in.c. fi. in verb. perpetuus. de reſcript.l.6. cum alijs ſuis vulgatis.

Verum, et iure optimo conſtitutum
eſt, conditiones † ſequenti ſcriptura repe 77.
titas cenſeri. ſi ex diſponentis mente cõſtat.vt traditur per Bart.et alios in.l.Seye. §. Gayo. ff. de fund. inſtru. cum alijs de quibus Alex.in conſi.47. perſpectis.col.3. verſi.ſediſtis.lib.5. et facit bonus tex.vbi Bart.notat.in.l.cùm pater.ff.de pact.dota
lib. Quim, et vbi † eadem ineſt ratio, 78.
ſemper conditio repetita cenſetur. ex .l. illud.ff.ad.l. aquil.et in.l. cum pater .§. dulciſsimis.ff.de leg.2.cum alijs.et in terminis ita Bald.dixit.in.l. titius. in fine. C. de ope.liberto.ex.l.nihil.ff. de coniungen.cũ emancipa.libe. eius. et tradunt doctores in.d.§. Gayo.et alibi ſepe.

QVÆ opinio manifectã habet probationem, Siquidem contractus ſecũdus
† cenſetur factus, forma prioris cõtractus 79.
ex.l.etiam.et ibi Bald.notat.C.de iur.doti.poſt Bart.in.l.ſi mihi et titio.in princip. col.fi.verſi.ſed quid ſi Abbas.ff. de verb.oblig.et hac ratione, actus ſequens potius reſtringitur ſecũdũ præcedẽtẽ, quã quod ei derogare cẽſeatur..ex.l.quotiens.in fine iuncta glo.in verb.cõmendanda.C.famil. herciſcun.et facit, quia vna ſcriptura ſupplet aliam.ſecundũ Bald.in.c. inter dilectos.col. penul.verſi. item ſatis eſt.de fid. inſtrumento.

SVPERIORA & ſuadentur, quia dicta ſecunda ſcriptura, in qua poſita eſt, dicta reſeruatio expræſſe, fuit iurata à dicta teſtatrice.at tertia ſcriptura, nõ fuit iurata, nec in ea fit mẽtio dictæ

ſecun-

ſecũdæ ſcripturæ. igitur cõſequens eſt, ex dicta tertia ſcriptura, dictam ſecundã ſcripturam non mutatam fuiſſe, nec reſeruationem in ea contentam. Si quidẽ
80. iuramentum † vim clauſule derogatorie in priori ſcriptura appoſite, habeat. ex tex. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. authore Bart. in l. ſi quis in principio teſtamenti. in princip. col. fi. verſi. quero vtrum. ff. de leg. 3. & Ioa. And. & doctores. in c. quod ſemel. in fine. de regul. iur. lib. 6. cum alijs de quibus Iaſo in l. ſi conuenerit. nu. 12. ff. de iuriſdict. omni. iudi. & idem Iaſo. in d. l. pacta nouiſsima. C. de pact. nu. 1. & 2. vbi ex hoc ad notat. ip-
81. ſam. l. pacta nouiſsima † nequaquám obtinere, ſi prius pactum ſit iuratum. & ita notat ibi Iaſo. quòd idem operatur clauſula derogatoria, ſeu iuramentum in cõtractu appoſitum. ſicut ſi eſſet poſitum in teſtamento. quod etiam prius voluit glo. ſingularis. in d. l. pacta nouiſsima. in verb. nouiſsima. quã ibi Iaſo. nu. 1. dicit ab omnibus approbatam. quod & probat bonus tex. in c. dilecto. prope finem. de prebẽd. quæ & obtinent, & ſi poſterior ſcriptura, multũ ex interuallo fiat. vt Paul. Caſtren. eleganter conſuluit. in conſi. 184. in facto præſenti ponam. per totũ. lib. 1. & plenius idem conſuluit Fulgo. in conſi. 39. ad primum videtur. col. 1. verſi. in oppoſitum. vbi & loquitur, in caſu in quo, triginta anni a prima ſcriptura, de curſi erãt. & faciũt tradita per Curt. iunio. in conſi. 26. hieronymus. nu. 4. & 5. & ſatis idem probatur in. d. l. cùm pater. §. filius. matrẽ. ff. d leg. 2.

NEC dicere oberit, quòd hec obtinerent, ſi de alterius, quam ipſius teſtatricis commodo ageretur. Siquidem prædicta eo in caſu alloquuntur, licet de diſponentis fauore agatur. vt ex eis patet.

82. RVRSVS hoc & conſtat, quia † clauſula derogatoria in teſtantis fauorẽ, precipue apponi conſueuit. ne contra eius voluntatem, alia fiat diſpoſitio. & non principaliter in fauorem eorum, quibus teſtator aliquid relinquit. vt conſtat ex traditis. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. & inibi Soci. col. 4. verſi. confirmantur premiſſa. quo in loco ait. derogatoriam clauſulam ob id, á diſponentibus eorum in teſtamentis collocari, nempe ne decipiantur, á conſaguineis ſuis, conficiantquè contrariam diſpoſitionẽ priori, aduerſus eius voluntatem. vbi & Soci. refert Bart. ita tenere in extrauaganti. ad reprimendum. in verb. non obſtantibus. qui hoc bene dicit. col. 2. verſi. quid ergo dices. & docto. dictis in locis, & ſimilibus cum dicant, iuramentum clauſulam derogatariam operari, & diſponentis fauore ipſam clauſulam derogatoriã impoſitam cenſeri.

ALIVD quoquè prædictis fauet, quia tabellio qui confecit dictam tertiã ſcripturam, ſua de poſitione hac in cauſa deponentis, declarat dictam tertiã ſcripturam, eadem lege factam, quæ in dicta ſecunda ſcriptura continetur. & ſic illeſa remanet dicta reſeruatio in dicta ſecunda ſcriptura facta. cuius aſſertio † hac in 83.
re maximi ponderis eſt. ex tex. in l. ſi quis decurio. in principio & in fine. C. de fals. & l. 115. titul. 18. de las eſcripturas. parti. 3. & facit. l. in donatiouibus. C. de donationib. et tex. in authen. de inſtrumen. caute. & fide. §. ſi vero moriantur. colla. 6. bona glo. in l. ab executore. in verb. præſes prouintie. ff. de appel. et in proprijs terminis, quòd cum de ſcripture dubio agitur, quòd ſtetur dicto, et declarationi tabellionis. adnotat Bald. in ſua margarita. in verb. notarius. col. 3. verſi. 21. et idem Bald. in c. fi. de conſtitutionib. col. 3. verſi. quæro nunquid. poſt Ant. de Butri. et alios ibidem. et idem Bald. in rub. C. de fid. inſtrumen. col. 7. verſi. quarto quæritur. et Iacobin. á ſancto Georg. in l. veterib. nu. 14. ff. de pact. quod præcipue locũ habet cũ ipſe tabellio fuerit bone, optimeque fame. ex traditis in l. titio fundus. ff. de cõdi. et demonſtra. et in ſimilibus locis. et eſt ad idem bonus tex. in d. l. 115. titul. 18. poſt medium. parti. 3. et quia id quod tabellio ait, veriſimilitudinem continet. igitur hac in re conſiderandũ. c. quia veri-

ſimile.

ſimile.de præſumptionib.& in.l.ob carmen.ff.de teſtib.cum alijs.ex quo dici ſolet,etiam ſcripture priuate † in qua veriſimile in eſt, eſſe credendum. vt tradunt communiter doctores in l.1.C. de eden. & Bald.in rub. C.de fid.inſtrumẽ.col.10.apud finẽ.verſi.ſequitur videre, & in verſi. ſequitur de ſcripturis.& per modernos in. l.admonẽdi.ff. de.iur.iurã.et in.l.ſcripturas.C.qui pot.in pigno.habe.& alibi ſepe.

84.

QVID multa,& quando eſſet dubium,qualiter dicta tertia ſcriptura eſſet explicanda,interpretanda quidem eſt in dicti Marci fauorem, nempe quia reus. ex notiſsimis iuribus.

85. Tum etiam, quia indubio contradictam Eliſabet † eam producentem, debet fieri interpætatio.ex tex.quidem ad notando.in.c.inter dilectos.de fid. inſtrumen.quem ibi Bald.ad hoc põderat.col. penul.in verſi. ibi non magis poterat. & Alex.in conſi.35.viſa ſcriptura.col.2.verſi. quando ſcriptura.lib.1.& idẽ Alex.in cõſi. 102.viſo proceſſu.col.3.verſi.ſecundo reſpondeo.lib.5.poſt Oldrad.in conſi.304.infra ſcriptæ.col.1.verſi.conſtat etiam. & facit tex.ad hoc.in.l.in contrahenda.ff. de regul.iur.&.in.c.contra eum.eod.titul.li. 6.& tex.in.l.2.in fine.titul.33.part.7. & eſt bona glo.ad idẽ.in.c.in præſentia.in verb. ſecunde.de probat.

86. Tum quia,indubio † illa interpraetatio admitenda eſt,qua ſcripture conciliãtur.ex tex.in d.c. inter dilectos. cum ſupra citatis.& idem etiam conſtat, ex eo quod Bald. tradit.in.l. de quibus. col. 18. verſi.et nota quód ſi teſtes.ff.de legib.quẽ refert & ſequitur Deci.in cõſi.650.in cauſa.col.2.nu.8.& que idem Deci. cõſuluit. in conſi.399. concluſionem plene. col.fi. verſi.& ne videatur teſtator. et ſingulariter per Alex.in conſi.185.viſo proceſu.nu. 2.cum ſequen.li.7.& in conſi.236.perſpectis.nu.2.cum ſequen.li.6. & plenius per Ayrn.Craue.in conſi.79.de anno.nu.9.cũ ſequen.in quibus locis concludunt, quód in dubio admiti debet talis interpraetatio quód teſtes ſint conteſtes. non vero ꝙ ſe ad inuicem contradicant.

Tum etiam,quia indubio † et intelligentia illa obtinet,qua aſſeritur, precedẽtis ſcripture reuocationem non ſactam. ex tex.ſingulari.in.l.cum hic ſtatus.§.ait. oratio.ff.de dona.int.vir.& vxo. quod ſatis conſtat,ex Cino.in.l.1.col.1.verſi. vltimo queritur.C.quand.impera.int.pup.et vid.et in terminis ita conſuluit Paul. Caſtren.in conſi. 278. paſus iſte dubitabilis. col.fi.verſi.nec apparet.li.1.et hac de cauſa.Bart. in extrauagan.ad reprimendum. col.2.poſt principium.et in.l. omnes populi. col.12. verſi. circa quartum quando ſunt duo ſtatuta.ff.de iuſti.et iur. et Areti.in conſi.143. viſa conſultatione. col.2. verſi.ſed his non obſtantibus.et Corne.in conſi.135.licet videatur.col.2.verſi.his tamen non obſtantibus.in medio.lib.4.tradiderũt atqúe conſuluerũt, quód quando praecedit lex ſpecialis, et ſequitur altera lex generalis,ſi prima poteſt aliquo modo ſaluari, et ſimiliter aliqua ſequens in aliquo caſu ſaluari poteſt. ꝙ tunc lex ſequens,nunqùam cenſetur derogare prime,ſed ꝙ ſemper limitatur,et reſtringitur a precedenti,etiam ſi lex ſequens habeat clauſulam non obſtantibus. et hoc ibidem dicti doctores ex pluribus tenẽt. Quod & ſuadetur, quia per hanc intelligentiam fit reductio ad ius primeuum, quod de facili debet admiti, cum eius reductio ſit fauorauilis. ex tex. in.l. ſi vnus. §.pactus ne peteret.ff.de pact. & in c. ab exordio.35. diſtin.cum alijs ſuis vulgatis. 87.

Tum & etiam † quia interpraetatio 88.
facienda eſt, vt potius reſeruatio teneat, cum hoc ſit veriſimile, & congruentius, quòd ius reſeruantis remaneat illeſſum. ex l.in obſcuris.ff.de regul. iur. cum alijs. & in terminis ad hoc eſt ſingularis deciſio Bald. in conſi 343. examinanda. col.1. in princip.li 1.vbi ait, quòd ſemper faciẽ
da eſt interpraetatio † quae ineſt de neceſi 89.
tate,vel de veriſimilitudine,vel ipſius rei natura.ex.l.inter ſocerum.§.cum inter.ff. de pact.dotalib.et alijs per Bald. ibi ad dictis.& in terminis reſeruationis ita conſuluit

ſuluit Aym. Craue. in conſi.135. verba de creti nu.33.& ſequenti.& faciũ tradita per eumdem Aym.Craue. in conſi.32. teſtator.nu.5.

Tum quia, in cauſa ambigua debet
90. ſummi illa interpretatio † qua diſponẽs minus obligatus maneat.ex.l. ſemper inſtipulationibus. cũ ſua materia.ff. de regul.iur.& facit optimus tex.in.l.5. Las palabras. Verſi. E ſi por auẽtura. titul. 33.parti.7.

Tum etiam, quia ſemper debet fieri
91. interpretatio † vt ſpecies ſub genere cõprehendatur,& ei non deroget. vt per Dinum in regul.generi.de regul.iur.lib.6. & Deci.in.l.in toto iure.nu.13.verſi.& ſic videtur quòd in dubio ſpecies.ff.eod. titul. quos refert & ſequitur Hieronym. Grat. in conſi.7.& ſi ſatis ſcripſerim.nu.15.lib.1.

QVIBVS nec oberit dicere,in caſu dubio contradictam teſtatricem, eſſe faciendam interpretationem. cum cla-
92. rius † loqui poſſet. ex.l. veteribus.ff. de pact. Si quidẽ pars aduerſa,ius ſuum muniat dicta tertia ſcriptura. quare dubia probatio quæ ex ſcriptura colligeretur, ſibi minime prodeſt. ex tex.in.c. in præſentia. de probat.cum alijs vulgatis.& ita Bart. in terminis tenet. in. d.l. veteribus. col.1.prope finem.dicens quòd ſi pactum in alterius fauorem quàm promitentis factum eſt,quòd aduerſus illum in cuius fauorem editum dicitur, interpretatio facienda eſt. et cum Bart.tenent ibi Paul. Caſtren.col.1.verſi.in textu ibi vel ambiguam.& Iacobin.nu.15.et eſt adidem bona glo.in.l.cum manu.in glo.1.ff. de cõtrahen. empt.

PROINDE in præſenti,ratio dictæ.l.veteribus.ceſat, cùm iam ante dictam tertiam ſcripturam, dicta teſtatrix apertius hac in ſpetie ſuam declarat voluntatem.

CETERVM, et hic prædicta.l. veteribus non quidem obtinet, quia præter dictum iuramentum,et tabellionis aſſertionem,et alia quæ ſupra congeſsimus adeſt veriſimilitudo de ſuper penſitata. qua extante, non habet locum dicta.l.veteribus.ita in expræſſo tenet Bart. in.d.l. veteribus.col.2.verſi.oppono de lege ſemper inſtipullationibus.

DENIQVE, et Bald.in d.l.veteribus.col.2.verſi in eadem gloſa ibi neutrũ. declarat eandem legem.cùm negotium obſcuriſsimũ eſt,ita quòd nec legis, nec hominis,recipit expoſitionem. at ſecus dicit Bald.eſſe,ſi recipiat interpretationem aliquam.et de intellectu et materia d.l.veteribus.adde videndũ Iaſo. in cõſi. 39.lib.1. et Aym. Craue.in rep. rub.ff. de leg.1.nu.104.et ſequen.

NEC omnibus iam dictis obſtat, et ſi dicatur,dictam teſtamenti confirmationem factam fuiſſe ex contractu inter viuos,et ob id fieri irreuocabile ipſum teſtamentum. Namq́ue ipſa confirmatio
† nec extendit confirmatum, nec tolit 93
ea quæ in dicta ſecunda ſcriptura fuerũt reſeruata. ex notiſsimis iuribus. Præterea confirmatio teſtamenti, et ſi facta ſit in contractu,non quidem facit teſtamẽtum non mutabile. nec dari poteſt modus quo irreuocabile fiat.vt ſuperius late fundatum eſt. Rurſus,ſi per pactum expræſſum inter viuos, teſtator promitat, teſtamentum ſe non reuocaturum, reuocare tamen poterit.ex iuribus de ſuper citatis.igitur conſequens eſt,et ſi teſtamentum confirmetur in contractu inter viuos,mutari poſſe.quæ probat tex.in.l.1.§. ſiquis ſub condictione.ff.vt lega.nomi.cauea.et quæ doctores tradunt,maxime Iaſo.in.l. qui Romæ.§. Flauius hermes.nu. 20.cum ſequẽtib.ff.de verb.obliga. et Deci.in conſi.475.in cauſa quæ Mantue. per totum.et moderni in.d.l. ſtipullatio hoc modo concepta. et in.d l. pactum quod dotali.quibus et accedat tex.in.l.fi. cum ſua materia.C.de pact.et ibi Paul.Caſtrẽ. col.2.ſemper enim tale pactu intelligi debet,niſi reuocatio teſtamenti ineat.et eſt etiam tex.ad idem. in.l. ſancimus. C. de teſtamen.et in.l.cumquis.§.qui teſtamẽto.ff.de leg.3. Quid plura,et in propoſito
facit, quia confirmatio † minimè ſub 94
uer-

uertit naturam confirmati. ex.d.l. aurelius.§.teſtamento.ff de libera. lega. & in terminis ſic tenet Bald. referendo Archidia. in lectura decreti. in.c.1. de confirma. vtil. vel inuti. col. 2. verſi. idem ait quòd confirmatio. cui rationi deniquè accedat tex. in.l.39. titul.9. parti.6. cum alijs.

EX quibus quidem fit, teſtamentum in quo dictus Franciſcus dictam eius ſponſam heredem inſtituit, ad caſum hunc non pertinere. ſi quidem hoc facere minime potuerit.

95. NEC dicta nominatio † à dicta teſtatrice facta, in caſu quo dictus Franciſcus ſine liberis deceſerit, abiicienda ob id eſt, quòd in dicti Franciſci vita fuerit facta. licet dicta reſeruatio confecta in dicta ſecunda ſcriptura, minime edixerit in dicti Franciſci vita fieri poſſe ad quod eſt tex. ſingularis. in.c. 1. in titul. qui ſucceſo. teneantur lib. feudo. & ibi And de Iſern. & Prepoſi. col. 2. verſi. nota tertio. in principio. quæ & ſuadet tex. in.l. in tempus.ff. de hæredib. inſtituen. &.l. cùm vir.ff. de vſucapionib. & in.l. rem alienam.ff. de pig. act.& in.l. ſi a titio.ff. de rei vendica. &.l. poſt mortem.C. de fideicomi. cum ſuis ſimilibus.

VERVM nec dici valet, contra ſcripturam nominationis confectam in dicti Marci fauorem, iure non ſubſiſtere, vt poteque facta fuerit a teſtatrice ſine licentia ſui ſecundi mariti, tunc viuentis. ex pluribus legibus regijs, licentiã maritorum exigentibus in contractibus mulierum.

96. Si quidẽ dictus ſecũdus maritus † præſẽs fuerit ipſi ſcripturæ nominationis, illã què ipſe maritus in aliquibus partibus corregit. quæ præſentia edocet ipſam licentiam dictæ ſcripturæ interueniſſe. ex tex. ſingulari in propoſito. in. l. Titius. in principio.ff. quib. mod. pig. vel hipothe. ſolui.& in terminis ita Bart. tenet in.l. cum pater.§. libertis. col.1. verſi. ego induco ad quæſtionem.ff. deleg. 2. & idem tenet Bald. in.l.fi.col. 2. verſi. quero dicit ſtatutum.C. ad macedonia. & Iaſo. qui plura in propoſito refert in.l. quotiens. la .1. nu.5. C. de fideicomi. & Palati. Rubi. in repeti.rub. de donat. int. vir. & vxo. §. 47. nu.13. prope finem. & Ant. Gometi. in.l. 55. Tauri. nu.4.vbi ait ita communiter doctores tenere. & præter eos, idem tenet (plures alios referendo & notabiliter loquendo in noſtris terminis) And. Tiraquel. in tractatu quem fecit de legibus conubialibus. poſt ipſas leges conubiales.glo.5.nu. 23. & 24. charta mihi. 162. col. 2. & prætereum etiam, idem & tenet Guill. Benedict. in repeti.c. raiuntius. in verb. mater in ſuper. Cleram. nu. 44. de teſtament. & ſingulariter idem tenet hiſpanus noſter Roderi. Suar. in repeti.l.13.titul. ☙ De las deudas. ☙ Lib.3. fori legum. col.24. verſi. ad prædictam concluſionem. cum ſequentib. & Boeri. in conſue. Bituri. tit. de couſtumes & vſaiges.§.2. co. fi. verſi. & idem in vxore. & ſi contrarium teneat Greg. Lup. in.l.5. in verb. otra manera. co.2. poſt princip. tit.11.parti. 4.

Rurſus. & ſatis eſt, quòd dicta ſcriptura iure iurando dictæ teſtatricis munita ſit, non què fuerit in præiuditium dicti ſecundi mariti, cum ipſe Marcus non erat potiturus dictis bonis, niſi poſt mortem dictæ teſtatricis.& ſic poſt matrimonium ſolutum. quam ob rem,& ſi mariti licentia non adeſſet † dicta nominationis ſcriptura ſubſiſteret.ex tex. in.c. cum 97. contingat. de iur. iuran. & in. c. quamuis pactum. de pact. in.6. & in authen.ſacramenta puberum.C. ſi aduers. vendi, & que late in terminis licentie mariti tradit Ioa. Lup. a Pal. Rub. in rep. rub. de dona.int. vir. & vxo.§.68. nu.30. char.mihi.50. col.2. poſt Areti. in conſi.54. in cauſa magiſtri. col.1. verſi. circa primum.cũ ſequentib. vbi hanc dicit eſſe communẽ opinionem. & late idem tradit. Soci.in conſi.77. conſilijs noſtris. nu. 18. lib.1. vbi. & hanc ait eſſe communem opinionẽ &

idem notabiliter conſuluit. Corne.in conſil.36. videtur prima fatie. col. 3.verſi. his tamen non obſtantibus. cum ſequentib.lib.1.&hoc etiam communiter docto. tradũt in.d. l.55. tauri.&pro vtraquè parte videndus eſt Tiraquel. in tracta de legib. Connubialib. glo.3. poſt ipſas leges connubiales.nu.25.cum ſequentib.chart.mihi.137. col.2. & prædictis duobus modis intelligenda,& explicanda eſt diſpoſitio tex. in .d.l. 55. Tauri.(quæ habetur li.5.no. recopila.tit.3.l.2.)et aliarum legum huius regni Hiſpaniæ. & latiſsimè ibi cõſcribemus deo auſpice.

QVIBVS quidem, ius dicti Marci munitum manet.& ſi poſtea, contrarium iudicatum ſit, per regios auditores huius regalis chancellariæ Pincianæ in gradu ſupplicationis. Salon Burgen. doctor. Pinciano oppido.

LAVS DEO.

# Summarium ſuper Tertio conſilio.

1. CVRATOR, vel adminiſtrator, quidquid dederit ſuo minori, animo compenſandi id dediſſe videtur.
2. Curator negotium faciens, ſuo pupillo tangens, dicitur id feciſſe nomine pupilli.
3. Veriſimilitudo ĩ omnibus attendi debet.
4. Compenſandi animus ex quibus colligatur.& nu.5 &.8.
6. Donatio nunquàm eſt præſumenda. & nu.9.&.10.
7. Mulieres ſunt auariſsimæ & ideo non præſumuntur donare.& nu.102.
9. Meum eſt, quod commune eſt.
11. Minor ſtare tenetur ſuæ confeſsioni, niſi conſtet de errore.
12. Merita præceſiſſe, per inſtrumenta probatur.
13. Præſumitur pro iuramento, preſertim contra iurantem. vt veritatem dixiſſe preſumatur.
14. Interpretatio in dubio debet fieri,cõtra iurantem.
15. Minor iurans renunciationem, ſeu donationem, eam tenetur adimplere & nu.16. et inibi late de materia tex. in authen. ſacramenta puberum .C.ſi aduers. uendi. et plerique. ſequentib.
17. Curatoris licentia non requiritur,quãdo minor iurat.contractum.
18. Minor liberare valet ſuum debitorẽ, iuramento adhibito. et nu. 19. dicitur idem in liberatione facta fauore tutoris, velcuratoris.
20. Authen. ſacramenta puberum.C. ſi aduers. vendi. procedit data enormi, atqùe enormiſsima leſione. et nu.29.
21. Inter dubias opiniones,quæ obſeruãtiæ iuramenti fauet, tenenda eſt.
22. Opiniones doctorum faciunt rem dubiam.
23. Opinio quæ reis fauet tenenda eſt.
24. Opinio quæ inter filios equalitatem deſiderat, tenenda eſt.
25. Iudicis præſentia dolum, et fraudem excludit.
26. Iudicis decretum excludit beneſitiũ l.2. C.de reſcin.vend.
27. Iudicis decretum facit preſumi contractum minoris, vel eccleſie,in eorũ vtilitatem eſſe celebratum.
28. Renunciari poteſt perminorem leſioni enormiſsimæ. maxime cum iuramento.
29. Antidoralis obligatio,etiam inter patrem, et filium conſideratur.

30.

30. Donatio remuneratoria, non dicitur mera donatio, ſed compeſatio, aut permutatio.
31. Legitima tolli poteſt, ex donatione remuneratoria.
32. Alienari ſi res ſit prohibita, donari tamen poteſt cauſa remunerationis.
33. Minoris res alienari poteſt, ex cauſa remunerationis.
34. Minor ex cauſa remunerationis, donare poteſt. maxime iudicis decreto interueniente. & nu. 36.
35. Leſio in contractu minoris non conſideratur. quando in fauorem minoris, merita præceſerunt. & nu. 37.
38. Intellectus ad l. 2. C. ſi aduers. dona.
39. Intellectus ad l. ſi ad reſoluendum. C. de pred. mino.
40. Donationis præſumptionem inducit, antidoralis obligatio præcedens.
41. Leſio probanda eſt, ab eam allegante.
42. Bona vinculare titulo maioricatus, an dicatur onus. & ſequentibus.
43. Familia, genusquè, conſeruantur per conſtitutionem maioricatus.
44. Diuitiæ agnationes tuentur, & ſine eis obnubilantur, & diruuntur.
45. Maioricatus in republica permiſsi, & qua cauſa, et de quorum vtilitate, in eorum conſtitutione agatur, vide late inibi.
46. Nomen bonum habere vtile eſt, & ſi ſit maternum. & nu. 48.
47. Conditio ſumendi nomen, & arma teſtatoris, ad implenda eſt. & non dicitur grauamen. & nu. 48.
49. Onus, vel grauamen non conſideratur, ſi honor conſiderari poteſt.
50. Minor ex cauſa remunerationis, donare poteſt ſuo curatori. vbi & late tractatur, an curator cum ſuo minore cōtrahere poſsit. & quando.
51. Metus non præſumitur.
52. Metus quilibet non ſufficit, ad reſciſionem cōtractus. & qualis debet eſſe.
53. Metus reuerencialis non ſufficit, ad reſciſionem contractus, & data enormiſsima leſione, quando iuramētum interuenit. & nu. 60.
54. Metus an dicatur à fæmina inferri. præſertim à matre erga filios. & nu. 55.
56. Metus non conſideratur, in renunciatione iurata.
57. Metus probatio, mayor requiritur, ſtante iuramento. quàm ſi nō interueniſſet iuramentum.
58. Metus excluditur, & non conſideratur, quando iudex præſens fuit, vel ſi conſanguinei præſentes fuerunt.
59. Probationes clariores metus requirūtur, quando iudex, vel conſanguinei inter fuerunt. quàm ſi non fuiſſenr præſentes.
61. L. ſi vnquàm C. de reuocan. dona. qualiter intelligatur, & limitetur. & ſequētibus pleriſquè.
62. Iuramentum habet virtutem ſpecialis renuntiationis legum.
63. Renunciatio hæreditatis, non dicitur donatio, ſed repudiatio.
64. L. ſi vnquam. C. de reuo. dona. diſpoſitio. exorbitat à iure communi, et non trahitur vltra ſuos terminos.
65. Renunciatio patris, filijs ſuis præiudicat.
66. Inſinuatio non requiritur, in donatione remuneratoria.
67. Inſinuatio non eſt neceſſaria, quando iuramentum interuenit. & nu. 71.
68. Inſinuatio non requiritur in renunciatione.
69. Inſinuatio non requiritur, cum donatio fit apud acta iudicis.
70. Inſinuatio eſt actus iuriſdictionis voluntarie, & non requirit cauſæ cognitionem. & vbi cūquè fieri poteſt, etiā iudice non ſedēte pro tribunali. et inibi late, an in domo particularis perſonæ fieri poſsit.
71. Inſinuationis remedio, an dicatur renunciatum. ſtante generali renunciatione legum.
72. Scriptura non extenditur, vltra in ea contenta.
73. Curator aliquid emens, vel poſsidens præſu-

præſumitur nomine proprio id feciſſe,& non curatorio nomine, & de bonis proprijs, non vero de pecunia minoris.&contrarium dicenti incumbit onus probandi.& nu.75.& pleriſquè ſequentibus. & ibi nu.78.ponit quid erit ſi curator emat ex pecunia minoris.& qualiter intelligatur. nu.83. cum ſeq.

74. Scriptura priuata probat contra producentem.

76. Inſtrumento publico plus ſtandũ eſt, quàm teſtibus.& qui habet inſtrumentum publicum pro ſe, poteſt dicere, nolli me tangere. vbi & alia notabilia in propoſito.& nu.86.

77. Emptio cuius nomine dicatur facta. & quid ſi emptio procedat ex pecunia aliena.vide nume.78. cum plurib. ſeq. & nu.85.vbi ponitur, quid ſi conſtante matrimonio emptio, & numeratio fiat per vxorem.

79. Intellectus ad .l. ſi vt proponis .C.de rei vendica.& nu.83.

80. Intellectus ad.l.49.titul.5.parti.5.

81. Alternatiuæ pars explicat aliam partem eiuſdem alternatiuæ. & quando.

82. Alternatiua quando reſoluatur in cõiunctam.

83. Emptium ex pecunia minoris, quãdo eficiatur ipſius minoris.et nu.84.

86. Inſtrumentum eſt veritas apparens, & probatio probata.

87. Aditio,ſeu emptio non probatur, ex verbis volo emere, vel hereditatem adire.

88. Teſtes concordantes cum inſtrumẽto preferuntur, contrariũ deponẽtib.

89. Teſtes ſingulares non probant.

90. Tractantur multa,quæ non perficiuntur.& ideo teſtes de tractatu contractus deponentes,non probant contractum.et.nu..91.

91. Bald. ſententia in.l.multum intereſt. C.ſi quis alte.vel ſibi.qualiter procedat

92. Contractus quãdo dicatur perfectus, & conſumatus.

93. Inſtrumentum in parte acceptans, in totum ei ſtare tenetur,etiam cõtra ſe.

94. Edifitia vtilia,et neceſſaria ſunt habẽda in cõſideratione,ad eorũ ſolutionẽ.

95. Fortalitium rem auget, eamquè meliorem redit.et nu.98.

96. Expnſæ voluntariæ ſunt, quæ rem minime augent.et quæ dicantur expẽſæ factæ ad ꝑpetuã rei vtilitatẽ.et.n.98

97. Vaſalli nõ ſunt ob noxij recipere,dominum ſuum in hoſpitem in ſuis domibus, nec ei hoſpitium dare.

98. Expenſæ neceſſariæ ante omnia ſunt ſoluendæ eas facienti,etiam in ſolo alieno,et etiam malefidei poſſeſſori.et nu.100.et nu.103.

99. Lex.46.Tauri,ſpeciali quodam iure procedit.

101. Fides bona præſumitur de iure,etiã in habente tantum titulum putatiuum et etiam ex iuſtis, et in iuſtis cauſis, et rationibus.

102. Expenſas in re aliena faciens,non videtur quis eas facere animo donandi, præcipue in muliere, quæ de ſe eſt auariſsima.et ſupra nu.7.

104. Intellectus.l.46. Tauri.quæ habetur lib.5.nouæ recopil.titul.7.l.6.et multis numeris ſequentib.

# Tertium Conſilium.

DEI optimi maximi auxilio implorato. In lite et cauſa quæ vertitur, inter comitiſſam donnam Annam de la Zerda, et donnum Balthaſar de la Zerda, eius filium. ex vna parte. et donnum Gaſpar de la Zerda, et eius filios. ex alia. tria ſunt dubia in præſenti tractanda.

PRIMVM, an dicta comitiſſa donna Anna d̃ la Zerda, eius què filius dõnus Balthaſar, abſolui debeant a legitima quam petit dictus donnus Gaſpar de bonis comitis de Melito eius patris. et an etiam abſoluẽdi ſint, à fructibus præceptoriæ de Vſagre.

SECVNDVM, an maioricatus factus a dicta comitiſſa in fauorem dicti donni Balthaſaris, tam oppidi de Paſtrana, quã aliorũ bonorũ, iure ſit firmus. an vero ipſa comitiſſa ſit aſtricta ad ipſorum bonorum maioricatum conficiendum, in fauorem dicti donni Gaſparis.

TERTIVM, an dato quod dicta comitiſſa teneretur conficere maioricatum prædictorum bonorum, in fauorem dicti donni Gaſparis. an tunc ipſe donnus Gaſpar ſit aſtrictus per ſoluere dictæ comitiſſæ eius matri expenſas, quas ipſa fecit in domo dicti oppidi de Paſtrana, et in alijs edificijs.

ET illud in facto primiter noſſe neceſſe eſt, nempe, quòd ipſe donnus Gaſpar ceſit iure iurando dictæ comitiſſæ eius matri dictam legitimam, et fructus etiam dictæ preceptoriæ de Vſagre. iurans nullo tempore aduerſus eam facturum. et hoc ex eo, quod dicta comitiſſa tempore quo ipſe donnus Gaſpar matrimonium contraxit, illi dedit ciuitatem de Rapolla, et oppidum de Almendiola, cum ſuis pertinentijs, et etiam ei dedit plus quàm centum millia aureorum, vel eorum loco, bona quæ cum dictis aureis emerentur, et aureos etiam mille, quos annuatim ipſa comitiſſa dicto donno Gaſpari ſoluere etiam promiſit. aliaquè bona ei quoquè tribuit.

QVIBVS ſic in facto proloquutis. ex pluribus dicimus. dictum donnum Gaſparem obſeruaturum ſcripturam dictæ renunciationis.

PRIMO, quia tempore quo dicta comitiſſa conceſit dicto donno Gaſpari eius filio dictos aureos, et ciuitatem prędictam, cum dicto oppido, et alijs bonis. ipſa comitiſſa erat eius curatrix. et bona ad cũ pertinentia ex dicta legitima habebat. quare omnia bona quæ illi dedit, dicimus dediſſe animo compẽſandi cum dicta legitima et fructibus dictæ cõmendæ et ita quòd non eſt dicendum, dictam comitiſſa ea illi tribuiſſe ita quòd obligata etiam remaneret, bona ſuæ legitimæ et dictos fructus ei tradere. Nãquè cùm † curator vel adminiſtrator aliquid 1.
dat ſuo minori, vel ei promitit, etiã ſi nõ exprimat animo cõpenſandi, cũ eis quæ minori debet, dediſſe videtur ff. de negot. geſt. l. nẽſenius. et ibi Bart. col. 1. verſi. itẽ nota quòd negotiorum geſtor. et ibi ceteriquè doctores idem tenent. et idẽ dicit idem Bart. in l. fi. in fine. C. de dot. promi. et melius ibi Bald. qui loquitur in caſu noſtro, ſcilicet quando mater eſt curatrix. filij. et eſt in. col. 4. verſi. quæro quid in matre. ad idẽ eſt tex. in l. poſt mortẽ. et illic Bart. ff. quãdo ex fact. tuto. et tex. ĩ l. fi. vbi etiã Bart. ff. eod. titul. eſt etiã optimus tex. in l. vxorẽ. §. pater naturalis. & inibi Bart. ff. de leg 3. idẽ probat tex. notabilis in l. cũ poſt mortem. §. 1. & ibi Bart. col. 2. ver. venio ad ſecundã partẽ. ff. de admi. tuto. & inſigne

inſigne Fulgo.in conſi.19.tertio principa liter.col.1.in principio. et Deci.in conſi. 616.viſo contractu celebrato. col.2.nu.4. vbi citat notata in.l.2.ff.de peti. heredita. & ſingulariter idem cōſuluit Alex. in cō. 100. viſo puncto. col. 2. verſi. quo ad tertiā.lib.2. pro qua ſententia facit quia quod
2. curator † facit . pupilli negotium tangēs factum dicitur nomine pupilli.ex tex.in. l.qui negotiationem. in principio. cum ſuis vulgatis ff.de adminiſtra.tuto. et que glo. ad notat.in.d.l.fi.in verb.officium.C. de dot. promi. et veriſimile quidem eſt , prædicta compenſatio, cū non fuerit credendum, prædictam comitiſſam alios habentem filios,tot bona dicto donno Gaſpari daturam.et quòd bona dictæ ſuæ legitimæ , prædictos què fructus dictæ præceptoriæ,quoque datura eſſet,nec ſibi bona quæ ad id ſufficerent remanebāt et ſi aliud voluiſſet, quidem de facili expreſiſſet.C.de cadu.tol.l. vnica .§ ſin autē ad deficientis. et ibi Bald. ad notat. et ex tex.in.c ad audientiam.de decim.et alibi
3. ſæpe traditur.In his quidem declarandis † multum poteſt veriſimilitudo. ex tex. in.c.inſpicimus.de regul. iur. et in .c.quia veriſimile.de preſum.et in.l. fi. in principio.ff.quod met.cau.et in.l. nuptura.in fine.ff.de iur.dot.cum alijs. et in hac ſpetie
4. quod animus compenſandi † ex veriſimilitudine percipiatur.conſtat ex tex.notabili. et ibi notat Bart.in.l.marcelus.ff.dē dona.int. vir. et vxo. ex quo tex. Bart. ad notat,quod ex qualitate expenſarum preſumitur , an animo repetendi,quis eas fecerit , an non. et facit ad idem tex.in.l.ex animo.alias .l.ex annuo ff.eod.titul.et ibi Bart.tex.etiam.in.l.alimēta. et ibi notat glo. in verb.feceris.C.de nego. geſt. et ſat idem conſtat.ex.d.l. nenſenius. in fine.ff. eod.tit.et vltra prædicta facit quæ interminis adducit Deci.in conſi.21. viſo puncto.col.3.verſi.ſed his et ſimilibus.cum ſequentib.et Aym.Craue.in conſi.32.teſtator relinquit. nu.6.vbi ex pluribus conſu
5. luit,animum compenſandi † ex coniecturis coligi. quod et etiam idem Aym. Craue.tradit in conſi.149. petrus.nu.3. cū plurib.ſequentibus. Verùm,& quòd mēs compenſandi ex eo quoque comperiatur, conſtat ex in menſitate dictorum bonorum,cum de dictis fructibus, & bonis legitimæ tot bona dari nequeant.vt eſt caſus notabilis.in.l.quæro .ff. de iur. doti. & in.l.ſi filie pater.ff.de leg.3.ad notat glo.in d.l.fi.in verb. idoneam.C. de dot. promi. & notabiliter. Alex. in conſi.149.viſo thema te.col.3.nu.9.lib.7. Quid multa,& Bal. in conſi.59.tres perſonæ.col.1.n.1.lib.3.ait dotem datam ab aliquo, animo gerendi negotia mulieris,& non donandi, datam cenſeri.ſi aliquæ coniecturæ ineāt quæ potius negotiorum geſtionem , quàm donationem , concernunt.

CETERVM, & his fauent,iura quæſtabiliunt, donationem nequaquam † preſumendam , quorum eſt tex. in.l. ſi 6.
cum aurum.ff.de ſolutionib. & in.l. cum de indebito .ff. de probat. & in.l. campanus.ff.de oper.liberto.& facit tex. ſingularis.in.l. diſpenſatorem .ff. de ſolutionib. quem Bald. in.l.1.in .3.oppoſitione .C. ad trebel.notat ad hoc, quòd in dubio non præſumitur donatio , maxime vbi cadit alia coniectura,vel leuis ocaſio. ſunt plures concordantiæ de quibus. Aym.Craue in conſi.142.Claudius.nu.26.vbi & ex pluribus dicit,donationē nō præſumi,ſed potius dicit fatuitatē pſumi, vel errorē etiā in facto proprio.poſt tradita per Deci. in conſi.195.ſtudendo breuitati. col.2. ver.& iſta concluſio.& Curt.iuni.in con. 56.præ ſupponitur in facto.nu.5. & prædicta maxi
me obtinent in mulierib.vt pote què † a- 7.
uariſsimæ.vt.C.de donationib. ant.nupt. l.ſi. aſponſo.§.quòd ſi ſponſa. &.ff.ad velleya.l.ſed ſi ego.&.ff.de donatio.int.vir.& vxo.l.ſi ſtipullata.in fine quibus cōcordat l 3.ver.mas ſi la ouieſſe.titul.11. part.3.cū alijs de quib.in propoſito And.Tiraquel.in tracta.de legibus conubialibus.in.l.9.nu. 36.&.37.char.mihi.70.co.1.vbi & ait,quod in caſu noſtro præſūptio hæc quòd mulieres ſunt auariſsimæ & quòd ideo nō præſemūtur donare,tolit omnes alias coniecturas

C

ẽturas.ex.l.diuus.ff.de i integ.reſtitu.cum alijs.et ita quippe expredictis,prout aſſer uimus,dicendum eſt,quód dicta comitiſ ſa ſi interrogata fuiſſet, reſpondiſſet. qua re habetur prodiſpoſito.ex.l.Titius.§.Lu tius.ff.de libe.& poſthu.& traditur ꝑ glo. & doctores in.l.tale pactum.§.fi.ff.dē pact. et alibi ſæpe traditur.

NEC dicere oberit, quod prædicta comitiſſa tempore nuptiarum dicti don ni Gaſparis, in contractu matrimoniali dixit, quod ex ſuis bonis illi donabat dictam ciuitatem, et oppidum,dictos què centum mille aureos, cetera què bona.

8. Siquidem, hoc dictam † compenſationem minime fugat,nec illam tollit.vt probatur in.l.nam quod ad ius.§.fi.et in.l. cogi.in princip. ff. ad ſenat.conſul.trebel. & in terminis noſtris tenet hoc.Cuma.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater col.2.nu. 5.ff.ſolu.matri.& Deci.in authen. præterea. nu. 13.in princip.& in ver.ſed Raphael. et me lius in ver.præterea dato.C.vnd.vir.& vx.

Præterea,& dicta verba non ſunt aduer ſa cõpẽſationi.quando qdē dicta comitiſ ſa ſua bona animo cõpẽſandi dare potuit.

Rurſus,pars dictæ ciuitatis,& oppidi, dictorũ que bonorum donatorum, fuit etiam dicti comitis dē Melito, erant què bona communia parentum dicti donni Gaſparis.& quod commune eſt † meum
9. eſt.vt in.l.pupillus.§.fi.ff.de verb.ſignifica. & in.l.alimenta.§.fi.ff.de alimen.legat.cũ ſuis ſimilibus quo in caſu dicendum eſt, ꝙ pdicta verba verifica.fuerũt ĩ nr̃o caſu.

Tum etiã,quia illa verba potius per er rorẽ appoſita dicuntur, quã quod præcedant ex mera liberalitate. cũ aliàs præſumeret donatio,&per mulierẽ facta quod dici non debet, cũ ſexui fœmineo repugnẽt.ex ſupradictis.maxime cũ prædicta
10. †donatio ſit ita in mẽſa,nã tũc,potius pre ſumitur doloſe facta, quã quòd ex mera liberalitate procedat.ita cõſuluit ĩ noſtro propoſito notabiliterloquẽdo Ant.dē But. in cõ.45 domina orauilis.co.1.quẽ refert, & ſequitur plura notabilia comulãdo And. Tiraquel.dē legibus conubialibus.l.9.n.39.

Tũ etiã,quia ex quo facta fuit fauore fi lij a legibus reprobatur, tã iuris cõmunis, quã huius regni Hiſpaniæ. ex .l. donationes quas parentes.C.de dona. int.vir.& vxo.cum alijs ſuis notiſsimis.

PROINDE, et dictus dõnus Gaſpar nõ poteſt ex eo quoquè aduerſari dictæ renunciationi,quia palã verba dictæ renũciationis cõperiũt, dictã renũciationẽ factã fuiſſe,in renũciationẽ predictorũ bonorũ,quæ dicta comitiſſa illi donauit. et ita fateri videt. dictus dõnus Gaſpar in ipſa renũciationis ſcriptura.cuius cõfeſio ni ſtãdũ eſt.vt notiſsima cõcinunt iura.adeo ꝙ et minor ſuæ confeſioni † ſtare eſt 11.
ob noxius,niſi eius errorẽ probauerit. ex tex.in.l.nam et poſtea §.ſi minor ff.dē iur. iurã.traditur.in.l.certũ.§.ſed an ipſos.et ĩ §.in pupillo.et in.§.minorẽ.ff.de cõfes. facit ad idẽ tex.in.l.1. Conocencia. Ver.otioſi dezimos.cũ ſeq.tit.13 part.3. ꝙ expræſſe tenet Specul.in tit.dē in integ.re ſti.§.1.co.penul.ver.ſed nũquid.cũ alijs de quib Cardi.Pet.Paul.Pariſi.in con.96.in preſenti caſu.nu.86.lib.1.

PRETEREA, et ſi ex verbis dictæ re nũciationis expræſſe nõ cõſtaret,dictã re nũciationẽ ex eo factã, quia dicta comitiſſa ei prædictã cõfecerat donationẽ. ſat tamẽ eſt cõſtare merita dictæ † comitiſ 12.
ſæ dictã renũciationẽ pceſiſſe, vt ipſa renũciatio facta cẽ ſeatur, propter dicta merita precedẽtia, quæ ex donatione dictæ comitiſſæ ſuboritur.ex tex.ĩ.l.aquilius regulus.ff.dē donationib.et eſt bona glo.in ꝓ poſito quæ loquitur ĩ donatione inter patrẽ,et filiũ.ĩ.l.ſi donationẽ.in verb.poſtulas.C.dē collat.cui ibidẽ Bar.ceteri què doctores ad ſtip ullãtur.et idẽ Bar.ĩ.l.ſi tibi dē cẽ.§.ſi pactus.co.1.ver.quæro qualiter.ff.dē pact.et ꝑ modernos in.l. ex hoc iure.ff.de iuſti.et iur.et alibi ſæpe. Præſertim, cũ in dicta renunciatione ſit appoſitum iuramentum,in qua fit mentio de meritis dictæ comitiſſæ quare ſuccedit regula iuris quod qui probat aliquem, per iuramentum aliquid affirmaſſe, non compelitur veritatẽ facti alias ꝓbare,cũ ꝓ iuramẽto 13.

preſumatur.ex glo.notabili.in.c.ex reſcripto.in ver.inhibeatis.de iur.iurã. & tenet in propoſito And.Alcia.in rub.x̃ de iur.iurãd.nu.3.&.4.& in nr̃is propriis terminis donationis iuratæ, quód eo ipſo ſi in inſtrumẽto fiat mentio meritorũ, dicatur plenè de meritis cõſtare, ſtantè dicto iuramẽto,tenet Bald.in.l. ſi donatione col. 1.verſi.ſed q̃d ſi pater.C. de colla. per tex. in authen.quod obtinet.C.eod.tit & Bal. refert,& ſequitur Alex.in con.8.viſis& cõſideratis.col.2.ver.fortificãtur.lib.2. & nouiſsime hoc idẽ conſuluit plures alios referẽdo Ioa.de Nebizã.in cõſi.8.in preſenti cauſa.nu.17.&ideo in dubio cõtra iurantẽ † debet fieri interpretatio. vt diſponit
14. tex.in.l.fi.in princip.tit.11.in.3.parti.

SANE, & hec ſuadentur ex alio,nẽpe quia dictus donnus Gaſpar prædictã renunciationẽ iuramẽto firmauit ,quare &
15. ſi minor ab ea recedere † nõ valet.ex tex. notabili(& ſi vulgato) in authẽ.ſacramenta puberũ.C.ſi aduers.vendi.& in.c.1.§.itẽ ſacramenta.de pac.iuramẽ.firman.in.lib. feudorũ.cum alijs.& eſt bonus tex.ad idẽ in.l.6.ver.Eſſo meſmo ſeria.tit.19.parti.6 & in.l.16.in princip.tit.11.parti.3.Que iura & in donatione † obtinẽt ſecundũ glo. in
16. dicta.authen.ſacramenta puberũ.in verb. contractibus.in princip.ex quo diſpoſitio tex.in.d.authen.ſacramenta puberũ.& aliorũ iurium ſimiliũ fauorauilis eſt,quia cõcernit fauorem anime,que cunctis rebus preferẽda eſt.ex.l.ſancimus.C.de ſac. ſanct.eccle.cũ alijs.& prædictam.glo.approbat inibi Bart.col.3.verſi.quero vtrum et Iaſo.etiam ibi.nu.71.et.72. et Bal.in.l.ſi quis emptionis.in princip.C.de preſcrip. trig.vel.quadrag. anno. et hanc dicit eſſe communẽ opinionem. Soci.in cõſi. 279. viſa donatione.nu.1.lib.2.Habent què prædicta iura locũ.etiam † curatoris authori
17. tate nõ interueniente,vt conſtat ex eiſdẽ iuribus generaliter loquentibus, nullum què diſcrimẽ facientibus, ad ſit curatoris authoritas,nec ne,et hoc eſt doctorũ cõmune placitũ in.d. authẽ. ſacramenta puberum.et eſt ad id bona glo.in.l.1.in verb. emptori.in fine.C.ſi aduers. vendi. que in hoc approbat opinionem Martini. et ait ibi glo.quòd hoc eſt deciſum per authen. ſacramenta puberũ.cuius glo.opinionem dicit eſſe communem Iaſo.in.d. authen. ſacramenta puberum.nu.3.et idem tenet Hoſtien.in.c.Raimuntius.col.3.ver. ſedet ſi adultus. de teſtamen. et hanc dicit eſſe cõmunem opinionẽ,et preter eos. Imol. in.c.cum contingat. de iur. iuran. col.78. verſi.item iuſta prædicta.eamdem etiam dicit eſſe magis communem opinionem et in conſulendo communiter ſequutam Soci.in.d.conſi.279.viſa donatione. nu.2. lib.2.et ita tenendum eſt, licet Bart.contrariũ voluerit, cuius Bart. opinio communiter eſt damnata ſecundum Alex. in conſi.125.viſis et cõſideratis.col.penu.ver. ſi autem.lib.1.Procedunt què prædicta iura,in liberatione per minorem † facta, fa 18.
uore ſui debitoris. ſecundũ glo. notabilẽ in.l.3.§.contrarium.in verb.liberationem ff.de contra.et vtil.act.tutel.et notat Bart. in.d.authen.ſacramẽta puberũ.co. penul. ver.quid ſi iuramentũ. et ibi etiã Iaſo.nu. 73.et Bald.in rub.C.de pact.col.1. verſi. ex hoc ſequitur.cũ alijs de quibus Didac.de Segur.in repe.l. quẽ admodũ.ff.de adquiren.poſſe col.26.ver.ſed cõmunis.vbi hãc dicit eſſe cõmunem opinionẽ.quod et obtinet,etiã ſi talis liberatio † in fauorẽ tuto 19.
ris,vel curatoris fiat. vt tradunt doctores in prædictis locis.quod & ſatis conſtat ex tex. notabili. in .l. 102. tit. 18. parti.3.et ex Specul.in tit.de inſtrumentorũ editione. §.dicto de impugnatione.col.4.ver. porro per totũ.maxime in finalibus verbis.

QVIM, et plerique tenuerũt( et ſi cõplures contrariũ teneant . de quibus infra menores erimus in cõ 28. diſſertatur.nu. 16.et ſeq.)dictã † authen.ſacramenta pu- 20.
berum.C.ſi aduers.vẽditio.ſimilia què iura,etiam data enormi , atquè enormiſsima leſione , obtinere.(cum alias diſpoſitio iſtorum iurium , potius eſſet impoſita verbis, et non rebus.quod dicere nefas eſt. ex tex. in.l.2. C. comm de leg. et fid. comr.in fine. et in .c. comiſſa. de elect.li.

6. cum alijs ) & alias eſſet viam per iurijs apperire. quod non eſt dicendum. ex tex. in .c. cum dilectus. quod met. cau.& in .c. ſi vero. & in .c. verùm de iur. iuran. quæ opinio ſat conſtare videtur, ex verbis generalibus dictorum iurium. & ſic in terminis tenent plures doctores relati per Iaſo. in.d. authen. ſacramenta puberum .C. ſi aduers. vendi. nu. 43. cum ſequentib. ſi quidem vt doctores inibi dicunt, dolus ex propoſito, & dolus re ipſa non adequantur. cui ſententie & fere omnes doctores conſentiunt. in .c. quanuis pactum. de pact. lib. 6. & doctores maxime Areti. in.l. qui ſuperſtitis. col. 6. verſi. adde etiam .ff. de adqui. poſſe. et abunde idem conſuluit. Alex. in conſi. 42. ſuper premiſſo. col. penul. lib.1. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem. & idem Alex. in conſi. 125. viſis & conſideratis. col. antepenul. lib.1. & in conſi. 222. viſa facti. col. 2. lib.2. & in conſi. 127. viſo proceſſu. col fi. lib.2. & in conſi. 53. viſis & cõſideratis. col. 6. lib.3. & Soci. in conſi. 115. circa primam. nu. 7. lib.1. & Curt antiquior in conſi. 43. ſuper contingentia. col. 4. & Soci. iunior in conſi. 67. prima preſentis. nu.22. cum plurib. ſequentib. lib. 2. & Ioa. Anto. Rube. in conſi. 12. viſis & diligenter. nu. 16. & 18. & Card. Pet. Paul. Pariſi. in conſi. 96. in preſenti cauſa. nu. 65. cum ſequentibus. lib. 1. tradunt doctores: in.l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obliga. & in.l.2.C. de reſcin. vendi. & in .c. cũ cauſa: vbi glo. de empt. et vendi. & hanc eſſe communem opinionem, & veriſsimam, & in praxi admitendam teſtatur dominus Didac. Couarruuià Leiba. in repeti. d.c. quànuis pactum. de pact. lib.6. in.3. parte relectionis. §. 4. nu. 3. col.3. illius numeri. verſi. contrariam in hoc opinionem. vbi plura refert ſcitu digna ſuo ſolito more. eandem dicit communem Aym. Crauc. in conſi. 114. Ioanna Filia. nu. 9. lib. 1.

ET licet aliqui deſcribentibus contrariũ velint, tamẽ in hoc noſtro caſu, hec ſentẽtia probabilior ex pluribus videtur.

Tum quia, per dictum donnum Gaſparem non eſt obtenta, nec petita relaxatio dicti iuramenti. quo in caſu complures ex tenentibus contrariam ſententiam, dicunt non poſſe renunciantem renunciationi iurate obſiſtere.

Tum etiam, quia inter dubias opiniones † illa opinio præponenda eſt, quæ animæ contrahentium fauet, & ſic obſeruantiæ iuramenti. ex tex. in.c. iuuenis de ſponſalib. & in terminis ſic conſuluit, & tenet Alex. in conſi. 27. viſo libello. col. penul. verſi. dignum eſt ergo. lib.1. & plerique alij quos refert & ſequitur Ioa. de Neuiza in ſua ſilba nuptiali. in tractatu. in dubio quomodo iudicandum. char. mihi. 25. col. 4. verſi. item pro ea opinione qua euitatur peccatum. Et in ficiari non poteſt, opinionem contrariam dubiam eſſe. ſi quidem doctores quidam eam cõmunem dicunt. alij vero aduerſam. & quòd hoc † rem dubiam efficiat. ſatis cõſtat ex tex. in.l. non poſſunt. ff. de legib. & ex notatis. in.l ſcire leges .ff. eod. titul. et inibi Bald. poſt Bart. in.l. qui romæ. §. duo fratres. col. 3. verſi. ſexto ad idem. in fine. ff. de verb. obligat. et Soci. in rub. ff. de reb. dub. col. i. verſi. ex quibus infertur. lib. 6. et alibi ſepe. 21. 22.

Tum etiam, quia inter ambiguas ſententias † illa eſt eligenda, quæ reis fauet 23.
ff. de regul. iur. l. fauorauiliores. et tex. in. c. cum ſunt partium. eod. titul. lib.6. et in §. cõmodum. inſtitu. de interdict. cum ſuis ſimilibus. et quia ſi actoris probatio. eſt dubia, ei minimè prodeſt. ex tex. in.c. in præſentia. et ibi docto. de probat. et l. qui accuſare C. de edẽ. et l. actor quod aſſeberat. C. de probat. cum alijs.

Tum quia, ſi hãc teneamus partem atquè opinionẽ, alij filij dictæ comitiſſe minus ledũtur. et illa preualet ſentẽtia † quæ 24.
æqualitatẽ iter filios generat .vt. in l. fi. C. commu. vtri iudi. et in. l. inter filios. et ibi Bal. C. famil. herciſcũ. et facit. l. cũ pater. §. dulciſsimis ff. d leg. 2. et i. §. euictis. eiuſdẽ leg. et in authẽ. ṽ nupt. §. prefact e. colla 4. et tex. in .l. vt liberis. et in .l. illud .C. de col-

colla. & in terminis ita tenet Soci. in repe ti. l. cum auus. col. 20. verſi. ex quibus infe ro. ad finem. ff. de condi. & de monſtra. & melius ibi col. 57. verſi. tum quia per iſtã opinionem. & per Carol. Rui. in cõſi. 178. ſubtiliter & abunde. nu. 7. lib. 2. & per Marc. Mantua. in repeti. authen. nouiſſi- ma. C de in offi. teſtamen. per tex. ibi. in pagina 33. verſi. nota quinto. et per Ioa. de Leziri. in tracta. de primogenitura. lib. 2. q. 3. col. 4. verſi. tertia prerogatiua. & per Ioa. Lup. a Pal. Rub. in repe. c. per veſtras. de dona. int. vir. & vxo. §. 26. nu. 19. char. mihi. 101. col. 1. poſt medium.

Tum etiam, quia in dicta renunciatio ne iudicis præſentia interuenit, eius què
25. decretum. quæ operari cõſueſcunt † do- li, & fraudis excluſionem. ex tex. in. l. 1. C. de pred. curial. li. 10. & ibi Bart. col 1. verſi. itẽ nota quòd dictæ cauſæ. & facit. tex. in. l. trãſactionẽ. C. de trãſact. et in. l. nõ eſt veriſimile. ff. quod met. cau. cũ alijs, quo rũ meminit. Curt. antiq. in cõſi. 43. ſuper cõtingẽtia co. 5. & 6. & plenius Curt. Iuni. in cõ. 67. præſupponitur. co. 2. n. 3. et. 4. poſt Bald. in. d. l. 1. C. de pred. curial. col. 2. verſi. item nota. et in verſi. item puto. vbi et di
26. cit, quòd decretum iudicis interpoſitum in contractu † excludit benefitium. l. 2. C. de reſcin. vendi. quod ibi tenet per tex. ibi in. d. l. 1. et ſic ſecundum Bart. et Bald. in. d. l. 1. decretum iudicis operatur, quòd quis nõ poſſit cõqueri de deceptione vltra dimidiã iuſti pretij. et Bald. refert, et ſe- quitur Iaſo. in cõſi. 54. circa dubiũ primũ. nu. 3. ver. primo moueor. li. 1. et in cõſi. 55. o miſis præfactionibus. nu. 1. eod. li. 1 et ido. idẽ Bald. in. c. 1. §. qa. co. 3. ver. et ego addo. in titul. de his qui feud. da po. in vſibus feu dorũ. dicit quòd hoc decretũ iudicis facit
27. præſumi cõtractũ † eſſe celebratũ in vti litatẽ eccleſiæ, vel minoris. et hoc ex tex. in. d. l. 1. C. de pred. curial. lib. 10. et Bald. re fert et ſequitur Iaſo. in dictis cõſilijs. ma ximè in dicto conſi. 55 nu. 1. in fine. lib. 1. et Curt. iuni. in. d. conſi. 67. col. 2. nu. 3. et. 4.

Tum quia, et dictus donnus Gaſpar in dicta renunciationis ſcriptura. iure iuran do promiſit, ex cauſa enormiſſimæ † le 28.
ſionis eidem renunciationi non aduerſa ri. quo in caſu. et plures ex tenentibus cõ trariam opinionem, dicunt iurãtem mi nimè venire poſſe aduerſus renunciatio nem. quia renunciantibus iura ſua, regre ſus dandus non eſt. ex tex. in. l. queritur. §. ſi venditor. ff. de edil. edict. & in. c. extranſ miſa. de renuncia. cum alijs. & in termi- nis ita tenet glo. in. c. cum cauſa. glo. fi. in fine. de empt. & vendi. & inibi doctores. & in. d. l. 2. C. de reſcin. vẽdi. maxime Bart. col. 3. verſi. quero quid & Phelip. Franc. in c. quanuis pactum. de pact. lib. 6. col. 3. an- te verſicul. in gloſa in verbo improbet. et Card. Paul. Pariſi. in. d. cõſi. 96. nu. 74. li. 1. citans Corne. videndum. et idem conſu luit Aym. Craue. in conſi. 114. Ioanna. nu. 10. quibus accedat tex. in. l. 56. titul. 5. in fi- ne. verſi. Otroſi dezimos. parti. 5. & l. 102. ※ Reciben ※ titul. 18. part. 3. facit et tex. in. l. cũ in veditione. et in. l. ſiquis do nationis. ff. de act. empt. cũ ſuis ſimilibus.

VERVM, & ex alio hæc fiunt ma nifeſta, quia ex quo dicta comitiſſa tot ingentia què bona ante dictam donatio nem dicto dõno Gaſpari donaberat. quæ ab eo auferre poterat, ea alijs filijs tribuẽs et ſatis ipſe dõnus Gaſpar in modice què fuit honoratus ex dicta donatione. ex tra ditis in. l. extribus. C. de in offi. dona. & ibi Cinus col. 1. ante finẽ. & idem cõſtat in. l. ab eo. C. de fideicomi. et in. l. ſcimus. §. cũ authẽ. & ibi docto. C. de in offi. teſtamẽ. & in. l. 27. taurinarũ legum. Et eo etiã præ cipue, quòd mater non tenetur dare filio donationẽ proter nuptias, nec quid ſimi le. C. de iur. dot. l. mater. et ibi glo. itaquè ſatis conſtat, quòd dictus donnus Gaſpar ſaltim obligationi antidorali erat obliga tus dictæ ſuæ matri, ante ipſam renũcia- tionẽ. quæ † antidoralis obligatio in eſt e 29.
tiã inter patrẽ, & filiũ. ex tex. notabili. in. l. cùm oportet. §. cũ autẽ. C. de bõ. què libe. in verbis. ※ Quaſi remunerationis gr̃a à filio accipere ※ Quod et tex. pbat. in l. 1. in principio. ff. ſi quis aparẽ. fue manu- mi. ibi ※ Quia aparẽnte benefitium ha

buit ⁂ Eſt etiam tex.in.l.1.C. de ingratis libe.et in.l.de emancipatis.in princip. C.de legiti.hæredib.et in authen. de non eligendo ſecũdo nubentes. in princip. & inibi Angel. qui ſingulariter loquitur in propoſito col.2.verſi nota hic tex.colla.1. & per docto.in.l.ſi donatione.C. de collationib.et Alex.in conſi.8.viſis & cõſideratis.col.ſi.verſi.nec obſtant.lib.2. quibus & accedat tex.in.l.iuſta.ff.de manumi. vindict.et per totũ.C.ex quib cau.ſerui. pro prem.liber.merue.Si igitur donnus Gaſpar dictæ eius matri erat antidoraliter obligatus ante dictam renunciationẽ,confeſtim ſequitur, ex eadẽ renunciatione nullam leſionem enormiſsimam ſubortã aduerſus dictum donnũ Gaſparẽ.præcipue,quia dicta donatio materna eſt maioris eſtimationis,quàm ipſa renũciatio & ita vltra iam dicta, minime obtinere poſſunt doctorum ſententie, tenentium ex tante enormiſsima leſione dictam authen.ſacramenta puberũ.C.ſi aduers.vendi.non obtinere ex quo enim dicta renũciatio facta eſt ex cauſa remunerationis,
30. permutatio fuit † et compenſatio iure permiſſa ex tex.in l. ſed. ſi lege.§. conſuluit.ff.de peti.heredita.ibi ⁂ Velut genus quod dã hoc eſſe permutationis. ⁂ et inibi Bart.& docto.illũ tex.ad hoc perpendunt.eſt etiam ad idem tex.in.l.Aquilius regulus.ff.de donationib.ibi ⁂ Nõ meram donationem eſſe. ⁂ Sunt alia iura cõſimilia,quorũ meminit And. Tiraquel.in repeti.l.ſi vnquã.C.de reuocan. dona.in verb.donatione largitus.nu.11. in principio.et per doctores in.l. iuris gẽtiũ §.quinimo.ff. de pact.nõ quidem cẽſetur præſtare benefitiũ qui debitũ impendit. ff.de hæredib. inſtituen.l. ſi vero. &.ff. de leg.2.l.vnũ ex familia.§.1.quibus & ſit,le-
31. gitimã † tolli poſſe, ex cauſa remuneratoriæ donationis.ex tex.in.l. viuus libertus.aliàs.l.vnius libertus ff.ſiquid in fraud. patro.q; lex tẽperat iura prohibẽtia donationẽ libertorũ,preter quàm ſi libertus faciat donationẽ remuneratoriã. quẽ tex. Bald.ad hoc notat.in.l.2.in. 4. oppoſitione.C.de in offi.donationib.& Ludo.Roma.in.l.ſi ante nu.5.in fine.ff. ſolu. matrimo.& Iaſo.in.l.ſi nõ ſortẽ.§.libertus nu.8 verſi.octauus effectus.ff. de cond. indebi. et per docto.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.et iur.quibus et accedat,quia † res que alie 32.
nari prohibetur,ex cauſa tamen remunerationis donari poteſt.ex tex.in.c.relatũ. in.2.de teſtamẽ.legitur & notatur in.l. iubemus.§.verũ.C.de ſac.ſanct.eccle.& inibi eſt bona glo in verb.per miſſam. & ibi etiam docto.& in.l iuſta.ff.de manu.vindict.& alibi ſepe. Quid plura, & minoris res, ex cauſa † remunerationis alienari 33.
etiã poteſt.ex.l.qui filiũ.ff.vbi pupil.educa.debe.& in.l.1.& ibi Salice.C.eod.titul. &.l.ſi filius.in princip.et ibi glo.2.ff.de donationib.facit tex.in.l.3. ⁂ Fijo, o nieto. ⁂ in medio.titul.4.parti.3.et.l.obes alienũ.& ibi.gl. C. de pred. mino. cũ alijs de quibus Bart.in.l. ambitioſa. col.1.ff. de decret.ab ordi.facien. & per Iaſo.in.d.l.ſi non ſortẽ.§.libertus.nu.8.verſi.ſextus effectus eſt.ff.de cõdi.indebi. & hac præcipuũm ratione,minor leſus dici nõ valet, ſi ex cauſa remunerationis alienaberit, vt ſtatim dicemus. quã inquã ob rẽ, et iure optimo ſtabilitũ eſt, quòd & ſi minor rẽ ſuã donare ne quaquàm poſsit, ( vt iura notiſsima dicũt ) ex cauſa tamẽ † remu 34
nerationis donare valet ita probat tex.rectẽ peſitatus.in.l.nõ ſolũ.in fine.C.q̃ præd. mino.&in.l.1.C.ſi aduers.dona.& facit ad hoc.d.l.3.in medio.titul.4.part.5.& in proprijs terminis ita tenet Ludouic. Roma. in l.ſi ante nuptias.nu.5. in principio.ff.ſolu.matrimo.et Cuma.in conſi.101.duciſſa.col.1.et Soci. in cõſi.66.fruſtra.nu.12.li. 1.et Deci.in cõſi.232.dura admodũ. nu.3. et.4.et.Iaſo.in.d.l. ſi nõ ſortẽ.§. libertus. nu.8.verſi.nonus effectus eſt. vbi notabiliter loquitur in noſtro ꝓpoſito.et ibi dicit hoc maxime ꝓcedere, ſi iudicis decretũ interueniat.vt in præſenti quidẽ interuenit.vt iã dictũ eſt.quã ſentẽtiã.in puncto iuris ꝓbabiliorẽ dicit Iaſo. in. d.l. ex hoc iure.ff.de iuſti.et iur.nu.63. in vndecimo effectu.et illi ad ſtipulatur Alciat.in.l.credito-

ditores.ff.de ver.ſignifica.& latiſsime omniũ And.Tiraquel.in repeti l.ſi vnquã.C. de reuocã.donat.in ver. donatione largitus.nu.23.in decimo efectu.quæ& vltra iã dicta ſatis ꝓbãtur.in.l.cũ plures.§.cũ tutor.ff.de adminiſtra.tuto. Et inquit Iaſo.ĩ
35. d.l.ex hoc iure.nu.63.ꝙ ex eo quòd † ãtidoralis obligatio præceſit, nulla leſio minoris cõſiderari poteſt.ꝙ & cõſuluit Deci.ĩ dicto cõſi.232.nu.4.& Ioa.Anto.Rube.in dicto cõſi.12.nu.18.& quòd extãte prædicta obligatione ãtidorali, dicta leſio enormiſsima cõſiderari nequeat.ſat probatur in.l.1.C.de imponẽ.lucra.diſcre.lib.10.quã ad hãc rẽ expẽdit Ancha.in cõſi.69.cõtra donationẽ.col.2.ver.cõfirmatur prædicta cõſuetudo.vbi & ait,ꝙ ĩ hoc caſu, minor donãdo, nõ dicitur ꝑdere.cũ tũc potius minor dicatur debitũ naturale perſoluere.ex.d.l.1& ex.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff. de peti.heredita.cum alijs.

Nec Areti.ſẽtẽtia in cõſi.24 quatuor dubia potiſsime diſcutiẽda veniũt.col penul.(qua cẽſuit, minoris donationẽ remuneratoriã dirui, cuius recẽtiores dictis in locis meminere, præſertim Iaſo.in.d.l.ex hoc iure.nu.63 & in.d.§.libertus.nu.8.col. 2.)iure ꝓbari poteſt. Præter hoc, quod ipſe Areti.fatetur incõtrariũ eſſe cõmunẽ opinionẽ doctorũ. quibus fauet optimus tex.in.l.etiã.ff.de manumi.vindicta.

37. NON igitur † dictus donnus Gaſpar enormiſsime leſus dici valet, ex dicta renũciatione, precedẽte dicta ingẽti donatione à dict.comitiſſa eidẽ dõno Gaſpari cõfecta.& ob id doctorũ ſẽtẽtia tenẽtiũ, dictã autẽti.ſacramẽta puberũ. extãte enormiſsima leſione nõ ꝓcedere, ad caſũ noſtrũ (præter ea quæ de ſuꝑſcripſimus) obtinere neqt.vt pote ꝙ leſio ipſa ceſauerit

38. NEC prædictis dicere obſiſtit, quòd † tex.in.l.2.C.ſi aduerſ.dona.ꝓbare videtur minoris donationẽ remuneratoriã ſubuerti, etiã ſi confecta ſit iudicis decreto.

Tũ quia, tex.ille de donatione remuneratoria minimè agit.vt expẽdit Iaſo in d. l.ſi nõ ſortẽ.§.libertus.nu.8.ver.nonus effectus.& in.d.l.ex hoc iure.nu.63. in fine.

Tũ etiã, quia ille tex. potius contrariũ ſuadet.vt & Iaſo. in dictis locis aduertit.

Tũ & ꝑter alios, quia tex. ille minimè de donatione loqtur.quæ mãſura eſt apud eũ cuius fauore ãtidoralis obligatio ſuborta eſt.vt eſt noſter caſus.Et ſi fateremur legẽ ipſã de donatione remuneratoria agere.in caſu enim illius tex.pater filio predonãs, bona donata habiturus minimè erat ſed extraneus quidam, interque non minimum eſt diſcrimen.

Tũ & quia, in caſu dictæ.l 2.in donatione nõ quidẽ iuramẽtũ interuenit. prout ĩ noſtro accidit caſu.

Tũ etiã, quia nec tex.ille edocet ſuo in caſu, leſionẽ enormiſsimã in eſſe, ſi quidẽ enormis leſio, & ſi non enormiſsima minori preſtet reſtitutionẽ in integrũ, de qua eadẽ agit ſ actio.vt notiſsima cõcinũt iura

PROFECTO nec refragatur prediictis textus † in.l.ſi ad reſoluẽdũ.C.de præd. 39.
mino. Si qudem Illi ſolutio in promptu eſt dictis modis. Rurſùm. Nec in ipſius ſanctionis caſu, iudicis interuenit decretũ.vt & Odofred.ibi cõſiderat.vt in noſtro euenit caſu Præterea In eadem lege, minor nõ quidẽ alia bona patri donauit, acõtẽtis in priori donatione diſsimilia ſed ipſe minor ipſã donationẽ cauit.ꝙ à noſtro diſsidet caſu. nec enim ex diuerſis illatio enaſci poteſt.l.ſi.ff.de calumniato.l.papimãs exuli.ff.de minorib.l.naturaliter.§. nihil commune .ff.de adquiren.poſſe.cum alijs.

QVID multa, & ipſa ãtidoralis obligatio † donationis pſũptionẽ inducit.ex. 40.
l.ſi vero nõ remunerãdi.§.idẽ papinianus ff.mãda.& que ibi Bart.ad nota.co.2.ver. opono de lege ſi vero nõ remunerãdi.poſt glo.in.l.q̃ dotis.ff.ſolu.matrimo.cũ alijs de qbus Iaſo.ĩ.d.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur. n.57.et ĩ.d.l.ſi nõ ſortẽ.§.libertus.n.8.verſi. quartus notabilis effectus.ff.de cõdi.indbi.

DE inceps, & prædicta ex alio muniũtur, quia & ſi opinio eorũ q tenẽt, interueniente enormiſsima leſione dictã autẽti. ſacramẽta puberũ.locũ nõ habere, ꝓbabilior eſſet, expeditiſsimũ qdẽ eſt.ipſã leſio

ne † eſſe ꝓbãdã.ex tex.ĩ.l.quoti.§.q dolo.
ff.đ ꝓbat.et ĩ.l.namet poſtea.§. ſi minor.
ff.đ iur.iuran.et.in.l.verũ.§.itẽ nõ reſtitue
tur.ff.de minorib.ad ꝙ eſt tex.notabilis.ĩ
l.2.tit.19.part.6.&.l.6. ĩ fine.ead.6.parti.&
titul.eod.tex.etiã notabilis ad idẽ.in.l.3.ti
tul.25.parti.3.tex.etiã ſingularis.in.l. 16.in
medio.tit. 11.parti.4.cũ alijs đ qbus Fuſe
Card. Paul.Pariſi.in.d.cõ.96.n.67. cũ ſeq.
lib.1.et ꝑ recẽtiores in.l.ciuitas.ff. ſi. cert.
peta.et in autenti.hoc ius porrectũ .C.de
ſac. ſanct.eccle.et in.c.ſine exceptione.12
q.2.et ꝑ modernos in repeti.l.2.C.đ reſcĩ
dẽ.vẽdi.& alibi ſepe. Sed quò modo ipſe
dñus Gaſpar ipſã leſionẽ ꝓbare poterit,
cũ præceſſerit tã ãpliſsima donatio ei fa-
cta ꝑdictã comitiſſã eius matrẽ.& eo ꝑci
puũ,ꝙ dictus dñus Gaſpar tẽpore dictæ
renũciationis dixerit,facere dictã renun
ciationẽ ex certa ſciẽtia. vt euidẽter con
ſtat ex ſerie dictæ renũciationis.ꝙ & cõſi
derãt .dd. ĩ.d.autẽti.ſacramẽta puberũ.&
ĩ.d.c.quãuis pactũ.đ pact.li.6.& ĩ.d.l.2.C.
đ reſcindẽ. vẽdi. & alibi ſepe traditur.

NEC dicto dño Gaſpari dicere ſuf-
fragatur,ꝙ prædicta comitiſſa ĩ dicta eius
donatione,nõ illi dicta oppida,& bona li
42. bere illi cõceſſit,ſed quod ea † maioricat.
titulo haberet& ob id,quòd hoc onus ma
ioricat.ipſã obligationẽ ãtidoralẽ euertit

SI quidem hoc dicere,aduerſetur om
ni rationi & iuri.et eo maxime ꝙ negari
nõ poſsit,ſatis dictũ dñũ Gaſparẽ hono
ratũ dicta donatione tot bonorũ, & ſi ei
cõfecta ſit maioricat. titulo. ꝑcipue quia
vt diximus,alios filios dicta comitiſſa ha
bebat,qbus eadẽ bona condonare poſſet.

Rurſus,nec onus ꝑdictũ maioricat.cõ
ſiderabile eſt,vt ipſã ãtidoralẽ abiiciat do
nationẽ,eo ꝑcipue,ꝙ nõ exteris cõceſſa
ſint dicta bona,ſed dicto dño Gaſpari.
oĩbus que eius poſteris ꝑpetuo ſint reli-
cta.quorum fructus ipſi ſunt potituri.

Verũ,& hac ĩ ſpetie cõſiđrãdũ eſt , ex
eo quod dicta bona vinculo maioricat.re
licta ſint,cõmodũ nõ modicũ etiã ipſi dõ
43. no Gaſpari cõfluere.ſi qdẽ illis † eius genus
familiaq; cõſeruẽtur.ex tex. in.l.1.§.quã-
uis ff.đ vetr.ĩſpiciẽ.&q; Cinu.&alij adno
tãt.ĩ.l.1.C.đ adulte.c.1.ver.tertio ꝙro.& dé
cto.in.l.maximũ vitiũ.C.đ libe.ꝑte. vel ex
hereda.ad ꝙ eſt opti.tex.in.l.44.tit.5.par.
5.ibi. Mas q ſinq ſiẽpre ami hijo y ami
heredero,porq ſea ſiẽpre mas hõrrado, y
mas tenido. Quibus accedat bonus tex
ĩ.l.cũ filius.§.pater.ff.đ le.2.ibi diuitiæ enĩ
† agnationes tuẽtur,& ſine eis ob nubilã- 44.
tur,& diruũtur.ſecũdũ.Ioã.Andre.ĩ addi
ctionib.ad Specu.ĩ tit.đ ſucceſionib.ab in
teſtato.ĩ rubrica.col.2.ĩ principio. & ſatis
ꝓbatur ĩ.l.3.ĩ prĩcipio.ff.đ teſtib.& alibi ſe
pe.& ideo beatus Auguſti.ĩ lib.đ ciuitate
đi.quẽ refert Alex.ĩ cõ.52.circa hãc dubi-
tationẽ.co.1.ĩ fine.lib.4.dicit,ꝙ ĩ familijs
ꝑ diuitias cõſeruatur honor. & ĩterminis
ꝙ hij maioricat.nõ dãnoſi ſucceſorib.† ſed 45.
ĩgẽtis cõmodi ſint.& ob id ĩ republica.ꝑ-
miſſi.Paul.Caſtrẽ.notat. ĩ cõ.179. ĩ cauſa.
quã magnificus dñs.n.3.&.4.lib.1.cui & Ia
ſo.cõſẽtit.ĩ cõ.170.ĩ ipſẽti cõſultatione co.
3.&.4 lib. 4. & ſingulariter hoc clarius ad
notat ĩ ꝓprijs terminis maioricat.Prepo
ſit.ĩ.c.ius naturale.co.4.ĩ medio.1.diſti.&
And.Tiraq.ĩ eius aureo tractatu.đ primo
genitura.q.4.nu.13.cũ ſeq.vbi & refert cõ
plures ĩterꝑtes ſacræ theolog.canonũ,ve
atquè legũ. ꝑdictã tenẽtes ſẽtẽtiã.et ꝑte-
reum idẽ ĩterminis maioricat. ad notat.
dñs Couarru.à Leiua.c.5.n.5.ver.tertio.li.3
variar.reſolut.& Aym.Crauc.ĩ cõ.135.ver.
đcreti.n.45.& frater dñs a Soto.ĩ ſuo ſolẽ
ni tractatu.đ iuſtitia & iure.li.4.q.5.artic.
1.§.at vero quãuis.co.2.ver.ad ſecũdũ ſecũ
da cõcluſione.& ĩ ver.& genus & virtus.&
domi.Didac.Septimã.ĩ tracta.de primo
genitus Hiſpaniæ.li.1.c. 16.&.c.18.et.19. &
20.& ĩ.c.21.eod.lib.1.vbi ponit plures ratio
nes ,qbus ſuadet, maioricatus eſſe ꝑmiſ-
ſos ĩ republica.& Peral.in.l.3.§. q fide icõ-
miſſã.n.121.ff. đ hæred.inſti.quibus acce-
dat ꝙ đ primogenitura dicit Ioa. And.in
c.licet deuoto.col.3.ver. de primogenitis
vero & alibi ſepe.& in terminis etiã facit
ꝙ dicit Bologni.ĩ cõ.62. vt in præſẽti au-
rea dubitatione.col.3.ver.ex quo ĩfero.vbi
& dicit,ꝙ ĩ iſtitutione maioricat.nõ ſolũ
verſatur vtilitas eorũ qbus fit conceſio. &
eorũ deſcẽdẽtiũ.ſed etiã publica vtilitas

cõcedẽtis, ꝓ ipſius memoria ꝑpetuo con
ſeruáda, & ꝓ regimine eorũ ꝗ in maiori-
catu ſucceſſuri ſunt, de quorum intereſe,
et non modico dicit tractari in conſtitu-
tione talis majoricatus. hactenus Bolog.
vbi ſupra. quibus ſatis conducit tex. in ſi-
gnis i. l. 208. ſtilli icipiẽ. ⁂ Es a ſaber ⁂
Et q; beatus Bernardus tradit, quẽ refert
& ſequitur Abb. i. c. licet. co. 2. ver. in glo.
tertia. ꝓpe finẽ dicitq; beatus Bernard. ꝙ
melior eſt filiorũ diſpõſio, q; diuiſio hære-
ditatis. ꝺ voto. & q; Bald. cõſuluit in cõſi.
283 pater habẽs. li. 3. & q Ludo. Roma. cõ
ſuluit. in cõ. 29. in cauſa maioriæ hiſpalẽ
ſis. co. 1. verſi. ſecũda quidẽ ratio. & per Bo
logni. in. d. cõ. 62. co. 3. ver ſecũdo vt ꝓ hãc
cõceſſionẽ. & in ver. ex quo ad rẽ noſtrã.
et faciũt quæ in noſtris terminis ſingula-
riter adducit Ari. Pine. in repe. l. i. C. ꝺ bõ.
mater. 3. parte. n 99. ver. ſed ꝓ ſucceſſore.

PROINDE, nec dictus donnus
Gaſpar ex eo quòd, dicta cõmitiſſa in di-
cto maioricatu, illũ grabauit ſuoſq; deſ
cẽdẽtes, portare nomẽ et arma ꝺla Zer-
da. grauamẽ cõſiꝺrauile exit Cũ citra pre
dicta. dictũ nomẽ et arma regia ſunt, ex
ꝓgenie què regia ortũ habuerũt. vt in his
regnis cõpertiſsimũ eſt. Et fauorauile vti
leq̃ue eſt † bonũ habere nomẽ. ex tex. no
46. tabili. i. l. facta. §. quòd ſi cõditio aſcripta
eſt. ff. ad trebel. ibi ⁂ Nihil enim mali
eſt. honeſti hominis nomẽ aſſumere. ⁂
Et ibi etiã eſt bona glo. in ver. cõditio. ad
ꝙ cõmuniter allegatur Ioa. And. in. c. gra
uis ꝺ poſiti. et idẽ tenet Cin. i. l 1. co. 1. i. 2.
notabili. C. ꝺ ſum. trinita. vbi late Iaſo. i. 2
lectu. n. 25. et per Segur. in repeti. l. impera
tor. ff. ad trebelia. co. 3 per totã. et ſingula
riter in noſtris terminis ita Deci. cõſuluit
in cõ. 273. in caſu ꝓpoſito. co. 2. ver. ſed ta-
mẽ prædictis nõ obſtãti. vbi et i ꝓpoſito
noſtro dicit, talẽ cõditionẽ † ſũmẽdi no
47. mẽ, et arma teſtatoris, ab ipſo teſtatore
apponi poſſe, et quòd ſi heres eã nõ im-
plet, priuari poſſe hereditate. et hoc ibi te
net ex pluribus iuribus inibi per cũ addu
ctis. ꝙ etiã et in ꝓprijs terminis prius te-
nuit. Guid. pap. in ꝺciſi. 251 teſtator. per to
tã. et Guille. Benedict. in repeti. c. Rainũ
tius. ꝺ teſtamẽ. i ver. Rainũtius ꝺ Clera.
n. 45. cũ plurib. ſeq. et iterũ i ver. ſi abſquè
liberis moreretur. i. 2. i. rub. ꝺ fidei comiſ
ſaria ſubſtitutione. n. 90. et. 91. ꝙ etiã latè
ꝓſequtur Cardi. Paul. Pariſi. i cõ 19. ad reſo
lutionẽ. n. 28 cũ ſeq. lib. 2. vbi ſingulariter
dicit, quòd predicta cõditio ſũmendi no
mẽ, et arma teſtatoris, cõtinet in ſe ꝑcep
tũ honeſtũ, validũ, facile, et volũtariũ, et
quòd ideo apponi poteſt à teſtatore. ex
tex. i. d. l. facta. §. quòd ſi cõdi. vbi et Paul.
Pariſi. referẽdo Imol. dicit, quòd talis cõ
ditio aſſũptionis nominis honeſti, fami-
lieq; teſtatoris, cõtinet præceptũ hone-
ſtũ, et quòd ſeruari, et ad impleri ꝺbet, ab
illo ad cuius cõ modũ tẽdit, et cui ipoſita
eſt. ex l. cũ heres. §. 1. ff. ꝺ ſtat. libe. ꝙ etiã
ibi Paul. Pariſi. ex pluribus cõfirmat. Que 48
et ꝓcedũt, etiã ſi † tale nomẽ maternũ ſit
cũ ita inſignè et præclarũ fuerit. ex tex. in
dicto, c. Rainũti. ꝺ teſtamẽ. et ibi docto.
præſertim Gui. Benedict. i ver. Rainũti. ꝺ
Clera. n. 1 cũ pluri. ſeq. His et fauet, ꝙ di-
cit Ioa. ꝺ Imol. i, l. ex facto. §, ſiq̃s rogatus.
in primo. co. 7. verſi. ſi autẽ dicat ꝗcũquè.
ff. ad trebel. vbi ait, ꝙ adducere nomẽ ali-
cuius nobilis generis, honorẽ tribuit, cu-
ius meminit. Alex. i cõ. 125. viſo ꝓceſſu. co.
2. n. 2. li. 7 & late Pau. Pari. i dicto cõ. 19. n. 32
cũ plurib. ſeq. li. 2. à q̃bus nec lõge ꝺ ſiꝺt, ꝙ
Bart. & docto. tradũt i. l. filijs matrẽ. C. ꝺ i
offi. teſta. multa, & ſi aliꝙ onus ex dicto ma
ioricatu. dicto dõno Gaſpari i eſſet, tamẽ
multo maior eſt honor, ꝗ ꝓditur ex dona
tione tot bonorum. & ita plus ipſe honor,
quã onus eſt † cõſiꝺrãdus. ex l. queritur. ff. 49.
ꝺ ſta. homi. & i. c. ad quæſti. ꝺ rer. ꝑmuta.
ibi. & illic doctores. & faciũt ſingulariter
tradita ꝑ Bald. in preludijs feudorũ. col. 4.
ver. ꝓ itellectu. & facit etiã tex. i. l. Titius
puerũ emit ff. ꝺ obſeq. aliber. patro. pſtã. ꝗ
bus & ad ſtipulatur ꝙ Soci. tradit i cõ. 4.
ſup ꝗ quæſti. n. 5. & 6. li. 3. adque vidẽdus eſt
tex. i. c relatũ. i. 2. ver. licet autẽ ꝺ teſta. & i
l. illud. ff. ꝺ manumis. vindict. & que Bald. di
cit in l. illud. col. 3. verſi. quarto quero. C.
de ſac. ſanct. eccle. et Ioa. de Imol. in l. a-
quilius regulus. col. 2. verſi. aduerte etiã
ff. de donationibus. et Deci. in conſi.

174. & pro tenui facultate.col.2.verſi.præterea in tali donatione.

NEC dictæ officit renunciationi, quòd dicta comitiſſa tempore dictæ re-
50. nunciationis † erat curatrix dicti donni
Gaſparis eius filij. Si quidem, Ipſa renunciatio fuit facta ex cauſa remunerationis ex iam dictis. Item et quia, iudicis decreto fuit confecta. & ob id, ipſi curatori fieri valuit.ex tex. in.l.cum ipſe.&inibi docto.C. de contrahen.empt. & recentiores tradunt in.l.frater à fratre.ff.de cōdit.in debi.& Imol. in.l.1.§.fuit queſitum col.2.verſi.ſed aduerte quia mirandum.ff.ad trebel. & Alex. in.l. tranſactionem. col.1.verſi.vltimo per hanc legem .C.de tranſact. vbi ait Alex.quòd tunc dicitur, & bona fide tutor contrahere cum minore, cum contractus ſit,iudicis decreto interueniente.& quòd ideo tunc bene valet.quod etiam probatur.in.l.fi.in principio.ff.quod met. cau. cum alijs dequibus in propoſito Ioa. Lup.a Pala. Rubi.in ſua allegatione. in materia hereſis. §.10.col.2.poſt medium.Proindè.Et ſufficit quòd ad ipſam renunciationem efficiendam, alius curator fuit creatus. quo caſu, contractus fieri poteſt cum alio curatore.ex tex.in.l.pupillus.§.item ipſe tutor.ff.de autorita.tuto.& eſt ad idem bona glo.in.d.l.cum ipſe.in glo.1. & facit bonus tex.in.l.1 & .2 .C. de in lit. dando tuto.cum alijs. Quod maxime in præſentiarum procedit,cùm contractus iſte iuratus fuerit per dictum donnum Gaſparem, quo in caſu nullum dubium de eius iuribus, refricari poteſt. cùm alias eſſet per iurijs viam aperire.quod non eſt dicendum.ex tex.in.c. cum dilectus. quod met. cau. & in.c. verùm.de iur.iuran.cum alijs.

NEC ratione metus dicta renunciatio infringi valet,Si quidem Non ſit talis metus probatus.& iuris eſt † quod metus
51. nō eſt preſumēdus.ex.l.merito.ff.pro ſot.
cū ſuis ſimilibus.et in proprijs terminis ita Bald.tenet.in cōſi.62.facta ſuperquibus nu.1.lib.1.quē refert,& ſequitur Aym.Craue.in cōſi.115.nobilis.nu.13.& idem tenet Card.Paul.Pariſi.in cōſi.26.pactū.nu.66.lib.3.ad quod et facit tex.in.l.fi.in princip.& inibi Bart.col.1.verſi.nota quod dixi.ff. ꝙ met. cau. & Ioā.Plat.in tracta.de in lit.iurā.quē poſuit in rep.l.ſi quando.§ 3.nu.13.et 15.C.vnd.vi.

Tum etiam, quia non quilibet metus
ſufficit † ad cōtractus reſciſionē, ſed qui 52.
in conſtātē caderet virū.ex tex.in.c.verū.de iur.iurā.ibi. ※ Pro vita et rebus ſeruandis. ※ Et ex tex.Notabili in.c.cū dilectus.vbi bona.glo.quod met.cau.et tex.in.l.metū.in princip.ff.eod.titul.et in.l.interpoſitas.C.đ trāſact.vbi Paul.Caſtrē.eſt ad idē bonus tex.in.l.7. verſi. otioſi. titul.33.parti.7.et ī.l.56. ※ Por miedo. ※ In pricipio.et inibi Greg.Lup. titul.5.part.5.et ī.l.15. ※ Deſuariamiēto. ※ Titul.2.parti.4.et in.l.fi. ※ A las vegadas. ※ In fine.titul.4.part.5.Nec quidē,reuerētialis metus† dictā reſciſionē cauſat.iuſta cō
mune doctorū placitū,de quo habetur.ī.l. 53.
1.§.que honerāde.ff.quar.rer.act.nō đt. et ꝑ Alex.ī cōſi.83.viſo.ꝓceſſu.n.9.li.6.cū alijs đ qbus late Iaſo.ī cō.3.circa primū.n.5 ver.iſtis nō obſtātibus.cū ſeq. lib.1. et hāc dicit cōmunē opinionē Soci iuni.ī conſi.77.licet ī præſēti.n.154.li.1.eādē etiā dicit eſſe cōmunē ſētētiā Card.Paul.Pariſi.ī.d.cōſi.26.n.67.li.3.et late Felin.ī.c.cauſā matrimonij.n.3.đ offi.đlega.et Fuſius Roderic.Suarez ī allegatione.24.vtrū reuerētia patris.col.4. ver.alij fuerūt ī opinione. et latiſsime Boheri.đciſio.100.ꝓſupono.n.11 et ibi.n. 12.dicit hāc eſſe cōmunē opinionē.Et quāto magis iā dicta ꝓcedūt, cū ip
ſa comitiſſa femina, ſenex quē ſit:et ob id 54.
† minus audax.C.ad.l.iul.mageſta.l. quis qs.ver.ad filias.ibi. ※ Quas pro īfirmitate ſexus minus auſuras cōſidimus. ※ Et tex.notabilis ad idē.ī.l.2.ver.perolas hijas titul.2.ī 7.part.maxime cū femina nō habeat filios ī poteſtate.ex.§.fæminæ.īſtitu.đ adoptionib.et ī l.mulierē.C.eod.titul. et ī proprijs terminis,ꝙ mater † nō ſit ſuf
ficiēs ad metū īducēdū.cōſuluit Hipolit. 55.
īcōſi.124.licet plura.n.15.Et præcipuū etiā
iā dicta obtinēt,ex quo ipſa † renūciatio 56.

iura

iurata fuit.ex glo.notabili.in autẽti.ꝺ nup
tijs.§ ſed quod ſacitũ.in verb.neque ſcrip
tũ.colla.4.quã glo. Angel.ibi.col.fi.ver.in
glo.quæ incipit niſi filius multũ cõmẽdat
pro extẽſione tex.in dicta autẽti.ſacramẽ
ta puberũ.C.ſi aduers.vẽdi.bonus tex.in.l.
fi.verſi. E aun mas dezimos.titul 11.parti.
3.tex.etiã in.c.ſi vero.de iur.iuran. et in.c.
cũ dilectus quod met.cau. et in caſu quo
per iuramẽtũ nõ purgaretur metus,tamẽ
57. propter iuramẽtũ,maior † exigeretur ꝓ-
batio metus,quã ſi iuramentũ nõ interue
niſſet.vt in proprijs terminis tenet Abb.
in dicto.c.cũ dilectus. quod met.cau.col.
penul.ver.ſed cõtra hoc oppono.cuius do
ctrinã dicit multũ ſingularẽ Curt.iuni.in-
dicta.l.interpoſitas.C.de trãſact.n.9. Itẽ.
etiã.quia iudex præſẽs fuit,ſimulque plu
5. res alij cõſanguinei dicti donni Gaſparis
præſẽtes fuerũt quorũ præſentia † metũ
quidẽ excludit.vt cõſtat ĩ.d.l.1.C.ꝺ pred.
curial.lib.10.et que ibi doctores tradunt.
et in dicta.l.interpoſitas.C.ꝺ trãſact.et in
d.l.trãſactionẽ.C.eod.titul.et facit tex.in
l.4.titul.5.parti 5.cũ alijs ꝺ quibus Feli.in.
d.c.cauſã matrimonij n.6.doctores quo-
que ĩ.l.pacta nouiſsima.C.ꝺ pact.et Aym
Craue.in conſi.253.ex corde.n.4.et Iaſo.in
§.quadrupli.n.63.ver. in predictis tamẽ.in
ſtit.ꝺ actioni.et Boheri ĩ dicta ꝺciſi. 100.
preſuppono.nu.6.et.7.Quo & ĩ caſu,volẽs
ꝓbare † metũ interueniſſe,oportet ꝙ ha
59. beat clariores ꝓbationes,quã ſi iudex,vel
amici nõ ĩteruenisſẽt cõtractui,cũ hæc ꝓ
ſũptio agrabet onus ꝓbationis. vt ĩ termi
nis noſtris tenet Bital. ꝺ Cãba. ĩ tractatu
clauſularum.in rub.de metu vxoris.col.2.
in fine.poſt Bart.& Paul. Caſtrẽ. ꝗ ſingula
riter in ꝓpoſito loquitur.in.l.trãſactionẽ.
co.1.ver.ſed illa ꝑſentia amicorũ.C.ꝺ trã
ſact.& Boheri.in.d.deciſio.100.n.8.ꝓpe fi
nẽ.qbus & accedat optimus tex.in.l.ſi ex
traneus.ff.de cõdi.ob cau.& in.c.quia veri
ſimile.& ibi docto.ꝺ ꝑſumptionib.cũ ali
js ꝺ qbus Alciat.in tractatu ꝑſumptionũ.
in.3.parte.pagina mihi.40.&.41.n.3.& per
Iaſo.in.l.ſciẽdũ.nu.10.in. fine.ff.de verb.o
bliga.& facit ad hoc optimus tex.in.l.o p-
timã.in fine.C.ꝺ cõtrahẽ.& comi: ſtipul.
& in.c.fi.in finalib.verb.ꝺ preſbite. nõ ba
ptiza.&.l.117.in verbis. ✠ O lo pudieſſe
probar cõ quatro teſtigos. ✠ Titul.18.
parti.3.cũ alijs Et ex eo etiã prædicta ob
iectio ceſat, quia alius curator præſens
quoque fuit ipſi renũciationi. ex traditis
per Angel.in.l.quero.§.ſerbũ.col.1.ver.ſe-
cũdo nota.ff.ꝺ edil.edict. & idquoque ex
iam dictis ſuadetur.

Demũ,& ꝙ reuerẽcialis † metus etiã ex 60.
tãte leſione enormiſsima.minime operẽ
tur cõtractus reſciſionẽ ſtãte iuramẽto.
in terminis cõſuluit Alex. in cõſi.83.viſo
proceſſu.nu.8.lib.6.et latiſsime idẽ cõſu
luit Aym.Craue.in cõſi.114.Ioanna.nu.9.
cum ſequent. & ſat hoc conſtat ex ſupe-
rius relatis.

DENIQVE nec dictæ renũtiatio
ni præiuditium generat.diſpoſitio † tex. 61.
ĩ.l.ſi vnquàm.C.de reuocãd.donat.& ſi di
ctus dõnus Gaſpar poſt ipſã renũciationẽ
filios genuerit ex legitimo matrimonio.

Tũ quia,ex præãbula cõuẽtione facta
quidẽ fuit.vt ſuperius diximus.

Tũ etiã quia remuneratoria fuit. quo
caſu dicta.l.ſi vnquã.locũ nõ habet. vt ini
bi cõmuniter docto.tenẽt.&Imol.in c.fi.
co.6.paulo ante verſi:querit etiã Bart. de
donationi.& Roma.in repeti.l. ſi vero.§.
de viro.ff.ſolu.matrimo.in fallẽtia .48.n.
81.verſi.vltimo ꝓbatur.quẽ refert & ſequi
tur Soci.in cõſi.147.viſa facti cõtingẽtia.
nu.16.lib.1.& hãc dicit eſſe cõmunẽ opi-
nionẽ Deci.in cõſi.366.primo queritur.
nu.10.&abun de eius more hanc opinio-
nẽ ſequitur & defendit And.Tiraquel.in
repeti.d.l.ſi vnquã.in ver.donatione largi
tus n.11. vbi plures alios iuris interꝑtes re
fert tenẽtes hãc opinionẽ & Hipol.Rimi
nald.in principio inſtitu. de donatio.nu.
130.

Tũ itẽ,& quia ſanctio dictæ.l.ſi vnquã.
in ꝑſentiarũ nequaquã obtinet, & ſi eius
remedio renũciatũ minime fuerit. cũ in
dicta renũciatione † appoſitũ ſit iuramẽ 62.
tũ,quod habet virtutẽ ſpecialis renuncia
tionis.ex tex.in.l. cũ pater.§. filijs matrẽ.

ff. de leg. 2. & tenet Bald. in .l. 1. col. 3. verſi. ſecundo queritur. C. commoda. cum alijs de quibus ſupra memores fuimus. & in proprijs terminis hoc conſuluit Soci. in .d. conſi. 147. nu. 17. lib. 1. cuius opinionē dicit eſſe pulchram Soci. iunior in cōſi. 136. habita diligenti. nu. 28 lib. 1. & idem tenet ante eos Alex. in conſi. 29. preclare col. fi. verſi. præterea diſpoſitio. lib. 3. & Corne. in conſi. 206. viſo ſupra ſcripto. col. 8. ver. concurrit. in fine. lib. 3. & idem Soci. in .l. 1 C. de pact. col. 2. verſi. ſecunda concluſio. vbi ait ſe vidiſſe ſepiùs ita fuiſſe conſultū per doctiſsimos viros.

Tum & deniquè, quia plerique doctores tenuerunt † dictam .l. ſi vnquàm.
63 non obtinere in hæreditatis renunciatione. cum talis renunciatio non dicatur donatio, ſed repudatio. ex tex. in .l. fuit quæſtionis. ff. de adquiren. heredita. & in .l. licet. ff. ſi quis omi. cau. teſtamen. & in terminis noſtris quòd dicta .l. ſi vnquàm. nō procedat in renunciatione tenet Soci. in d. l. 1. C. de pact. col. 2. verſi. poteſt & poni. & col. fi. in fine. vbi ait ſe ita conſuluiſſe. & idem tenet Alex. in .d. conſi. 29. col. fi. verſi. poſtremo. & ſequentib. lib. 3. vbi ait ita doctores communiter tenere. quod etiam tenet Corne. in dicto conſi. 206. col. 8. verſi. concurrit. in princip. lib. 3. & ſingulariter hoc idem conſuluit Deci. in cōſi. 181. ſatis nota eſt quæſtio .col. fi. & Soci. qui ſingulariter etiam loquitur in propoſito. in conſi. 53. viſo inſtrumento. col. penul. nu. 23. cum ſequentib. lib. 4. & Soci. refert & ſequitur Hiſpanus noſter Bernard. Diaz de Luco. in ſuis regulis & Fallen. in regul. 141. donatio facta alicui. in penul. col. verſi. ſeptimo fallit. & nouiſsime hāc opinionem dicit eſſe communem plures alios referendo Rolandi á Valle. in cōſi. 11. caſus adme. nu. 23. cum ſequentib. quam etiam dicit eſſe communem opinionem dominus Couarru. in rep. c. quāuis pactum. de pact. lib. 6. in .3. parti. §. 3. nu. 8. & hæc communis ſententia ſat probatur in. d. c. quàmuis pactum. vbi eſt ad hoc bona glo. Maximè cùm dicta .l. ſi vnquàm ſit ſatis † exorbitans, & ideo non ,46
trahenda eſt vltra ſuos terminos, ſed propriè & extricte eſt intelligenda. vt ſingulariter conſiderat Soci. in. d. l. 1. C. de pact. col. fi. vbi & citat ad hoc Imol. in .l. filio præterito. ff. de iniuſt. rup. irri. què facto teſta. & idem tenet idem Soci. in .d. conſi. 53. nu .20. & .23. cum ſequentib. lib. 4. poſt Corne. qui idem dixit in. d. cōſi. 206. col. 8. verſi. concurrit. lib. 3.

EX his benè infertur, parum perpēdendam oppoſitionem filiorum dicti dōni Gaſparis hac in lite factam. Si quidem (vt prædiximus) diſpoſitio. d. l. ſi vnquàm. in caſu noſtro locum non habet.
Et quia † renunciatio ſui patris illis præ- 65.
iudicat. ſecundum glo. in. d. c. quamuis pactum. & inibi Ioan. Calde. quod & tradūt communiter docto. in .l. pactum quod dotale. C. de collat. & in .l. qui ſupperſtitis .ff. de acqui. hæred. & in .l. fi. C. de pact. & alibi ſæpe habetur.

VERUM nec ex inſinuationis defectu dicta renunciatio ceſat. Si quidem 66.
† cùm fuerit remuneratoria inſinuatio non eſt neceſſaria. vt traditur in .d. l. Aquilius regulus. ff. de donat. & ibi eſt bona glo in verb. nō meram. & ibi etiam Bart. col. 2. verſi. quæro an egeat. & idem conſtat in l. fi. §. ſimili què modo. vbi Angel. hoc notat col. 1. verſi. vltimò hic videtur .C. de iur. dot. & in l. fi. §. ſimili què modo C. de dona. ante nupt. & idem in noſtro propoſito tenent alij docto. quos refert & ſequitur Carol. Ruin. in conſi. 126. primò vidēdum eſt. nu. 8. lib. 1. & Nicol. Bellon in cōſi. 60. viſa & diligenter. nu. 20. & latiſſimè idem proſequitur Hipol. Riminald. in princip. inſti. de donat. nu. 129. & in. §. 1. inſti. eod. tit. nu. 471.

Tum quia, cùm iurata fuerit † inſi 67.
nuatio non requiritur. vt eſt communis ſententia (& ſi plerique contrarium teneant) authore Ioan. And. in additionib. ad Specul. tit. de inſtru. edi. § porro. col. pe. in addi. incip. minus. prope. medi. & idem tenet Bald. in .c. cùm contingat. de iu. iuran. col 5. verſi. & idem dico. & idem

late

late proſequitur. Guid. pap. in deciſio. 350 vtrum renunciatio. per totã. & in ſingul. 341. verſi. donatio ſine inſinuatione. & Alex. in conſi. 125. viſis. col. pe. verſi. præterea dato. lib. 1. & Soci. in conſi. 49. cumulatiſsimè. col. 1. in medio. cum ſeq. lib. 1. & in conſi. 80. primum. nu. 12. verſi. his tamẽ cum ſeq. lib. 1. & hanc dicit eſſe communem ſententiam Corne. in conſi. 54. in themate co. 2. verſi. quod defectus. lib. 4. & in conſi. 221. quia in hac. co. 3. verſi. & quia lib. 1. eandem dicit communem Deci. in conſi. 239. primò. nu. 3. & in cõſi. 536. in cauſa. nu. 14. & in cõſi. 448. in cauſa nu. 6. vbi ait ab hac communi non eſſe recedendũ eandem dicit communem & veram ſententiam Iaſo. in conſi. 51. in hac. nu. 3. lib. 1. vbi ait, quòd eſſet valdè temerariũ in iudicando ab hac cõmuni ſententia diſcedere. eandem dicit communem Nicol. Bellon. in d. cõſi. 60. nu. 19. dicit etiã communem Aym. Craue. in conſi. 118. in hac. nu. 1. & hanc ſententiam dicit eſſe magis communem Soci. in cõſi. 80. de duobus. nu. 10. & 11. lib. 1. eandem dicit eſſe magis communem Deci. in conſi. 432. cũ ſit. nu. 15. & ſeq. & ibi citat plures docto. hanc firmãtes eſſe cõmunem opinionem quã etiã ait eſſe magis cõmunẽ opinionẽ Soci. iuni. in cõſi. 67. prima. nu. 20. lib. 2. eandẽ dicit eſſe magis communem opinionẽ & ab ea nõ eſſe recedendum Iaſo. in cõſi. 118. cõtra. nu. 2. lib. 4. (vbi & loquitur, cùm lis eſt, an teneat donatio inter patrem & filium.) eandem teſtatur eſſe magis communem opinionem idem Iaſo. in conſi. 169. duo. nu. 9. lib. 4. & Rolan. à Valle in conſi. 39. in præſenti. nu 38. & 42. lib. 1. vbi plures refert hanc dicentes communem aſſertionem et latiſsime hanc ſententiã defendit Ioan. de Neuiza. in cõſi. 8. in præſenti. nu. 8. & ſeq. quam etiam firmat eſſe magis comunem ſententiam Hipol. Riminald. in §. 1. inſti. de donat. nu. 255. et ſequen. & nu. 270. vbi refert plures hanc dicentes communem opinionem. et priùs idem tenuit Curt. iuni. in conſi. 34. nu. 1. cã què dixit etiã communẽ Paul. Caſt. in cõſi. 195. viſis his quæ narrãtur. nu. 6. lib. 2.

Tum etiam, quia hic ſumus † in renunciatione in qua inſinuatio non eſt neceſſaria. ſecundum Bald. in l. illud. col. 3. verſi. quid ergo. C. de ſac. ſanct. eccle. quẽ refert et ſequitur Alex. in cõſi. 29. præclare. co. 3. verſi. nec inſinuatio. li. 3. & late Hipol. Riminal. alios citans in. d. §. 1. inſti. de donat. nu. 320. 68.

Tum etiam, quia iudex præſens fuit tempore quo dictus donnus Gaſpar fecit dictam rennuciationem † quo in caſu cùm facta fuerit apud acta iudicis, et ſcripta per notarium, non requiritur aliqua alia inſinuatio. ex tex. in. l. in donationibus C. de donat. cum alijs citatis à Corne. in d. conſi. 54. col. 3. verſi. item verbum. in fine. cum ſequen. lib. 4. & Soci. in conſi. 48. conſilijs. nu. 10. lib. 1. vbi citat ad hoc. l. ſecundum diui. C. de donat. et ſingulariter idem conſuluit Soci. iuni. in conſi. 67. prima. nu. 19. lib. 2. & Rolã. à Valle. in. d. cõſi. 39. nu. 42. & ſequen. & Paul. Pariſi. in cõſi. 96. in præſenti. nu. 40. et ſequentib. lib. 1. & plenius Hipol. Riminal. in. d. §. 1. inſti. de donat. nu. 152. & ſeq. vbi & nu. 188 & ſequen. & 192. allegat ad hoc plura iura notabilia. Et cùm † donationem inſinuare, ſit actus iuriſditionis volũtariæ, & nõ requirat cauſæ cognitionem. ex tex. in. l. actus. vbi notat Bal. C. de ferijs. cum ſimilibus de quibus meminit Riminald. in. d. §. 1. inſti. de dona. nu. 167. prope finem. poteſt iudex. talem actum exercere in domo ſua propria etiam non ſedendo pro tribunali. vt in terminis conſuluit Old. in cõſi. 53. factum. co. 1. verſi. tertio. & tenent docto. in. l. Modeſtinus. ff. de donat. ad quod facit tex. in. l. voluit prætor. §. 1. et ibi Bart. notat. ff. de interrog. act. et in. l. non eſt omninò. ff. de manu. vindict. cũ alijs de quibus in noſtro propoſito meminit Riminald. in. d. §. 1. inſti. de donatio. nu. 159. et ſequen. vbi ad hoc põderat multa iura. poſt Pet. Rebuf in. 2. tomo conſtitu. Gallica. tracta. de dona. inſinuan. arti. 2 gl. 1. nu. 1. pagi. mihi. 384. Immò et die feriata poteſt fieri. vt per Rebuf. in. d. tracta. 69. 70.

artic.3 glo.8.in fine.

VERVM et ex quo dicta comitiſſa erat perſona illuſtris, iudex in domo ipſius potuit decretũ et præſentiam ſuã interponere.vt in terminis inſinuationis tenet ſolus Bald.in.l.pe.§.in omnibus.per tex.ibi.co.1.verſi.nota ſuper hoc. C. de reb.cred.et cert.pe. pro cuius Bal. dicto eſt etiam bonus tex.in.l.9.in fine.tit.4. part.5.in verbis, ☙ Y con ſabiduria del mayor juzgador. ☙ Et ibi optimè Gre. Lup in verb.Con carta y con ſabiduria. per totum.

Tum et quia,in ipſa renunciatione ipſe donnus Gaſpar renunciauit omni le-
71. gum auxilio, in quibus verbis † & leges de inſinuatione donationis agentes, renunciatæ dicuntur. authore Corne.in.d. conſi.54.in themate.co.2.verſi.ſed dubiũ cum ſequẽ. lib.4. & melius idem Corne. in conſi.221.quia.co.3.verſi. & quia.lib.1. & Ioan.de Neuiza.in.d.conſi.8.in præſenti.nu.10.in fine. & plenius Hipol. Riminal.in.d.§.1.inſti.de donat.nu.260. & pluribus ſequentib.ad quod ibi alios citat.& Roland. à Valle in ſuo tracta.dotis.q.42. maritus.nu.9.verſi.quartò.&.nu.19.quibus accedant quæ latè tradit Deci.in.d. conſi.432.nu.20.& ſequentib.& Guid. pap.in.d.deci.350.per totam.& ſat probatur in.l.ſi ex pluribus.ff.de acceptil.& ſi contrarium teneat, Pet.Rebuf.in 2.tomo conſtitu.Gallica.tit.de dona.inſinu. arti.1,gl.1.nu.41.pagi.mihi.374. Et maximè hæc locũ habent in præſenti, cùm in.d.renunciatione ſit appoſitum iuramẽtum.ex traditis in.l.fi.C.de non nume.pecu.& per Bal.in.l.1.C.commo.co.3.verſi. ſecundò quæritur.& Alex.in.l.1.§.ſi quis ita.col.2.verſi.ſecundò adde.ff.de verb. oblig.cùm alijs de quibus meminit Soci. iuni.in conſi.136.habita.nu.24.cũ ſequentib.lib.1.

ET his hoc primum abſoluitur dubium,& ad ſecundum accedimus.

IN ſecundo dubio illud quidem dicimus,quòd maioricatus à dicta comitiſſa factus in fauorem dicti donni Balthaſaris firmus eſt: & quòd dicta comitiſſa bona dicti maioricatus facti dicto donno Balthaſari,non eſt aſtricta nouè de eis maioricatum cõficere in fauorem dicti donni Gaſparis.

PRIMO quidem ex eo, quia ſi totam ſcripturam matrimonialem expendamus,in qua dictus donnus Gaſpar ſpẽ habere prætendit,nullum in ea adeſt verbum,quo ipſa ſe obligauerit ad efficiendum maioricatum dictorum bonorum.
igitur † ad hoc ipſa ſcriptura minimè 72.
eſt extendenda. ex.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact.& in.l.fideiuſſores magiſtratus.ff.de fideiuſſo.cum alijs ſuis vulgatis.

SECVNDO quia dicta comitiſſa ea bona non emit ex dictis cẽtum mille aureis,dicto donno Gaſpari promiſsis ſed ex propris bonis dictæ comitiſſæ, quæ ipſa habebat.et hoc iure præſumi-
tur poſsidere † adquè emiſſe. ex tex.in 73.
l.Titium et Meuiũ.§.altero.ff.de admi. tuto.et illic Bar.col.3.verſi.tertio caſu.dicit,quòd in dubio ex proprijs ementis pecunijs preſumendum eſt emiſſe,et non alterius,nec minoris cuius curam gerit. ad quod eſt optimus tex.in.l.cùm proponas.C.pro ſot.et inibi Bal.col.1.verſi.ſecũdò nota.et idem Bal.in.l pe.per tex.ibi. C.ſi quis alte.vel ſibi.quibus et conducit tex.in.l.ſi ventri.§.fi.ff.de priuileg.cred. et quæ docto.tradunt in.l.ſi patruus.C. commu.vtri.iudi.et inibi Bar.col.2 verſi. contra hoc oppono.et idem conſuluit Roma.in conſi.3.viſo themate.per totũ. et Deci.in conſi.348.de duobus.nu.4.et in conſi.628.in caſu.nu.2.et in conſi.99.in cauſa Ioannis.co.1.verſi.ſolum ſupereſt. et in conſi.21.viſo puncto.co.pe.verſi.vltimò relinquitur.et Alex.in conſi.78.diſcuſsis.col.2.verſi.tamen in propoſito.cũ ſeq.et præced.lib.2.et ſingulariter idem conſuluit Card.Paul.Pariſi.in conſi.87.et ſi diceretur.nu.4.cum multis ſequen.lib. 1.et in conſil.84.concluſiuè.nu.14.eod.li. 1.et Aym.Craue.in conſi.269.commendabilis.nu.2 et ſat idem conſtat in.l.ſi de fun

functus.C.arbi.tute. quem tex. et præter alios multum commendat in propoſito Didac.de Segur.in repe.l ſi ex legati cauſa. col. 16. verſi. pro expeditione. ff. de verb. obliga. Et dictus donnus Gaſpar cùm hoc ſuæ intentionis fundamentum ſit,eſt obnoxius probare ex dictis centũ mille aureis dicta bona empta fuiſſe. ex vulgata. l. actor quod aſſeverat. C. de prob.et in.l.qui accuſare.C.de eden.cum alijs. & id probare tenetur, eo modo de quo per Bal.in.l.incendium.co.1. verſi.extra quæritur. C.ſi cert. pet.ex.l. Lutius.& in.l. die ſponſaliorum.ff. de poſi. & latius Sali.in.d.l.incendium.co.4. verſi.quærit Cin. & Alex.in.l. cùm quid.ff. ſi cert. pe. co.2.&.3 verſi.adde etiam.quod quidem hac in re minimè probatum eſt.quin potiùs contrarium conſtat ex ſcriptura à di-
74. cto donno Gaſpare producta † quæ et ſi priuata,quia ab eo producta aduerſus eũ plenè probat,& ſi non contradictam commiſſam.ex tex.in.l.in fraudem.§.nec inſtrumenta.ff.de iu.fiſ.quod & notat Bart. & docto. in authenti. ſi quis in aliquo. C. de eden. col.1. verſi. venio ad primam. & idem Bar.in.l.Publia.§ fi.co.1.verſi.tertiò nota.ff.de poſi.et faciũt tradita per Aym. Craue.in ſuo aureo tracta. de antiqui. tempo.1.par.nu.121. cum ſeq. & per docto. in l.admonendi.ff.de iu.iuran.& in.l.ſcripturas.C.qui pot.in pig.hab. & alibi ſæpe traditur.

TERTIO ex alio iam dicta ſuadentur, nempe ex emptione dictorum bonorum facta à dicta comitiſſa,qua expreſſè conſtat, quòd dicta comitiſſa ſibi
75. † ſuiſquè hæredibus dicta bona emit, non vero dicto donno Gaſpari, & vt ea libere alienare poſit dicta comitiſſa: & ita nõ ea emit maioricatui dicti donni Gaſparis,ex tex. in authẽ. res quæ. C. commu. de leg.& fideico.et in certis non ſunt coniecturæ admittendæ.l. continus.§. cùm ita.ff.de verb. obliga.l. ille aut ille.§. cùm in verbis.ff.de leg.3.cum alijs. Et probatio teſtium quæ in contrarium facta eſt,
76. excludi debet, cum ſit † contra dictam emptionis ſcripturam. ex tex. in.l. optima m.C. de contra. & comi. ſtip. & facit ad idem tex.in.l.ad probationem.in.1.C. de probat.cum alijs de quibus in propoſito meminit Aym.Craue.in cõſi.31.proponitur.nu.7.lib.1.vbi referendo Bal. in pluribus cõſilijs ait,quòd vbi eſt caſus inſtrumenti non videtur dubitandum.ſicut dicitur de caſu legis.& dicit etiã ibi, quòd qui habet inſtrumentum publicum, habet vim diffinitionis cauſæ. ait & vltra hoc ibi Aym. referendo Bal. in quodam conſil. quòd iam dici poteſt de inſtrumẽto publico,noli me tangere. Quod & cõfirmatur, quia dictum inſtrumentum cõtinet veriſimilia,ex iam dictis & ex infra dicendis.quare ei ſtandum eſt, quidquid ipſi teſtes in contrarium dixerint. ex.l.3, & in.l.ob carmen.ff.de teſtib.& in.c.licet cauſam.de probat.& in.c. non eſt veriſimile.de præſump. & in iſtis terminis ſic conſuluit Aym.Craue.in conſi.75.accuſatur,nu.20.lib 1.& facit quod dicit Corne. in conſi.219. licet videatur. col. pe. verſi. item eadem ratione.lib.1. & idem Corne.in conſi.77.viſo dicto. col.fi. verſi. ita què.lf.4.quod & ſuadetur ex traditis per Aym. Craue. in conſi.54. quæritur.nu.15. li.1. vbi referendo Bal. in alio conſil. ait, quòd in factis antiquis decem annorum ( vt eſt in præſenti) magis creditur inſtrumento, quàm teſtibus, quia in teſtibus præſumitur obliuio ex lapſu decẽ annorum.& ait etiam ibi,quòd in talibus teſtibus præſumitur falſitas, ex quo deponũt rem non veriſimilem, & contra veritatẽ inſtrumenti. Imò & in caſu quo teſtibus eſſet magis credendum, quàm inſtrumẽto (quod ne quaquàm eſt dicẽdum) tunc plura concurrere debebant in fauorem teſtium (quæ hic non concurrunt) nempe tradita per Bal.in conſi.37 quidam.per totum.li.1.& latius per Aym Craue. in.d. conſi.75.nu.22.cum pluri.ſequenti.

QVIN & quandò non ita expreſſẽ prædicta comitiſſa ſibi ſuiſquè hæredibus dicta bona emiſſet, in dubio ita præſumendum eſt,& ea nõ emiſſe dicto donno

no

no Gaſpari ex prætio dictorum centum mille aureorum ſi quidem in contractibus nunquàm perſona alia ſubintelligen-
77. da eſt † ſed ſemper ſtipulantem ſibi ipſi quæ ſiſſe.ex.l.ſi ita ſtipullatus.§.Chriſogonus.ff.de verb. obliga.cum alijs ibi per moder.congeſtis.et in proprijs terminis quod emptio cenſeatur facta proprio ementis nomine, & ſibi, & non alij, nec alieno nomine.probatur in .l.& magis .ff. de ſolutio.& eſt ad idem optimus tex. in l.qui aliena.C.ſi quis alte. vel ſibi,& expræſſe id notat Bald. poſt Bart.in.d.l. Titium & meuium.§.altero.ff.de admi. tuto.col. 2.verſi.tertio caſu.bonus tex. ad idem in. l.poſt mortem.§.fi.in.2.parte.ff.quam.ex fact.tuto.& ibi Bart col. 2. verſi. ſecundo caſu.quibus & conducit optimus tex. in. l.ſi ita quis.§.Seya cauit.ff. de verb. oblig. & inibi Paul.Caſt.co.1.ver.in tex.ibi mãdate.& Iaſo.nu.4.dicentes, quòd & ſi procurator ad emendum ſit conſtitutus, & fateatur fundum mandato Titij emiſſet quòd tamen. ſi ſimpliciter ipſum emeri, fundum, non exprimẽs id Titij nomine feciſſe, quòd dominium fundi in procuratorem erit tranſlatum ex ipſius traditione & venditione, quod & conſtat in.l.res ex mãdato.ff.đ acq.rer.domi.& in.l.quàn uis.C.ſi quis alte. vel ſib.& in.l.3.§.ſed & ſi quidem tutor.ff.iudi.ſol.

QVARTO etiam ſuperiora inſtruuntur,quia & ſi dicta bona empta fuiſſent ex pecunia dicti donni Gaſparis, ni-
78. hilominus tamen eius non efficiuntur † nec illi quæruntur, ſed dictæ comitiſſæ ementi.vt.C.de rei vendi.l.ſi ex ea pecunia.& inibi docto. & in.l.ſi vt proponi s(à contrario ſenſu ).C.eod. tit. ad idẽ meſt tex. & ibi docto. in.l. ſi patruus.C. commu.vtri.iud. tex. etiam ſingularis in.l. ad probationẽ.in.1.C. de proba. et inibi Bal. id notat prope finem & tex. in.l. mancipia.& ibi Bar.notat.C. ſi quis alte. vel ſib. facit bonus tex.in.l.quod dicitur, ver.ſed ſi impenſis.ff.de impen.in reb.do. fact.cũ alijs de quibus meminit Rip.in.l.ſenatus cõſulto.nu.11.ff.in quib.cau.pig.velHypo. taci.cont.ad quod & vltra prædicta eſt optimus tex.in.l.49. in princip.tit.5.parti.5. ibi. ☙ E dezimos que deue ſer de aquel que fizo la compra en ſu nome. ❧

NEC firmari poteſt, dicta iura nõ obtinere in.d.donno Gaſpare, quia miles ex tex.in.d.l.ſi vt proponis. Si quidem his lucidè ſatis fit, cum dicta.l.ſi vt propo nis.tantum ſubſiſtit † in re empta tantũ 79.
à procuratore militis.quæ vltra caſum in quo loquitur, minimè extendenda eſt vt ĩ terminis illiuſmet legis ait Guiller.đ Cun.& Bald.inibi col.1. ver. ſecundò quæro & idem Bal.in.l.1.C. ſi quis alte.vel ſibi col.1 verſi. aduerte etiã. quos refert & ſequitur Rip.in.d.l.ſenatus conſulto.nu.19. Proinde.d.l.ſi vt proponisnon quidem locum habet in militibus noſtri temporis, ſed tãtùm locum habet in militibus actu militantibus.ſecundum Paul.Caſt.in proprio loco.co.1.ver. & intellige de milite. & hoc ibi tenet ex notiſsimis iurib. poſt Bald.ibi.col.1.verſi. modò circa. Verùm, & ille tex.tantùm loquitur in milite armatæ militiæ.ſecũdum Bal. ibi col.1.ver. modo circa hanc legem. vbi et ait, quòd hæc eſt communis opinio.et ibi idem tenet Sal.col.1.ver. oppono de.l. ſi ex ea pecunia.vbi & dicit,docto.ita communiter tenere.quod & probatur in .l. miles .ff. de re iud.& quæ inibi Iaſo. notat nu.2. cum ſeq.poſt Cin.& alios in.l.1.C.đ iur.& fact. igno.co.2.&.3.ver.quintò quæro.&in ver. ſextò quæro. & Alex.in .l.centurio .ff. de vulg.& pup.ſubſti.col.4.ver.ſecũdò iuxta expoſitionem.cum alijs.

NEC his oberit tex. in.d.l. 49.tit.5. parti.5 ibi. ☙ Fueras ende ſi los tales dineros fueſſen de cauallero que eſtuuieſſe en la corte del Rey, o en otro lugar en ſu ſeruicio. ❧ Si quidem cùm de milite agat, de milite armatæ militiæ ( ex prædictis)ſit explicanda.legesenim ſepti partitarum militem nuncupant,armatæ militiæ militem.vt conſtat in toto tit.21. ☙ De los caualleros. ❧ parti.2. et lex vna per aliam legem explicanda eſt.vt.ff. de legib.l.non eſt nouũ.et.l. ſed & poſteriores

riores.cum alijs.ff.eod.tit.
QVID plura, & dicta ſeptipartitarum ſanctio non tantum loquitur in mi-
lite,ſed in milite extante in curia regis,
eiuſquè in ſeruitio. vt conſtat ex verbis
eiuſdem legis,ibi. ❧ O en otro lugar en
81. ſu ſeruicio. ❧ Nam alternatiuæ pars †
aliam partem eiuſdem alternatiuæ expli
cat.vt eſt tex.in.l.1.ff de reb. dub. quẽ ini-
bi ad hoc docto. valdè commendant. &
Soci.in conſi.122.præſtantiſsime.nu.4.li.
1.& in conſi.13. poſt conſilium. nu.9. lib.3.
vbi & dicit,illum tex. eſſe ſingularem ad
hoc,quòd verba poſita in vna parte alter
natiuæ reſtringuntur propter alia verba
alternatiuæ poſita in alia parte. idem tra
dit ipſemet Soci.in cõſi.21. viſo teſtamẽ
to.nu.16.lib.3. hoc ibi amplians etiam cõ
tra proprietatem verbi.& Iaſo.in.l.qui fi-
liabus.nu.4.ff.de leg.1. Quæ regula præ-
ſertim in caſu noſtro vera eſt, nã ita eui-
taretur correctio dictarum legum ( quas
ſuperiùs citauimus)& in iure,vt euitetur
correctio,ſeu contrarietas,vel aliqua ab-
82. ſurditas, permiſſum eſt, alternatiuã † in
coniunctam reſolui.ex tex. notabili in.l.
ſæpe ita. ff.de verb. ſigni. & in.l. vtrum.§.
fi.ff.de reb.dub.cum alijs quæ in propoſi-
to alternatiuæ tradit Card.Paul.Pariſi.in
conſi.44. abſolutio. nu.10. cum ſequen-
tib.lib.1.
NEC nos ad contrariam ſubinuitat
ſententiam,& ſi dicatur, quòd etiam di-
ctus donnus Gaſpar tempore dictæ em-
ptionis erat minor.25.annorum,quarè di
cta bona videntur quæſita dicto donno
Gaſpari per emptionem factam à.d. co-
83. mitiſſa † ex.d.l.ſi vt proponis. Quia præ
ter hoc,quòd negari poteſt, non eius pe-
cunijs,nec ex parte aliqua dictorum cen
tum mille aureorum dicta bona empta
non fuiſſe per dictam comitiſſam : tamẽ
vt minori acquirantur res emptæ ex pe-
cunijs ſuis,neceſſe eſt, empta fuiſſe à tu-
tore eius adminiſtrationem habente. vt
eſt commune doctorum votum in.d.l.ſi
vt proponis.ex tex.notab.in.l.2.ff. quand.
ex fact.tuto.cum alijs.quod etiam proba
tur in.d.l.49.ti.5.par.5.in verbis, ❧ E el
que fizieſſe la cõmpra le tuuieſſe en guar
da. ❧ Tempore enim prædictæ em-
ptionis ipſe donnus Gaſpar nec erat ſub
poteſtate & adminiſtratione & cura di-
ctæ comitiſſæ,imò erat matrimonio tũc
temporis conſtituto:& dictam comitiſ-
ſã à cura & adminiſtratione liberaberat
Deniquè & iura quæ diſponunt, minori
quæri emptum ex ſua pecunia † tãtùm 84.
locum habent in ſubſidium.authore Bar.
col.1.ver.oppono de lege. & Bal.co.1.ver.
ſecundo caſu.in. d.l. ſi vt proponis. & idẽ
tenet glo.notab.in.l. filiæ. in verb. libera-
tos. & ibi eſt optimus tex.ff. de ſolutio.
vbi & Bar.in ſummario & in fine illius le
gis,dicit eam eſſe notabilem legem ad
prædicta.idem & tenet idem Bart.in.d.l.
Titium & Meuium.§. altero.ff. de admi.
tuto.co.2.ver.quæro quid ſi patruus. in fi-
ne.& alibi ſæpe docto.tradunt.
CÆTERVM nec aduerſario di
cere fauet,quòd dicta comitiſſa epiſtolis
ſuis edocuit,dicta bona dicto dõno Gaſ-
pari emiſſe. Tum quia ,nullæ apparent
epiſtolæ quibus hoc aſſeruiſſe conſtet, &
in iure paria ſunt,nõ eſſe, vel non apparẽ
re. ex tex.in.l in lege.ff.de contrahen.em
pt.cum alijs.
Tum item , quia dicta ſcriptura em-
ptionis expræſſẽ contrarium dicit,quan-
do quidem ſibi et ſuis hæredibus ipſa co-
mitiſſa ipſa bona comparauerit , quare
(vt diximus) quælibet præſumptio con-
traria tollitur.& vltra iam de ſuper addu
cta Bal.videre licet in.d.l.ſi patruus.C. cõ
mu.vtri.iud.col.2.verſi.item ſimiliter. &
in ver.iſta autẽ.vbi notabiliter & expræſ-
ſẽ dicit,quód vbi emptor † ſibi & hære- 85.
dibus ſuis emerit , et hoc ſcriptura em-
ptionis dixerit,quòd tũc ne quaquàm eſt
recurrendũ ad alias coniecturas. quod et
ſatis probatur.in.l.præcibus.C.de probat.
et in autenti.de inſtrumentorum cautel.
et fid.§.ſi vero moriantur. colla.6. quibus
et accedat tex.notabilis in.l.cum propia.
C.ſi quis alte.vel ſibi.vbi et notãter Salic.
col.2.ver.vltimo nota.dicit, quód ſi ven-

ditio in vxoris perſonam conferatur, & ab ea pretium numeratum conſtante matrimonio inſtrumento enuncietur, quòd adeo inſtrumento ſtandum eſt, quòd ceſat iuris preſumptio, qua ſtauilitum eſt, pecuniam viri præſumendam, non vxoris. ex.l. quintus mutius.ff. de donat. int. vir.& vxor.& Salic.refert & ſequitur Roderic Suar. in repeti.l.1. titul. ✠ De las ganancias. ✠ lib.3.for.legum.in.2.limitatione.verſi.ſed nunquid.quibus alludit tex.in.c.1.de duob.fratrib. in vſib. feudorũ.cum alijs de quibus Curt. iuni.in cõſi. 1 primam amplector. nu.5. memor eſt. Non enim vbi de caſu agimus certo, de alijs coniecturis minimè curandum eſt. ex.l.continus.§.cum ita.ff. de verb. obligat.cum alijs ſuis vulgatis. & ad predicta omnia eſt optimus tex.in.c.1.de feud.nõ haben.propi.natu.feud.& inibi Bald.col. 2.verſi.querit gloſa quid proderit. & idẽ Bald.in l 1 ff.de rer.diuiſio. col.5. in.34.q.
86. inſtrumentum enim † eſt veritas apparens, & probatio probata, & quòd apparet ex inſtrumẽto, dicitur certum, atquè manifeſtum.vt probatur in.c. cùm olim. in fine.de cenſib.& illic Abb. col.2. ver.vltimo nota.& in verſi.item aliud.& in.c.licet cauſam.de probat.notat Bar.in.l.1.§.ſi quis neget.co.fi. poſt medium.ff.quemadmo.teſta.ap.& tradit & Deci.et in.d.c.licet cauſam.col.8.verſi. tertio decimo nota.cum alijs de quibus Thom. Grama.in deciſi.45.in cauſa magnifici.nu.9.cũ quatuor ſequentib.& Ioã.de Neuiza. in cõſi. 79.videbunt recti.nu.10. Quid multa, & quando dicta comitiſſa ſuis epiſtolis ſcriberet, quòd dicto donno Gaſpari emere volebat dicta bona, non obid probatur. illi dicta bona empta fuiſſe nec ex verbis
87. volo emere † vel volo adire, probatur emptio, ſiue aditio. vt traditur per doctores in.l. ſerui electione. in princip. ff. de leg 1. & inibi eſt bona glo. in verb. poſsimus.ad finẽ. ad quod facit optimus tex. in.l. pamphilo.§. propoſitum.ff. de leg.3. & alibi ſepe. Et quanto magis, cum conſtet poſtea contrarium factum. et dicta comitiſſa potuit variare.ex tex.in.l. cum qui ita.§.fi.ff.de verb.obligat. et ex notatis in.d.l.ſerui electione. in princip.ff. de leg.3.et in.l. vnum ex familia. in princip. ff.de leg.2.cum alijs.et ſat conſtat in.l. cõtractus. C. de fid. inſtrumen. et in.l.6. Compra. titul. 5. parti.5.

DISSOLVITVR etiam, et quod in contrarium donnus Gaſpar ait, Nempe quod eius teſtes dicunt, ſe audiuiſſe à dicta comitiſſa, cum đ dicta emptione tractabatur, eam empturam dicto donno Gaſpari predicta bona.

Si quidem, complures alij teſtes dicte comitiſſe affirment, non fuiſſe factã emptionem dictorum bonorum in fauorem dicti donni Gaſparis, ſed tantum in fauorẽ dicte comitiſſe. qui teſtes præponuntur † teſtibus aduerſarij, cum magis concordent ſcripturæ dictæ emptionis, et ſic deponant magis veriſimile.ex. d.l.3.poſt princip.et in.l. ob carmen.ff.de teſtib.et ſat probatur ex ſentẽtia Inocẽ. in.c.veniẽs.col.2.de verb.ſignifica. et idẽ Inocen.in.c.auditis.col.fi.de preſcript.et ibi communiter doctores. cum alijs de quibus Areti.in.d.c.licet cauſam.de probat.co.4.verſi.13.nota.et ibi Feli.nu.8.ver. nota decimo.et notabiliter. Barba. in cõ. 47.preclare ſcripſit.col.1.et.2. li.2. et Corne.in conſi.219.licet videatur. col. penul. verſi.item eadem ratione.lib.1.et Barb.in conſi.57.et quidem.col.9. verſi. et per cõſequens.lib.4.et Thom.Grama. in conſi. 12.in cauſa vniuerſitatis. nu.10.et.11. et facit quod tradit Abb. in.c. cum oporteat. col.fi. de accuſationib. et in terminis ſat conſtat hoc ex pluribus que ſupra in hoc cõſilio ſcripſimus.n.76. Vltra hoc, quòd teſtes dicti donni Gaſparis ſunt ſingulares, tempore, et loco, et ob id minime † 89
probant dictam confeſsionem. ex regula.l.iuriſiurãdi.C. de teſtib.et in.d.c. licet cauſam.de probationib. cum alijs de quibus Deci. alloquens in confeſione extra iudiciali.in conſi.310.viſis diligenter. col. fi.nu.6.et.7.et Mathe.de Afflict. in deciſio.375.quidam Diomedes.nu.9.

Verum

Verum, & ſi verum eſſet, quòd dicta
comitiſſa tẽpore dicti tractatus emptio-
nis dixiſſet,emptionem dictorum bono
rum ſe facturam dicto donno Gaſpari,
nos à predictis, minime diſentire quidẽ
facit ex.tex.in.l.ſi excauſa.§.nunc viden-
dum.ff.de minorib.et in.l.ſciendum.§.di
ctum.ff.de edil.edict.& in.l. eleganter.in
princip.ff.de condit.indebi. quibus pro-
90. batur,multa tractari † quæ non perficiun
tur.et ob id inibi doctores concludũt,te-
ſtes de tractatu deponentes,non probare
contractum. quod et ad notat Bald. in.l.
multum intereſt. col.2. ante verſi. ſed ſi
non probetur.C.ſiquis alte vel ſibi. et idẽ
Bald.in.c.fi.col.fi. verſi. item quòd aliud.
in medio.de iuramen.calum.idem Bald.
in.l.cum allegas.col.2. verſi. ſcias etiam.
C.de vſur.& Fuſe Deci.in conſi.298.nu.3.
& in conſi.404.nu.11. & in conſi.488. nu.
10.& plenius idem Deci. in conſi.463. in
cauſa que nomine.col.1.nu.1. & idem De
ci.in cõſi.133.viſo proceſſu.col.penul.ver.
ſexta teſtis. poſt Mathe. de Afflict. in d.
deciſi.375.nu.6.&.7.& Alex.in conſi.18.vi
ſo proceſſu.col.2.verſi.quim imo.lib.1. &
Soci.iuni.in conſi.3. videtur prima. nu.35.
cum ſequentib. lib.3. & ſingulariter Pet.
Rebuf. in ſuo tractatu.concordãtiarum.
in rub. de conſtitutionibus. charta mihi.
60.in verb.tractatus. ad quod ſatis vrget
tex.in.l.ſi boluntate, et ibi Bald.in notabi
libus vbi illũ tex. ad hoc dicit meliorem
de iure.C. de reſcinden.vendit.

Præterea & ſi Bald. in.d.l. multum in-
91. tereſt.C.ſiquis alte.vel ſib.col.2. verſi. ſed
ſi non probetur † dicat tractatum in vno
caſu perpendendum: ſcilicet quando ter
tius pretium ſoluit,et ei tradita eſt poſſeſ
ſio. quod etiam ibi tenuit Bart. in. col.1.
verſi.nota ex hac lege. Hoc tamen aſſer
tum ad hãc nõ pertinet cauſam.cum nec
dictus donnus Gaſpar pretium ſoluerit,
nec ei fuerit tradita poſſeſſio dictorum
bonorum. & vltra iam dicta videdus eſt
Iaſo in.l.3.§.idem reſpondit plerumquè.
nu.4.&.5.ff.de verb.obligat.vbi ipſe nu.4.
in prima limita. poſt glo. ibi determinat
dicta in præfactionibus,non cenſeri re-
petita in contractibus confectis ex inter
ualo:ſed ait quòd illud videtur fuiſſe actũ
quòd reperitur in inſtrumento ſcriptum
quod etiam probatur in.l. per retentio-
nem.C.de vſur.& in.l.cum in plures.§.lo
cator horreri.ff.loca.& in.l. ita ſtipulatus
ſum.in princip.ff.de verb. obliga. & ibi la
te moderni.poſt Bart.in.l. item quia §.fi.
col.1.&.2.ff.de pact.& in.l. pacta nouiſſi-
ma.col.1.verſi.ſed ſi teſtes.C.eod.tit.qui-
bus & accedat tex.in c.dudum.de cõuer-
ſio.coniuga.& in.l.5. Compra.titul.5. De
las compras. parti.5.et in.l.contractus.C.
de fid.inſtrumen.vbi Bald.col.3. verſi.ſed
quero.notanter dicit, actũ dici eſſe per- 92.
fectum † et concluſum,quando conſtat
de perfectione reſpectu voluntatis con-
cluſiue,quia eſſe naſcitur ex perfectione,
et quia eſſe ſtat in concluſione. et per cõ
ſequens non ſtat in tractatu, vel in prehã
bulis tantum.ex ſupra dictis.

QVIBVS ſecundũ dubiũ finitur.

QVO ad vltimun dubium conſtan-
ter dicimus,dicte comitiſſe eſſe ſoluen-
das prædictas expenſas. et hoc ex ſequen
tibus.

PRIMO quia in caſu quo dicta bo
na que dicta comitiſſa emit, fuiſſent em
pta dicto donno Gaſpari,(vt inficiamur)
in ſcriptura venditionis à cæſarea mage
ſtate confecta,fuit conceſa facultas et li-
centia dictæ comitiſſæ faciẽdi in eis for-
talitium et alia edifitia. cuius facultatis
virtute ipſa comitiſſa fecit prædicta edi-
fitia. Qùo fit non poſſe à dicto donno
Gaſpare inpugnari,quòd dicta comitiſſa
dicta eficeret edificia. et ita conſequens
erit,expenſas in eis factas eum ſoluturũ.
cùm enim dictus dõnus Gaſpar accepta
uerit dictam † emptionis ſcripturam,il 93.
li aduerſari etiam in parte non poteſt.ex
tex.in.l.contra iuris.§. ſi filius.ff. de pact.
vbi Bald.hoc notat.col.2.ver. ſexto & vl-
timo.ad quod ibi Bald.allegat tex.notabi
lem.in.l. Caius.ff.de manumi.et traditur
in.l.que omnia.§.plane.ff.de procu.et ini
bi Bart.col.1.verſi. facit in argumentum.

citat ad hoc glo.in clemẽ.1.eod. titul. idẽ etiam tenet Bald.in.l.ſi procurator.ad finem.C.eod.tit.de procuratorib.

SECVNDO hæc veritas ex alio etiã probatur, quia prædicta edifitia fuerunt multum vtilia † et multum neceſſaria, ſiquidem et ſi in his regnis nũc bella non ſint, plerũque tamen cõtingunt, et ita expedit in oppidis à dicta comitiſſa emptis, maxime in dicta villa de Paſtrana eſſe fortalitium. ex tex.in.l 19. titu.1.li. 7.ordinamen.quæ in effectu habetur lib. 6.nouæ recopila.tit.7.l.3.quod enim euenire poteſt, conſiderãdum eſt l. ſiquis domum.§.1.ver.idem querit.cum ſimilibus citatis per glo. inibi in verb. proſpicere debuit.ff.loca.

95. Proinde et in propijs terminis † quòd fortalitium rem augeat, eamquè meliorem redat. et ſic expenſam in eo factam eſſe vtilem probat optimus tex.in.l. turres.C.de operib. publi. et intereſt muros bene cõſtructos habere.ex tex.in.§. ideo autem muros.inſtitu.de rer.diuiſio. cum ſuis ſimilibus. et clare idem probatur in. l.18.et.19.in.d.titul.1. lib.7. ordinamen. et in.l.23.in pragmaticis ſeu capitulis pretorum.et in.l.ad portus.C.de operib. publi. et ad omnia prædicta eſt tex. notabilis. in.l.20.titul.32. parti.3. melior tex. in.l.31. tit.18 parti.3.cum alijs. et tantum ſunt voluntariè expenſe † que rem minime augent.ff.de impenſis in reb.dota. fact.l im penſe.et.ff.de verb.ſigni.l.impenſe. et in. l.10.ver. otroſi dezimos que las deſpẽſas. titul.33.par.7. cum alijs.quod et confirmatur, quia expenſæ quæ fiunt proter rẽ edificando vel reedificando, dicũtur fieri ad perpetuam rei vtilitatem.iuſta tradita in l.in fundo.& ibi glo.in verb.plus pretio.ff. de rei vendica.& in locis ſupra allegatis. ſunt & alie concordãtie de quibus Alex. in.l.domos hereditarias.col.1. per totam ff.de.leg.1.& per docto.in.l.diuortio.§.impendia.ff.ſolut.matrimo.

94. (margin, beside "runt multum vtilia")

96. (margin, beside "luntariè expenſe")

Verũ & vtile eſt, feciſſe domũ in dicto oppido de Paſtrana: ſiquidẽ vaſalli † nõ ſint obnoxij in ſuis domibus dominos recipere.ex.l.2.C.de metatis.lib.12.& in expræſſo ad notat Bald. in.l. obſeruare.in princip.col.1.verſi. & nota quòd quando. ff.de offi.proconſul.& Guiller. Benedict. in repeti.c. Rainuntius. de teſtamen. in verb. teſtamentum. in primo. nu.34. & Aym. Craue. in conſi.308. in franchixia. nu.1. cum ſequẽtib. & alibi ſepe traditur. quod ſatis probat tex.in.l.1.& in.l.13.titul. 21.lib.2.ordinamen.( quæ habentur lib.3. nouæ recopil.tit.15.l.12.) & tex.in.l 2. tit. 11.lib.4.ordinamen.quæ habetur lib.6.nouæ recop.tit.3.l.2.& ſingulariter predictã cõcluſionem tenet dominus Greg. Lup. in.l.6.in verb.deben los ſeruir.col.1.& ſequenti.titul.25.in.4. partita. & alibi ſæpe traditur.

SVADENTVR & ſuperiora quia nullum dubium eſt, dictum oppidũ de Paſtrana vtilius & maioris valoris eſſe cum dicto fortalitio & edifitijs, quàm ſine eis.& ob id regia mageſtas cum oppida vendit, ſolet extimare fortalitia & ſimilia edifitia.vt notorium eſt.

SI igitur prædictæ expenſæ fuerunt vtiles, immo & neceſſariæ, optimo firmamus iure per ſoluẽdas eſſe † ante om 98.
nia à dicto dõno Gaſpare. ex dicta.l in fundo.& inibi Bar.ad notat col.2.verſi.venio ad expenſas.cum ſequen.ff.de reiuendica. ad quod etiam eſt bonus tex. in.l. ſi in area.in fine.& ibidem glo.in verb. ſeruare.ff.de condi.indebi. & illic Paul. Caſtren.quibus & accedat quod tenet Greg. Lup.in.l.7. titul.4. parti.5. col.2. prope finem. & in eo qui in area aliena ingentia conficit edifitia loquitur tex.in.l.vtilium ff.de impen.in reb.dota.fact.& in.l. fi. tit. 11.parti.4.& tex.in.l 26.titul.12. parti.5.& l.15.titul.13.parti.5. cum alijs. quibus & fauet, quia ſemper quis tenetur ſoluere expenſam in aliena area cõfectam pro perpetua cuſtodia.ex tex.in.l.ſi ita teſtamento.§.fi.ff.de fund.inſtruct. inſtru. quẽ leg. quem ad hoc comendat Ludo.Roma.in ſingulari.332.in fine.& doctores in.d.l diuortio.§.impendia.ff.ſolu.matri.ad quod eſt notabilis glo. in propoſito in.l.1.§. inter

ter neceſſarias.verſi. pro iectas.ff. de im-
pen.in reb.dotalib.fact.quam ibi Angel.
col.1 poſt princip.ad hoc expendit,quòd
expenſe omnes in fortalitio facte, dicun
tur ſumptus neceſſarij.& ideo recte dici
mus quòd per ſoluende ſunt tales expen-
ſæ,quia neceſſariæ & vtiles.& idem dicit
ibi Angel.de barba chanis ſic vulgo nomi
natis,& de munictione victualium. qui-
bus et accedat quod Bald. dicit in.l. ſi in
aliquam.in princip.col.2.verſi. extra que
ritur.ff.de offi.proconſul.& lega.quem re
fert & ſequitur Doctor Auiles in expoſi-
tione legum prætorum.c.22.nu.36. his &
accedat tex.in.l.46. Taurinarum legum.
(quæ habetur lib.5. nouæ recopila. tit.7.l.
6.) in qua ſpeciali quodam iure conſtitui
99. tur † quòd ſi in re maioricatus conficia-
tur fortalitium per poſſeſſorẽ rerum ma
ioricatus, quòd eius hæredibus ſeu vxori
expenſæ non ſunt ſoluendæ.igitur ius cõ
mune eſt in cõtrarium.ff.de legib.l.quod
vero. & .ff. eod. titul.l. ius ſingulare. cum
alijs. Quæ omnia confirmantur ex his
que traduntur in.l.domum.C.de rei ven-
dica.& in.l.plane.ff.de peti.heredita.& in
l. Marcellus.ff. de dona. int. vir. & vxo. &
per Bart.& doctores in d.l.in fundo. co.3.
verſi.venio ad malefidei poſſeſſorem.ff.
de rei vendica. in quibus locis traditur,
100 quòd etiam malefidei poſſeſſor poteſt †
deducere expenſas neceſſarias per eum
factas.quod ſatis clarè probat tex.in.l.26.
Van ſe los omes.tit.12.parti.5. et in.l.44.
Deſpenſas.tit.28.parti.3.

QVÆ omnia præcipuè obtinent,
ex quo dicta comitiſſa bona fide, ( ex co
gitans dictum oppidum de Paſtrana ſuũ
eſſe ) dictas fecit expenſas: et habent di
ctum emptionis titulũ, quo ſibi ſuiſquè
heredibus ipſum oppidum emerat. quæ
101. bona fides † de iure preſumitur.l. penul.
C. de euictionib. notat Bart. in.l. celſus.
col. penul. verſi. ſed contra hoc. ff. de vſu
capionib.et glo. in.c. ſi diligenti. in verb.
bona fides.de preſcrip.facit tex.notabilis
et ſi vulgatus.in.l. merito.ff. pro ſot. et in
l.verius.ff.de probat. et eſt ad idem bona
glo.in.c.fi.in verb.bona fide de preſcrip-
tionib.cum alijs de quibus Card.Paul.Pa
riſi. in conſi.93. finis et conuentio. nu: 25.
26. et 27. lib.3. et alibi ſepe traditur. que
bona fides preſumitur etiam in habente
titulum.putatiuum. vt per Bart. in dicta.
l. celſus. col.5. verſi. ſed contra hoc vide-
tur.et probatur in.c.auditis. de preſcript.
et in.l.igitur.§. penul.ff. de libera. cau. cũ
alijs de quibus Barba.in conſi.51.clemen-
tiſſimum.col.3. verſi. ſi vero loquimur.li.
4.et Feli.in conſi.2.clariſſime.nu.14.et 15.
et per modernos in.c. de quarta. de preſ-
criptionib. quibus et conuenit regia.l.8.
titul.14.parti.1.quæ bona fides poteſt cau
ſari non tantum ex iuſtis rationibus, ſed
etiam ex in iuſtis et temerarijs. ſecundũ
glo.notabil. in.l.1. in verb.receſsit. C. vbi
cau.ſtat.quam glo.inibi Bald.multum ad
hoc commendat.cum qua glo. videtur eſ
ſe communis opinio doctorum vt con-
ſtat ex traditis per And. Tiraquel. in ſuo
tractatu de pœnis temperandis.in.43.cau
ſa.nu.34. et ſequen. et per Aym. Craue.
in cõſi.6.plura videnda.nu.119. et.120. Im
mo et quælibet cauſa etiã beſtialis à do-
lo excuſat,et a mala fide.vt in d.l.igitur.§.
poteſt.ff.de libe.cau.et in.l.plagij.vbi do-
ctores.C.ad.l.faui.de plagia.et in.l.1.in fi-
ne.vbi eſt optima glo.in verb. iuſtis.ff.de
abig.quæ bona fides hac in re proditur,ex
eo,quód prædicta comitiſſa putauit ſuũ
eſſe dictum oppidũ de Paſtrana. ex tex.
in.l.1.§.ſed ne conſenſu.C.de rei vxo.act.
et in.l.44. Deſpenſas. verſi. otroſi dezi-
mos.tit.28.parti.3.

NEC dicendum eſt, dictam comi-
tiſſam feciſſe prædictas expẽſas in dicto
oppido † animo eas donandi dicto don 102
no Gaſpari eius filio. ex tex. in.l. cùm de
indebito. in princip.ff. de probat. et in.l.ſi
cùm aureum.ff. de ſolutionib. et in pro-
prijs terminis ſic Bald. tenet in.l.2. C. de
rei vendica. col.2. verſi. quæro an preſu-
matur. quod maxime in muliere proce-
dit,cum eius genus auariſsimum ſit.vt in
d.l.ſi ab ſponſo.C.de dona.antenup. cum
ſuis vulgatis de quibus ſingulariter And.

Tiraquel. in tractatu de legibus Conubia libus. in l. 8. Conubiali. nu. 35. cum plurib. ſequentib. et ſupra latius diximus in hoc met conſi. nu. 7.

PRÆDICTA confirmat tex. in l. ſi vero non remunerandi. §. ſi mihi. ff.
103 manda. in quo tex. probatur † ementem pro altero prædium eiuſquè mandato, poſſe ab eo exigere non tantum pretium pro re ſolututum, ſed etiam id quod plus impenderit in re empta. & illic doctores ad notant.

PROINDE nec eſt efficax argumentum, quo vult euadi dictus donnus Gaſpar á ſolutione prædictarum expenſarum ſcilicet quód dicta comitiſſa promiſsit expræſſe in ſcriptura quam fecit tempore matrimonij dicti donni Gaſparis, quód bona dicto donno Gaſpari inibi donata, ipſa comitiſſa volebat tenere iure maioricatus. Vnde fieri videtur, illi non eſſe per ſoluenda edifitia facta in dicto oppido de Paſtrana, ex dicta. l. 46. tau
104 rinarum † conſtitutionum. ſed quód perpetuò manere debent apud ſucceſſores dicti maioricatus.

Tum quia, in tota dicta ſcriptura non fit maioricatus dicti oppidi de Paſtrana: & prædicta verba quibus dixit dicta comitiſſa dicta bona ſe habituram titulo maioricatus, tantum intelligenda ſunt de bonis in ipſa ſcriptura contentis, non autem de dicto oppido de Paſtrana empto poſt dictam ſcripturam. ex ſuperius adductis.

105 Tum etiam † quia dicta. l. 46. tauri. tãtùm intelligenda eſt de maioricatu certo: & de boniſquè ſine dubio maioricatus ſunt vt probatur in. d. l. 46. tauri ibi. ✱ Caſas de mayoradgo ✱ Et facit quod tradit Bart. in. ff. noui prohæmio. col. 2. verſi. oppono videtur.

Tum et dictum argumentum tollitur ex alio, quia dicta comitiſſa non potuit dicta verba in prædicta ſcriptura vt ei non eſſent ſoluẽde dictæ expenſæ nec ad effectum donandi prædictas expenſas dicto donno Gaſpari. igitur non debent contrarium operari. ff. de adimend. lega. l. legata in vtiliter. et ff. de libera lega. l. aurelius. §. teſtamento cum alijs.

Tum quia † dicta. l. 46. tauri non lo- 106
quitur in maioricatu confecto á edifficãte. vt eius verba clariſſime edocent. igitur ipſa lex non eſt trahenda ad hunc caſum vt pote confecta fuerit aduerſus omne ius: ſitquè contra omnem equitatem ut in eadem. l. 46. tauri tenet Ioa. Lup. de Pala. Rub. nu 3. et melius idẽ Ioa. Lup. in repeti. rub. de donat. int. vir. & vxo. §. 62. nu. 16. verſi. & exiſtis & multis & facit tex. in. l. præcipimus. C. de appel. & in. l. ſancimus. C de teſtamen. cum ſuis vulgatis.

Tum quia † prædicta. l. 46. tauri lo- 107
quitur in eo qui ſcit rem eſſe maioricatus at vero nõ loquitur in eo qui edificat et cogitat rem ſuam eſſe, & non maioricatus & ſi hec ſolutio aduerſetur verbis generalibus prædicte legis. 46. tauri.

Tum etiam † quia prædicta. l. 46. tau 108
ri nõ loquitur in maioricatu nouo vt eius verba palam edocent. & cum verba dicte legis tauri non adaptentur maioricatui nouo, igitur nec eius diſpoſitio adaptari debet l. 4. §. totiens. ff. de damno in fect cum ſuis vulgatis.

DENIQVE et prædicta lex. tauri
46. loquitur † in edifitijs factis in anti- 109
quis domibus maioricatus. at non loquitur in domibus nouè conſtructis. ergo ad eas non eſt trahenda. ex tex. in. l. ſi veró. §. de viro. ff. ſolu. matri. cum ſua materia et quia ſi illa lex. tauri aliud voluiſſet, vtiquè expreſiſſet. C. de cadu. tol. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. et illic notat Bald. ad idem eſt tex. in c. ad audientiam de decim. cum alijs.

EX quibus etiam hoc vltimum dubium finitur. et conſtat in omnibus prædictis dictam comitiſſam ius habere. et ita iuſte poſtea pronunciatum fuit doctor Burgen. Salon de Pace.

SVM-

# Summarium ſuper Quarto conſilio.

1 Condemnatio contra plures heredes fieri debet proportionibus hæreditarijs.

2 Inſtantia cepta cum defuncto tranſit ad omnes hæredes et etiã in hærede vniuerſalem, quatenus ſunt heredes. & nume. 3

4 Creditor ſuccedens ſuo debitori, viſus eſt ei remittere ſuas actiones, ꝑ ea parte pro qua eſt heres. etiã ſi talis creditor vellit poſtea agere actione hipothecaria.

5 Condemnatio fieri non poteſt ſuper non petitis,

6 Prætium loco rei non ſuccedit in ſingularibus,

7 Hæreditas dicitur de ducto ere alieno,

8 Vxor ſoluto matrimonio per mortẽ mariti, poteſt ſibi ipſi dotẽ ſoluere. & idem in quolibet poſſeſſor rei hereditarie,

9 Mandatum primum non reuocatur per ſecundum mandatum alteri datum, & quómodo procedat

10 Emens rem hipothecariam prius conueniendus & condemnandus eſt, quàm vẽditor. & quòmodo procedat,

11 Preſcriptionem allegans, tenetur eam probare,

12 Interpretatio indubio debet fieri contra allegantem preſcriptionem. & indubio iudicandum eſt, preſcriptionem locum non habere,

13 Bona fides etiam requiritur in fructibus præſcribendis: & ſi titulus non requiratur ad eos preſcribendum,

14 Prætium in hipothecaria non ſuccedit loco rei. & idem in fructibus venditis rei hipothecate. vt ibi. & quòd tunc requiritur excuſſio in bonis principalis. vt nu 15.

16. Expenſe vtiles ex re & fructibus deducende ſunt:

17. Bona fides de iure preſumitur, etiam ex iniuſtis & temerarijs rationibus & nu. 18.

18. Dolus abiicitur etiam exprobatione inualida, & ex coniecturis.

19. Vxor ſoluto matrimonio per mortem viri, poteſt vti retentione bonorũ mariti, pro dote ſua & arris,

20. Venditio preſumitur bona fide facta & nu. 21. & . 24.

21. Poſſeſſor bone fidei rem vendens, tantum tenetur, quatenus eſt factus locupletior,

22. Hipothecaria non competit contra bona fide deſinentem poſſidere,

23. Hipothecaria actio eſt realis.

24. Res preſumitur vendita, pro equiualenti pretio,

25. Litigioſi vitium non habet locũ, quando pendente lite res hipothecata venditur.

26. Vendens rem hipothecatam vel litigioſam ex iuſta cauſæ, tantũ tenetur ad pretiũ quod recepit. nec ex hoc cauſatur vitium litigioſi. vt ibi. & ibi ponitur intellectus ad tex. in l. ſi poſſeſſor §. quod ſi poſt petitam. & in §. bone fidei poſſeſſor. ff. de peti. heredita.

27. Mulier à dolo preſumpto excuſatur.

28. Vxori viduæ ſoluto matrimonio, reſtitui debent dos & arre cum vſuris.

FINIS

# Quartum Conſilium

OPTIMI maximi Dei ſuffragio poſtulato eiuſq; ſanctiſsime genitricis Marie. In cauſa que vẽtilatur inter donnum Michaelem Chacon. aduerſus donnum Ioãnem Chacon. Breuiter oſtendemus iuſtitiam dicti donni Michaelis Chacon. & ſingullatim docebimus capitula prime ſententie, in quibus iniuſte ipſe dõnnus Michael Chacon. eſt condemnatus.

ET Primò in eo quòd dictus donnus Michael in ſolidum cõdemnatus eſt cum eſſent quatuor decim heredes prefecti eius patris. Si quidem proportioni-
1. bus hereditarijs † condemnatio fieri deberet aduerſus omnes heredes vt in.l.pro hereditarijs.C.de heredita.actionib.& in l.1.C.ſi cert. peta. & in.l.ea que.C.famil. herciſcun.l.cum à matre.C.de rei vendica.l.parentibus.C.de in offi.teſtamen.& in.l.2.C.ad l.iul. de vi publi. quibus conſonat.l.8.tit.29.part.2.cum alijs. Et inſtantia cepta cum donna Ineſia Manrrici dicti donni Michaelis matre, pro ſe et nomine ſuorum filiorum, ad omnes † tran
2. ſit heredes: & etiam in heredem vniuerſalem ex.l.tam ex contractibus.ff.de iudit. cum alijs de quibus Soci. in conſi.31. proſequendo ordinem.nu.8.lib.1.& idẽ notant Paul.Caſtren.& ceteri docto.in.l. ſi cũ hominẽ.co.2.verſi.1.illud ad quòd ff.de fide iuſo. & ſcribentes in.l.heres abſens.ff.de iudit.& in.ca.quia.G.de iudi.& pleniús per ſcribentes traditur in.l.ſi conſtante.§.fi.ff.ſolu.matri.& in.l.de quare.§ cum me abſente ff.de iudi.cũ alijs de quibus Ioa.de Neuiza.in conſi.20.clementiſſimi.num.29.cum pluribus ſequentibus & alibi ſepe traditur. quod ſatis probatur in.l.57.verſicu.otro ſi quando el clerigo. titulo.6.partita primera & ibi late.Greg. Lup.in verb.de manda.ad idem videtur tex.in.l.68.in legibus ſtilli. Nec tranſit inſtantia in hæredẽ, niſi † quatenus eſt 3.
hæres.vt in terminis noſtris ad notat Paul.Caſtrẽ.in.d.l.tã excontractibus.col.1. verſi.ego declaro ſic.& idem conſtat ex eodem Paul.Caſtren.in.d.l.ſi eum hominẽ col.2.verſi.primo illud ad quod.ff.de fide iuſo.& ex Barthol.Soci.in.d.conſi.31. nu.8.verſi.ſed quoniam.lib.1.

SECVNDO prædicta ſententia eſt iuri contraria, in eo quód in ea dictus donnus Michael fuit condemnatus ad ſolutionem totius debiti.cùm & pater dicti donni Ioannis Chacon.fuerit heres dicti præfecti eius aui. igitur ꝓ ea parte pro qua dictus eius pater heres fuit,actio confuſa fuit.Si quidẽ cũ creditor eius † debi 4.
tori ſuccedit actio cõfunditur ꝓ parte ꝓ qua eſt hæres.l.debitori.C.de pact.l.licet C.ad.l.falcid.& l.cum ſecundum.C.de fidei comi.l.ſi ab eo.C.de nego.geſt.l.ſi adul.C.de hæredita.act.cum ſimilibus ad idem eſt bonus tex.in.l.ſi compenſandi. C de hæredibus inſtituen.quibus concordat tex.in.l.15.titul.6.libro.3.fori legum & in.l.24.titul.13.partit.5.quod procedit & ſi actio hipothecaria ſit intentata,quia & ſi heres creditoris agere poſsit in ſolidum hipothecaria ex.tex.in.l.mulier.ff. qui pot.in pigno.habe.& ſatis probatur in iuribus ſupra citatis preſertim in.l 1.C. de heredita.act.cũ alis de quibus Roderi. Suarez.in repeti.l.poſt rem iudicatam in 1.limitatione ad legem regiam.col.pen. & finali.ff.de re iudica.tamen pro ea parte pro qua eſt hæres, debitũ extinguitur vt legitur & notatur in d.l.1.C.de heredita.act.& ibi eſt bona glo.in verb.non prohiberis.quod in expreſſo inibi adnotant Ioan.Fab.nu.1.& Salic.colu.1.verſi oppono quòd non agat.cum ſequẽtib.& Bald. etiam ibi col.1 verſi.ſecundo oppono ad quod eſt optimus tex in.l.24.tit.13.parti.5 cum ſimilibus.

TER-

TERTIO prædicta ſententia iuri etiam aduerſatur, quia extimatio & valor oppidorũ de Oria, & Alboreas, & Venitãgla, habita conſideratione ad tempus præſens, cum fructibus qui hucuſquè ab ipſis oppidis proceſſerũt, reputantur bona dicti prefecti. ſi quidẽ in hoc proceſſu nõ
5. fuerit petitum. Vnde ſuper eis † pronũciatio fieri non potuit. ex. l. fi. C. de fidei comi. liberta. & in. l. vt fundus ff. commu. diuidun. & in. l. ſi ex teſtamento. in fine ff. de except. rei iudica. cum ſimilibus de quibus in propoſito Iaſo. in. §. omnium. col. fi. nu. 176. cum ſequentib. inſtitu. de actionibus. quibus accedat tex. notabilis in. l. 16. Afincadamente. In princip. tit. 22. De los juyzios Parti. 3. & ibi notanter Greg. Lup. in verb. que nõ perteneçieſſe.

PRÆTEREA valor dictorum oppidorũ & eorũ fructus nõ debẽt cẽſeri bona prædicti præfecti: & eo maxime
6. ꝙ hic ſumus in ſingularibus † in quibus prætiũ nõ ſuccedit loco rei. vt in. l. mater & ibi docto. C. de rei vendica. & in. l. ſi rẽ & pretiũ. ff. de peti. heredita. cum alijs de quibus meminit Alex. in cõſi. 49. in cauſa & lite vertẽte. col. 2. verſi. eſt modo vidẽdũ lib. 5. & ſingulariter in propoſito Card. Paul. Pariſi. in cõſi. 55. quoniã Iacobus. nu. 66. cum ſequentib. lib. 3.

PROINDE ipſe præfectus debitor erat dotis eius vxoris: que ingẽtis va-
7. loris erat. quod debitũ extenuat bona ipſius præfecti. C. ad. l. fal. l. irritũ. et. ff. de col la. bono. l. fi. et. ff. eod. tit. l. 1. §. fi. bonus tex. ad idẽ in. l. pater filiam. in princip. ff. ad. l. falcid cũ alijs bona enim dicuntur de ducto ere alieno. vt in. l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verb. ſignifica. et in. l. mulier. ff. de iu. dot. et in. l. papinianus. §. quarta autem. ff. de in offici. teſtamentis et in l. ſi quis ad declinandam. §. licentia. in fine. C. de epiſcop. et cleri. Quẽ et ex alio ſuadentur, quia mater dicti donni Michaelis Chacon vxor dicti præfecti, pro eius dote et arris exoluendis prædicta oppida vẽdidit, et fecit talẽ vẽditionem de expræſſo conſenſu patris dicti donni Ioãnis et ſuorum fratruum. Preter hoc quòd ipſa ſibi potuit ſoluere † ex tex. in. l. quo
8. tiens. §. ſicut autem. et in. §. non tantum ff. de adminiſtra. tuto. et in. l. fiſtulas. §. fundum. ff. de contrahen. empt. et in. l. debitor. ff. de nego. geſt. cum alijs ſtatim allegandis. nu. 19. et cum ipſa iuſte dicta oppida poſidebat, ſibi ex hoc ſoluere poterat: ſi quidem quilibet iuſtus poſſeſſor etiam rei hereditarie ſibi ſoluere poſſit. ex. l. ſiquid poſſeſſor. §. ſedet ſi ipſi. ff. de peti. heredita. et in. l. titia. ff. de ſolutionibus vbi eſt tex ad hoc notabilis in propoſito. Nec dictum mandatum conceſſum dictæ donnæ Ineſiæ ad venditionem dictorum oppidorum, ex eo reuocatum fuit, quia mandantes ad hanc litẽ procuratorem conſtituerum, cum ad diuerſa illum conſtituerint. ex tex. notabili in. l. ſi quis cum procuratorio. §. iulianus. et ibi notãt. Bald. col. 1. verſi. illud eſt intelligendum Paul. Caſtren. col. 1. in princip. ff. de procurato. quibus accedat tex. in. l. 24 Señaladamente in verb. en eſſe miſmo pleyto Tit. 5. part. 3. et eſt glo. notabilis in. l. vxorem. §. feliciſsimo. in verbo generali. ff. de leg. 3. cum alijs de quibus in propoſito Domini de Rota. in antiquis in deciſio 479. et melius in deciſio. 298. ſi quis conſtituat. in nobis et Bart in. l. cũ ſemel. col. 2. verſi. oppono de ſequẽ. et in verſi. nota ad illud. ff. de tutel. in generali. et plenius per Card. Paul. Pariſi. in cõſi. 88. quòd ſententia nu. 22. cum plurib. ſequẽtib. lib. 4. poſt. Cardi. Florẽti. in clemẽti. 1. col. penul. verſi. ſexto quero de renuncia. et alibi ſepe.

QVARTO prædicta ſententia iniuſta etiam fuit, quia dicta oppida emit marchio de Velez, vt exproceſſu cõſtat: ipſe que eorum fructus percepit. nãquè et ſi prædicta non obtinerent pro vt obtinent prius ipſa oppida cum fructibus petenda erant à dicto marchione, antequàm eorum prætium peteretur à dicta dõna Ineſia. ex tex. et ibi glo. in verb. poſſeſſores in. l. 1. ff. de diſtra pigno.

et ibi

& ibi Bart. & docto.colu. 1.in notabilibus
& in columna. 2. verſicu.ſed quæro quid
ſi res. qui in expræſſo tenent, quód ſi quis
10. † vendit rem alteri hipothecatam pro
aliquo debito, quòd creditor non poteſt
agere ad pretium datum pro ipſa re ad-
uerſus venditorem & eius heredes: ſed
prius acturus eſt contra emptorem ad ré
ipſam & fructus, & tantum venditor in
ſubſidium tenetur, nempe ſi res preſcrip
ta fuerit, vel prorſus perempta. idem et
probat textus in. l. 1. C. de rebus alie. non
alienan. quibus accedat textus. in.l. 54.
qui notabilis eſt, titulo. quinto partita. 5.
de qua preſcriptione in præſenti non
conſtat: nec à iudice ſupleri poteſt. vt in
capitulo. veniens in fine de preſcript. &
in.l. emptor. C. de preſcrip. long. tem-
por & in expreſſo ita tenet Guid. pap. in
quæſtione. 221. incipien. item dicta die.
per totam. & faciunt que docto. tradunt
in .l. 1. C. vt q; deſunt aduoca. par. iud. ſup.
& in l. 1. ff. de excepcionib. titu. generali.
ad quod etiam videtur bonus tex. in c. 1
in finalib. veb. de præſcript. li. 6. et Preter
hoc facit quia aduerſarius erat probatu-
rus omnia requiſita ad preſcriptionem:
ſiquidem in preſcriptione ſe fundans eã
11 probare † teneatur ex tex. in c. cum per-
ſonæ §. quod ſi tales et ibi glo. in verb. mu
nitos de priuileg. lib. 6. et ibi notar Domi
nic. colum. 1. verſicu. nota quód alegans. et
probatur in d. l. emptor. et in d. capit. ve-
niens in fine, nec preſcriptam rem quis
preſumitur tenere, niſi ad allegante ipſa
preſcriptio probetur ex textus in l. ſi tibi
et inibi glo. in verb. minime. et Bald. co-
lumna 1. verſiculo quero quid. C. de ſerui-
tu. et aqua. et probatur in d. captu. 1. de pre
ſcript. lib. 6. et ibi Dominic. colũ. 1. verſi.
nota quòd excipiens ſunt et plures aliæ
concordantiæ de quibus meminit Aym.
Craue. in conſilio 201. preſuponitur in fa-
cto nume. 29: cum pluribus ſequentibus
& in conſilio 29. proclariori nume. 9. vbi
12 ait inter alia, quód in dubio † debet fieri
interpretatio contra allegantem præſcri
ptionem et etiam dicit ibi quód in du-
bio iudicandum eſt preſcriptionem lo-
cum non habere: et contra eam allegan-
tem ſunt et alie concordantie de quibus
Card. Paul. Pariſi. in conſilio 27. in preſen
ti conſultatione nume. 35. et 36. et melius
numero. 89. et 90. lib. 1. et iam dicta con-
firmantur ex alio, quia in preſenti con-
ſtat mala fides dicti marchionis ex ple-
riſquè cauſis: qua extante notiſsimũ eſt
in iure, preſcriptionem decurrere non
poſſe ex textus in capitul. fi. de præſcript.
cum alijs ſuis notiſsimis. quæ bona fides
etiam requiritur † in fructibus præſcri- 13.
bendis, et ſi ad eos preſcribendos non re
quiratur titulus iuſta tradicta in l. ſequi-
tur. §. fructus. ff. de vſucap. et in. l. ex di-
uerſo. ff. de rei vendica. cum alijs de qui
bus Alex. in propoſito in conſilio. 154 con
ſideratis his numero 1. 2. et 3. libro 6. poſt
Barba. qui ſingulariter loquitur in conſi.
51. clementiſsimum columna. 3. 4. et 5. li-
bro 4. et latiſsime And. Tiraquelus. in re-
peti. l. ſi vnquám. C. de reuo. donat. in ver
bis reuertatur. num. 228.

Sane et glo. in dicta. lege. 1. ff. de diſtra.
pigno. in verbis. poſſeſſores. ad notanda
ad hoc eſt, quod pretium † in hipotheca 14
ria rei loco non ſuccedit: niſi in ſubſidiũ
quam glo. inibi docto. ad hoc ad notant:
et idem tenet Bart. in. l. quia debitore co.
fi. verſi. ſed quæro. ff. de his que in fraud.
credito et Angel. in d. l. ſi rem et pretium
colum. 2. verſi. in hipothecaria. ff. de peti.
hæredita. ſunt et alie concordantie de
quibus Anto. de Fano. in ſuo notabili tra-
ctatu de pignoribus in primo membro. 5
partis num. 48. verſiculo. aut ſumus in hi-
pothecaria. et in verſi. in alia autem hipo
theca. Vnde Paul. Caſtren. in dicta l. ſi rẽ
et pretium colu. 2. verſi. in vltima gloſa
dicit quòd ſi emptor etiam rei poſſeſſor
conueniri poteſt, quia extat rex apud
eum, quód non poterit agi contra vendi-
torem ad prætium rei hipothecatæ ven-
dicte quod et tenent doctores maxime
Baldus. in. l final. §. et ſi prefactam. co-
lumna. 1. verſiculo quartó nota C. de iur.
deliberan et Iaſo. in. l. item quia nume.

18. ff.

18.ff.de pact. & idem Iaſo.in.l.ſi eum ſeruum.nu.7.ff.ſi cert.peta.poſt Alex.in cõſi. 108.viſo proceſſu.col.penul.& fi.verſi.alio fundamento. & in verſi. item et fortius. lib.5. & Ant. de Fano. in dicto tracta. de pignoribus.in.4.mẽbro.2. partis.nu.149. vbi & ait, quòd in fructibus venditis rei hipothecatæ prætium non ſuccedit loco rei. proqua ſententia eſt tex. in.d.l.1.ff.de diſtra.pigno.& in.l.ſeruos.C.ſi vendi. pigno.aga. et ad prædicta eſt etiã tex. regius atque notabilis.in.l.44.tit.13. parti.5. qua diſponitur, quòd quàm tuncunque creditor citra ſolemnitatem pignus vendat, quòd rei dominus non poterit agere contra venditorem niſi in ſubſidium re dirupta ſeu preſcripta qui tex.in fortiori caſu loquitur, ſcilicet quia loquitur in vero domino rei agente, non autem in habente ius tantum hipothecæ, & nõ dominium vt noſter eſt caſus. Præterea & quòd quando pignus venditur à creditore, etiam ſi dominus expræſsim ratam habeat venditionem pignoris, non poſsit agi ad pretium contra venditorem antequàm res ſit preſcripta ſeu perempta, in expræſſo tenet etiam Pet.de Bella perti.in.d.l.ſeruos.C. ſi vendi. pigno. aga. col.1. verſi. pater tuus. & ibi etiam Salic. col.1. in verſi. quæro qua actione. & in verſi. querit glo. & Cin.in verſi.ſed nũquid.& Alberic.col. 1.verſi.item dicit glo.& ibi etiam Ioa. Faber.qui oẽs hoc ibi tenent cõtra glo.inibi in verb. petat pater.que glo.loquitur cum dominus venditionem expreſſe cõprobauit, vt exa conſtat.& ita illam glo.interpretatur Paul. Caſtren.in.l. ab vno. col.1. verſi. ideo Bart. C. de nego. geſt. & Alex. in.d.l.ſi eum ſeruum.col.penul. ante verſicul.iuſta hæc quærũt.ff.ſi cert.peta.& hec omnia ſatis confirmantur ex tex. in.l.1. C.de reb.alie.non alienan.& in.l.fi.vbi eſt etiam bona glo.in verb. mihi.ff. de nego. geſt.& ex tex.in.l.1. & ibi Sali. col.1. verſi. nota ex ſecunda parte. C.de commu. rer. aliena.& in.l.infamilie.& ibi glo. in verb. petenda.in verſi.ſi vero tuo nomine.C.famil.herciſcum.cum alijs.

PRÆTEREA & dicit Bart. in d.l.1.ff.de diſtra.pigno col.2.verſi.ſed quero in fine. quòd ante quàm † agi poſsit 15.
contra venditorem pignoris etiam re perempta ſeu preſcripta, quòd prius facienda eſt excuſio in bonis principalis. quod probatur in autenti. hoc ſi debitor. in.2. C.de pignorib.& idem ſatis clare probatur in.l.14. Empeñando. ibi Primeramẽte. titul.13.parti.5.

ET adeo prædicta vera ſunt, quòd nõ ſufficiet dominum tacitè approbare venditionem rei, vt ad pretium agi poſsit cõtra venditorem, re nõ preſcripta. ita tenet glo. ſingularis in. d. l. mater. in verb. prohiberis. C. de rei vendica. & ibi etiã Pet.de Bellaper.qui notabiliter loquitur.

QVINTO prædicta ſententia ſubſtineri non poteſt in quàmtum in ea fuit condemnatus dictus dõnus Michael non tantum in extimatione dictorum oppidorũ cum dictis fructibus, ſed etiã fuit condemnatus cõſiderato valore preſenti. Siquidem preter hoc quód vt diximus, pretium rei loco non ſuccedit.& aduerſus eum agi non poſit ad pretium re extante apud dictum marchionem, ſi hodie dicta oppida plus valent quàm quãdo vendita fuerunt, vt eſt probatũ, id enim fuit propter magnas expenſas factas à dicto marchione in dictis oppidis. namquè expenſe vtiles ex re & fructibus † de du- 16.
cende ſunt. vt in.l. ſumptus.ff. de rei vendica.& in.l.fructus.ff.ſolu. matrimo. & in l.44.tit.28.parti.3.& in.l.26.titul.11. parti. 4.& in.l.6.titul.8.parti.3 cum alijs.

VERVM & in hac ſpetie eſt conſiderandum, quòd dicta donna Agnes bona fide prædicta vendidit oppida. quæ † 17.
bona fides de iure præſumitur. vt in.l.penul.C.de euict.tradunt doctores in.l.celſus.ff.de vſucap.maxime Bart.col. penul. verſi.ſed contra hoc.& eſt glo.in.c.ſi diligenti.in verb.bona fides. de preſcript. facit tex.in.l.merito.ff.proſot.& in.l.verius ff. de probationib. & eſt ad idẽ bona glo. in.c.fi.in verb.bona fides.de preſcript. cũ alijs de quibus Paul.Pariſi.in cõſi.93. finis

&

& conuẽtio. nu.25. 26. &.27. lib.1. & alibi ſæpe traditur. quæ quidẽ bona fides præſumitur non tantùm ex iuſtis cauſis, ſed ex in iuſtis & temerarijs rationibus. vt legitur & notatur in. l.1. C. vbi cau. ſtat. & ibi eſt glo. ſingularis in verb. receſsit. quã ad hoc ad notat ibi Bald. cuius etiam glo. meminit Iaſo. in l. qui iuraſſe. nu.6. ff. de iur. iuran. cum qua glo. videtur communis opinio vt conſtat ex pluribus traditis per And. Tiraquel. in tractatu de penis tẽperandis. in. 43. cauſa. nu.3.4. & ſequentib. & per Aym. Craue. in conſi.6. plura viden da nu.119. &.120. & ſatis probatur in. l. igitur. §. poteſt. ff. de libe. cau. & in. l.1. in fine. & ibi gl. in verb. iuſtis. ff. de abigeis. & in. l. plagij. & ibi doctores. C. ad. l. faui. de plagia. & tex. in. l. ſcire. §. ſed ſi lege. ff. de peti. heredita. cum alijs. & exprobatione etiã in valida † dolus abiicitur. ex. tex. in
18. l. fi. ff. de reb. cor. adnotat Bald. in. c.1. ff. ſi duo. col.2. in principio verſicul. ſed quid operabitur. in titul. de pace tenen. in vſib. feudo. & ex coniecturis dolus abiicitur, & bona fides probatur. vt latiſsime docto. tradũt in. d. c. ſi di ligẽti. de preſcript. & in. d. c. fi. eod. titul. & in. d. l. celſus. ff. de vſu cap. & ſat eſt vt bona fides probetur, quód dolus ab ſit, & de ipſa bona fide conſtet. vt in. l. apud antiquos. & illic Bart. co. 1. verſi. nota quòd ille. C. de furt. Immo vt ipſa donna Agnes eſſet poſſeſſor bone fidei, ſufficit quòd ipſe præfectus ei dictã dotem & arras deberet: proquibus dicta
19. donna Ineſia retinere poterat † predicta bona tamquàm bona dicti præfecti, vſquè ad eo ſibi exoluerentur. vt probatur in. l. ſiquis poſt hac. in princip. C. de bon. proſcripto. & in autenti. de exhibẽd. reis §. ſi vero quaſdam res. colla.5. & traditur in l. cum tibi. & ibi Bald. in finalib. verbis. C. qui pot. in pigno. habe. et idem tradit idem Bald. in. l. penul. col.1. verſi. ſed quero quid de vxore. C. de pigno. act. et idem Bald. in. l. ſi cui numerate. col.2. verſi. in tex. ibi vel dotis. C. de non nume. pecu. poſt. Bart. in. l. ſi filio famil. in princip. co. 1. verſi. cum ergo. et in ver nota ergo ff. ſolu. matri. et idem tenet Iaſo. in. §. item ſeruiana. nu.72. col.10. verſicul. et in tantum bona viri. inſtitu. de actionib. et idem Iaſo in. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. nu.10. in fine. ff. de condi. indebi. et idẽ tenet Bald. qui notabiliter loquitur in. l.1. C. quor. legato. col.2. verſi. nota pro vxoribus. et Deci. in. l. dotis. nu.2. C. de collat. et melius idem Deci. in conſi.292. dura admodum, per totum et Soci. in conſi.78. licet pendeat. nu.8. verſi. poſtremo. lib.3. et idem Deci. in conſi.232. dura admodum. nu.2. et in con. 400. viſo eleganter. nu.5. et in con. 449. viſis duobus. nu.23. et Bald. Nobel. in tractatu de dote. 8. parte principali. in.6. priuilegio. nu.18. et 21. conſtitutus in.6. volumi. tractatuum diuerſo. docto. fol. mihi. 197. col.1. et.2. et Ioa Lup. de Pala. Rubi. in repeti. rub. de donationib. int. vir. et vxor. §.59. operatur alium. nu.1. et 2. et iterum in eadem repetitione. §.77. col.1. verſi. ad cuius confirmationem. et Ant. de Fano in tracta. de pignorib. 4. mẽbro.5. partis. nu.5. et Thom. Grama. in deciſio.58. magnifica margarita. nu 3. et melius idem Grama. in deciſio.92. in cauſa honeſte. nu.19. et Capizi. in deciſio.119. in cauſa domini. nu.3. et alibi ſæpe. quibus accedant tradita per Barba. in. c. ex literis de pignorib. fauorauilius enim eſt ius retentionis, quàm ius agendi. ex tex. in. l. per retentionem. C. de vſur. et in. l.2. vbi Bald. in.2. notabili. C. de fideicomi. cum alijs de quibus Aym. Craue. in conſi.148. nobilis Antonia. nume.2.

PROINDE et magis interminis accedat in fauorem ſupradictorum, quia præſumitur † venditio iure et bo- 20.
na fide facta. ſecundum Bald. in. d. l.1. C. de reb. alie. non alienan. col.1. verſi. ſolutio. ad quod citat per eum tradita in. l. ob maritorum. C. ne vx. promari. ad quod eſt ibi bonus tex. ſecundum Sali. ibidem col.1. verſi. item nota quód hic videtur caſus. et ſat idem conſtat ex eodem Bald. in l. inditia. C. de rei vendica. col.2. ver. quarto quero. et probatur in. l.54. titul.5. parti. 5. verſi. otroſi dezimos. Immo et vendens pre-

preſumitur rei dominus. ex tex. in.c. cũ olim.de cenſib.cum alijs cum de re aliena nullus diſponere poſsit. vt probat tex. in.l.fi.in fine.C de pact.& non poteſt conſtituere ſeruitutem in fundo niſi dominus fundi.l.2.C. de ſerui. & aq. & in.l.fi.ff. commu.predio.cum alijs ſuis vulgatis.

SI igitur prædicta donna Agnes dicta oppida bona fide vendidit,& id fecerit mandato heredum dicti prefecti,omniquè iuri aduerſatur dicta ſententia, cũ dicta donna Agnes ſit aſtricta ad valorẽ preſentis temporis dictorum oppidorũ: cum contra eam non poſsit agi ad pretiũ & cum etiam dictus marchio de Velez poſsideat prædicta oppida.

SVADENTVR & prædicta,
21. quia poſſeſſor bone fidei † vendens non aſtringitur ad reſtitutionem pretij niſi quatenus factus eſt locupletior: etiam in caſu quo aduerſus illum agi poſsit ad pretium.ex tex.in.l.vtrum.ff. de peti. hereditа.& in.l.ſiquid poſſeſſor. in princip. & in l.ſed ſi lege.§.cõſuluit.ff.eod.titul.&quòd vendens alienam rem bona fide, tantum ſit obligatus ad pretium receptum.traditur in.l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cert.peta.&clare idem probatur in.d.l.54.tit.5.part.5.ibi ☞ E es tenudo el vẽdedor en todas guiſas de tornar el precio a aquel cuya era la coſa ☜ Et idem traditur in.l.1.C.de reb. alie.non alie.vbi eſt bona glo. in verb. iubebit.idem tenet Bald.in.d.l. mater.col. penul.verſi.de inde quero.& in verſi.ſi vero.C.de rei vendi poſt glo.ibi in verb.prohiberis.verſi.item ſi tu. & ibi etiam idem notãt alij doctores maxime Pet.de Bella perti.col. penul. verſi. ecce alia queſtio ſi aliquis vendit.& Salic.col.4. verſi. quero ſecundo.& idem probatur in.l.in extimationibus.ff de peti.heredita.

HIPOTHECARIA notiſsimum eſt de iure, quòd agi non poteſt cõtra dictam Agnetem, nec contra eius hæredes,ſiquidem dicta oppida non poſsideant,nec dolo ea deſierunt poſsidere:& ideo contra poſsidentem debent ſuas intentare actiones. ex tex.in.l.ſi fundus.§. in vendicatione.ff de pignorib.& in.l.mulier.ff.qui pot.in pign.habe & in.l. paulus §.1.ff.quib.mod.pig.vel hipothe.ſol.& eſt ad idem tex.in.l.14.verſi.el ſegundo tit.7 parti.3.& tex.in.l.19.tit.13.parti.5. cũ alijs. de quibus doctores in.l. qui petitorio.ff. de rei vendica.& in.l.fi.§.ſin autem.C.de litigio.actio enim hipothecaria † eſt rea
lis.vt pbat tex.in.l.pignoris vel hipothece perſecutio in rem eſt.C. de pigno. & hipothe.& in.l.pignoris.ff.eod.tit.& in.l.1 tit.13.parti.5.cum alijs de quibus in propoſito Anto.de Fano. in ſuo aureo tractatu de pignoribus & hipothecis.3. membro. 8.partis.nu 17.verſi.prædicta tamen intellige.& in.4.membro.2.partis nu.132.& in 2 membro.8.partis.nu.1.verſi. item contra tertiũ.& tradunt Bart.& alij.in.l.moſchis.ff.de iure fiſci.& alibi ſæpe. 23.

EX quibus conſtat, non iuſte latam eſſe ſententiam aduerſus dictum donnũ Michaelem hæredem dicte donnæ Agnetis: per quam condemnatur ad dictorum oppidorum pretium & extimationem huius temporis.

SVADENTVR ſuperiora, quia non tantum interuenit bona fides dicte donne Agnetis, immo ea vendidit pro iuſto pretio,vt conſtat ex proceſſu huius cauſe.& de iure etiam † res præſumi
tur vendita pro equiualenti & iuſto prætio.vt eſt tex.notabiles in.l.ſi vxor. et ibidem Bald.col.2.verſi ampliores pretij.C. ſi vendi.pigno. aga. dicit quòd contrariũ dicenti incumbit onus probãdi. ad quod ibi Bal.allegat etiam tex.ſingularem in.l. fi.§.ſin autem dubitatio.C.de iure domi. impetrã et idẽ dicit idẽ Bal.in.l.ſi fundus §.quamquam.col.1.verſi.in glo.ſi fundus. ff.de reb.eor. et idem conſtat in.l. pretia rerum.ff.ad.l.fal.et in.l.65. in fine. titul.4. parti.1.cum alijs quod procedit etiam ſi res vendatur in ſubaſtatione, quia præſumitur vendita iuſto prætio, cùm vendatur plus offerenti ex tex.in.l. mortis cauſa capimus.verſi.fi.ff de dona. cau mort. quem ad hoc allegat dominus donnus Anto.de Padilla.in repeti.l.2.C.de reſcinden. 24.

den.vendit.nu.30. poſt principium & vltra eum ad predicta vide Fabia. de Mon. de empt.& vendi.8.q.principali nu. 25. in fi.& nu.26.qui reperitur in.5. volumi tracta.diuerſorum docto.fol. 494. Et tex. in.d.l.1.C.ſi vendi.pigno. aga. tantum loquitur in habente ius pignoris, non vero loquitur in habente etiam ius retentionis,pro vt dicta dōna Agnes habebat maximè de conſenſu & mandato heredum prædicti præfecti: adquam etiam pertinebat dimidia pars dictorum oppidorū tanquàm queſita durante matrimonio inter ipſam & eius maritum. magnum enim diſcrimen eſt, an vendatur res aliena,inqua quis ius habet, vel inqua venditor nullum ius habet: vel quód quis vendat rem alienam conſenſu domini.vt cō ſtat ex tex.in.l.emptor.ff. de rei vendica. iuncta.d.l.mater. & ibi Bald.in tertia oppoſitione.C.eod.tit.& idem ſatis probatur.in l. in edibus.§. quod filius familiàs. ff de donationib.& in.l. ſiquis hac lege.§. ſi filius.ff.qui & aquib.optimus tex.ad idē in.l.ſicut.§.venditionis.ff.quib. mod. pig. vel hipothe.ſolui.cū alijs de quibus And. Tiraquel.in legibus Conubialibus.in glo. 3 poſt leges Conubiales. nu.137. cum pluribſequentib.& prædicta etiam probantur in.l. ſi mulier intercedendi.ff. aduelle ya.& in.l.pupillus.§.fi.ff.de verb.ſignifica. & in.l.id quod noſtrum.ff. de regul.iur. cum alijs.

PRÆTEREA prædictis non obſtat quod aduerſarius incontrarium dicit,nempe quód venditio dictorum oppidorum fuit facta poſt hanc litem motam:& ita quòd ex hoc conſtat de mala fide dicte Agnetis vēdentis:& quód ideo tenetur ad pretium dictorum oppidorū conſideratum ſecundum preſens tempus.

Tum quia,& prædictis manifeſtè probatur bona fides dictæ donnæ Agnetis.

Tum etiam, quia tantum in hac lite aduerſarius hypothecaria agit. cuius lis
25. non † fecit dicta oppida litigioſa. vt eſt tex.in autenti.de litigioſis.§.ab hoc autē colla.8.perquem tex. ita tenet glo. in autenti.litigioſa.in verb.dominio.C.de litigio.quam inibi Bald.col.1. verſi. in glo.in verb.ad hoc comendat.et Iacob.Butrica. in autenti.hoc ſi debitor.C de pigno.col. 1. verſi. ſecunda lectura eſt. vbi & dicit, quód iuditio ſuo hec eſt ipſa veritas. idē & tenet Bart. in l.1.§. ſi inter. col.1. verſi. primo caſu.ff.de litigio. & Bald. in.l.1. C. commu.diuidun.col.2.verſi. vlterius opponitur.& Guid. pap. in queſtio. 432. ſupra.nu.6.& in queſtio.337.prodeclaratione.nu.4.verſi. ſed an per hipothecariam. & in verſi. an in actione. & notabiliter idem tenet Mathe.de Afflict.in conſtitutionib.Neapolita.lib.2.rub.41.nu.8. &.13. char.mihi.148.col.2.&.4.& Ioa.Ferrariē. in ſua pratica ciuili. in titul. de forma libelli.in act.reali decla.nu.81.cha.mihi.18. col.1.vbi ait hoc probari.in.l.1.C. de litigio.& in.l.1.C. de preſcript.long. tempo. idem etiam tenet Greg.Lup.in.l.13. Muchas vegadas.titul.7.parti.3.in verb.E que era ſuya. quibus conueniunt tradita per Auguſti.Vero.in.c.1.nu.20. de confirma. vtil.vel in vtil.& melius tradita per dominum Didac. Couarru.in.c.15.pratica. queſtio.nu.6.per totum.maximè.col.2.illius nume.6.et etiam in nu.7. verſi. hinc. etiā deducitur.et in verſi. maior ac iniquior. et quæ conſuluit Guid.pap.in conſi.82.in cauſa.nu.1.col.2.verſi.nec inualidatur.lib. 2.et ſi in contrarium faciant tradita per Ioan.de Neuiza.in conſi.20. cōtra.nu.14.

PROINDE et ſi poſſeſſor hereditatis poſt litem conteſtatam rem vendiderit, gratia eris alieni ſoluendi, et ita id faciat ex iuſta cauſa, tantum † tenetur ad rei venditæ prætium, non autem 26.
ad prætium preſens cum fructibus velvſuris ex tex in.l.item veniunt.§.ſimili modo.ff.de peti. heredi. et ibi ad notat Paul. Caſtren.col.2.verſicul. in tex. ibi non amplius. et in verſi. oppo. pro declaratione. poſt. Bart. inibi. in notabilibus tex. et eſt etiam ad idem tex.in.l.quód ſi in diem §. idem iulianus.in.1.ff. eod.titul. de peti.here.et in.l æſtimationibus.ff. eod. titul. et in

in l.ſi poſſeſſor.§.quod ſi poſt petitam. & in.§.bonefidei poſſeſſor.ff.eod. Quæ fortaſiis in contrarium ponderatur, quæ loquitur in iuditijs vniuerſalibus.& ita eã intelligit ibi glo.in verb. ſed ſi forte. poſt principiũ.& Fulg. etiam ibi nu.2. in fine. poſt Paul.Caſtren.in d.l. item veniunt.§. ſimilimodo.ff.de peti.heredi. col.2.verſi. oppono pro declaratione.in fine.vbi temperat illum tex.niſi venditio fiat ex iuſta cauſa vel ex neceſſaria.quibus & cõuenit tex.in.l.ſed ſi lege.§.item ſi rem diſtraxit. in.1. & in.§. itẽ ſi rem diſtraxit bonefidei poſſeſſor.ff.eod.titul.de peti. here. & tex. notabilis in.l.5.tit. 14. parti.6. & quòd in hoc caſu ſcilicet quando venditio fit ex cauſa neceſſaria ſeu ex iuſta,nullum vitiũ litigioſi allegari poſsit, nec quòd in iure cauſetur. ſatis probatur in.l.fi. C. de litigio & tradunt comuniter doctores in locis ſuperius citatis dum agebamus an in hipothecaria cauſetur vitium litigioſi. & cum dicta.l.fi.concordat tex.in.l.14.tit.7. parti.3.

CÆTERVM & reſpondetur ex tex.in.l.item ſi verberatum.§. ſiquis rem ff.de rei vendica. qua in lege Angel. col.1. verſi. in tex.ibi pretium. ad notat, quòd cumquis à principio eſt bone fidei poſſeſſor ex iuris preſumptione, quòd vẽditor tantum tenetur ad pretium receptum. quod maxime in muliere ex eo obtinet,
27. quia mulier † à dolo preſumpto excuſatur.vt in.l.ſi decipiẽdi.& ibi notat glo.1.ff. ad velleya.& eſt ad idem glo. comuniter recepta in.l.vbi exigitur.in verb.niſi dolo malo.ff.de eden.cum ſuis vulgatis.

SEXTO prædicta ſententia iniu
28. ſta ex eo eſt † quia in ea iudices non pronũtiarunt per ſolui dotẽ & arras dicto dõno Michaeli Chacon vt heredi dicte donne Agnetis,maxime quia dicta dõna Agnes non habuit alia bona ad eius alimẽta quã dictã eius dotẽ & arras.ex tex.notabili in.l.vbi ad huc.C.de iure. dot.& ex tex. in.c.ſalubriter. de vſur. & ex Bald.in autẽti.& qui iurat.C.de bon.autori.iudi.poſsiden.col.14.verſi. quero mulier eſt miſſa. poſt Cinum in.l.1.§.ex actio. col.2. verſi. ſecundo quero.C.de rei vxo. act. quod & plerique alij ex ſcribentibus tenent quorum meminit Mathe.de Afflict.eis conſentiens in deciſio.284. an ſoluto. nu.1.& 2.vbi & ait,ita conſilium Neapolitanum iudicaſſe.& in hoc regio Pintiano pretorio idem ipſe quoque pronũciari vidi & pro dotis intereſſe vxori ꝑ dote annui redditus ſunt cõſtituti,cum facultate redimendi. & hoc ſatis conſtat ex Bald.in l.fi.col.fi.verſi.vltimo quero.C.de peti.heredita.& ex Ancharra. in regul. pecati venia.de regul.iur.lib.6.nu.8.verſi.ad quartũ dum videtur. & melius in ver. & per hoc poſſet dici.immo & Mathe.de Afflict.in d.deciſio.284.nu.2.& 3.dicit idem eſſe in muliere diuiti.ad quod allegat Paul. Caſtren.& alios in.l.diuortio.in princip.ff.ſolu.matrimo.& his accedat tex.in. ca. per veſtras.de dona.int. vir. & vxo. & ibi Ioa. Lup.§.8.incipiente octauo infertur. nu.5. poſt Archidia.Florẽti.ſanctũ Anto.in ſecunda parte ſue ſumme.tit.1.§.29. & Cõrad.etiã in ſuo libro de cõtractibus. quæſtio 35.cõcluſione.10. & doctor Medina. in ſuo codice de reſtitutione dũ diſputat materiã.c.ſalubriter. de vſur. char. mihi. 135.col.4. verſi. ſequitur amplius ſi gener defunctus ſit.& idẽ tenet frater Domini. de Soto.in ſuo inſigni tractatu de iuſtitia & iure.lib.6.quæſt.1. arti.2.§. reſtat ergo. col.ante penul.verſi.atquè ex eadẽ radice ſoluitur.quibus & accedãt que ſingulariter in ꝓpoſito cumulat D. Dida. Coua. epiſcopus ſegouiẽ.li.3.varia.reſolu.c.1.nu. 3.ver.ſexto aggerit.vbi et refert plures doctores idẽ tenẽtes.et faciũt tradita per docto.in.d.c.ſalubrit. de vſur.et tradita per Anto.Gome.in.l.51.tauri.nu.31.et per fratrẽ Medina.in dicto ſuo libro de reſtitutione.char.mihi.134.cũ ſuq.et per Domi. de Soto in.d. eius tracta.li.6.q.1.arti.2.§. reſtat ergo.per totum.

ET his hoc abſoluitur conſiliũ, et ſat quidẽ cõſtat ꝺ iuſtitia dicti dõni Michaelis Chacõ:et in prædictis dictã ſententiã eſſe reuocandã. Doctor Burgen.de Pace.

# Summarium ſuper Quinto conſilio.

1. *Filia aduerſus renuntiationem iuratam, venire non poteſt.*
2. *Leſio etiam enormiſſima probāda eſt per eam allegantem.*
3. *Filia ingreſſa monaſterium poſt renuntiationem, non poteſt dici leſa, nec allegare leſionem enormiſſimam contra talem renunciationem:*
4. *Monaſteriū non poteſt allegare leſionē etiam enormiſſimam, cōtra renunciationem per monialem factam ante ſuum ingreſſum monaſterij,*
5. *Filia monialis ſi renuntiat hereditati paterne vel materne, aliquid ſibi pro dote retinēdo, per inde eſt, ac ſi in totū ſucceſiſſet ſuis parentibus.*
6. *Renūciatio filie facta ante ingreſſum monaſterii, omnino ſeruanda eſt, & habetur pro eius vltima voluntate.*
7. *Iuramentū excludit leſionem etiam enormiſſimā, & inibi late tractatur de intellectu tex. in autenti. ſacramēta puberum. C. ſi ad ver. vendit.*
8. *Metus nō præſumitur, & contrariū dicenti incumbit onus probandi.*
9. *Metus in ſpetie probari debet, taliter quód non ſufficit ob aliam cauſam probari.*
10. *Metus probari debet clariſſimis probationibus, nonquè ambiguis: maxime ſi interuenit iuramentum in contractu.*
11. *Metus reuerentialis non ſufficit ad reſciſionem cōtractus, & ibidem qualis metus requiratur:*

CON

## CONSILIVM QVINTVM

DEI Optimi maximi auxilio in vocato: eiuſque virginis Mariæ. In hac cauſa quæ eſt inter Antonium Beltram & eius filios, aduerſus monaſterium ſanctæ Claræ ciuitatis Soriæ ius dicti Antonij Beltram & eius filiorum Fultiemus.

AD quod illud in facto præſuponitur quòd Leonor filia dicti Antonij Beltram ante ingreſſum dicti monaſterij renuntiauit in fauorem dicti Antonij Beltram & eius filijs legitimas, quas erat habitura ex ſucceſsione dicti Antonij Beltram ſui patris & dõne Mariæ de Ribera eius matris iam defunctæ: pro ſumma quingentorum aureorum, & etiam pro viginti aureis annuatim ſoluendis: eidem donne Leonori in eius vita, auferens à ſe dicta Leonor omniũ legum auxilia, iure iurãdo promittens ex cauſa læſionis enormiſſimé, ſeu alia vè ratione, nunquàm ventura aduerſus ipſam renuntiationem: reſeruando in dicta ſcriptura renuntiationis in fauorem prædicti monaſterij, dictos quingentos aureos & prædictos annuos reditus pro eius dote. Et poſt modum dicta Leonor ingreſſa eſt dictũ monaſterium, & ipſum monaſterium ipſam renũtiationem iure iurando confirmauit. His tamen præter miſsis dictum monaſteriũ nunc agit, petendo integram legitimam dictæ donne Mariæ de Ribera: dicens ei non præiudicare prædictam renuntiationem, cuius petitio iuri aduerſari, ſequentia de monſtrant.

PRIMVM quia dicta † renuntia-
1. tio iurata fuit, & ita aduerſus eã venire nõ poteſt. ex tex. in c. quamuis pactũ lib. 6. & in authẽti. ſacramẽta puberũ. C. ſi aduer. vẽdit. & in. l. 16. ❧ maguer diximos ❧ Poſt principiũ tit. 11. ❧ De las iuras. ❧ Part. 3. & in. l 6. diziẽdo, verſi. eſſo miſmo tit. 19. parti. 6. cum alijs ſuis ſimilibus.

NEC ex cauſa enormiſsimæ læſionis ipſa renuntiatio ſubuerti poteſt, vt conſtat ex ſequentibus.

PRIMO quia à dicto monaſterio
non eſt probata † prædicta læſio enormiſ 2.
ſima (ſi quidẽ in toto hoc proceſu nõ conſtet de bonis dictorũ Antonij Beltram & dõne Mariæ de Ribera) quòd neceſſariũ erat. vt in. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probat. & in. l. nam et poſtea. §. ſi minor ff. de iur. iuran. & in. l. verũ. §. itẽ nõ reſtituetur & in. §. ſciendũ. in princip. ff. de minorib. & eſt ad idem glo. in. l. 1. in. verb. poteſt in fine. C. ſi minor ſe maio. dixe. & de iure regio eſt ad idem tex. notabilis in l. 2. tit. 19 parti. 6. & in d. l. 6. in fine eod. tit. & parti. tex. etiã ſingularis ad idẽ in l. 3. tit. 25. part. 3. & in l. 16. in medio tit. 11. part. 4. ſunt & aliè concordantiæ de quibus Card. Paul. Pariſi. conſil. 96. in præſenti cauſa. nu. 67. cũ ſequẽt. lib. 1. & per modernos in. l. 2. C. de reſcinden. vẽdi. & alibi ſæpè traditur.

Secũdũ, quia nõ poteſt læſio enormiſſima conſiderari, ex quod Leonor dotẽ
dari conſuetã reſeruauit. d. monaſterio † 3.
ſcilicet dictos quingẽtos aureos & dictos aureos annuos immò & maiorẽ dotẽ ſibi reſeruauit, vt de ſe notoriè cõſtat, & obid nõ debet dici leſa ex ipſa renuntiatione vſa enim eſt iure cõmu. ex. l. fi. C. d in integ. reſtitu. & in l. 1. C. ſi aduer. donat. & in l. cum plures. §. fi. ff. de admi. tuto. & idem diſponit tex. notabilis in d. l. 6. verſi. E aũ dezimos tit. 19. part. 6. & facit ad idẽ tex. in. l. verũ. § ſciẽdũ. ff. de minorib. & eſt ad idẽ glo. in. l. ſi frater tuus in verb. nec contra. in princip. C. de filijs famil. mino. cũ alijs, & in proprijs terminis ſic notabiliter conſuluit Deci. in conſi. 31. & pro tenui facultate mea. col. fi. verſi. vltimo non obſtat. vbi notãter dicit, quòd ſi ante quàm monaſterium ingrediatur, ſuas legitimas renũciauerit pro certa pecuniæ quantitate, pro dote ipſius monaſteri dari ſolita, quòd non poteſt dici eã læſam fuiſſe, nec poteſt cõtradicere ipſam renuntiationẽ ſiquidẽ in monaſterio in quo eſt ingreſſa, paupertatẽ ꝓfiteatur, nihil quæ ipſa monialis ſit habitura, ex tex. in c. cũ ad monaſteriũ. de ſta. monacho. itaque ipſa mu

lier non poteſt dici læſa. ad quòd & allegat Anto. de Butr. in c. in præſentia deprobat & Imol. in l. Lutius in. 2. ff. de hæredib. inſtituē. & fatiūt rationes poſite p̄ Signoro. de Homo de in cōſi. 148. in quæſt. nu. 2. Præterea nec † reſpectu monaſterij læſio cōſiderabilis eſt. ſecūdū Deci. in d. cō. 31. co. fi. verſi. nec etiā ſiquidē illa mulier iure permitēte diſpoſuit ante ingreſſum dē ſuis bonis. Itē & quia monaſteriū non poteſt aliquē inducere ad religionē ſpe- lucri. ex tex. in ca. cōſtituit. 20. q. 3. & facit tex. in c. non ſatis de ſimonia, quod præcipuè ipſe Deci. admitit. ſi ipſa renūciatio facta fuerit in fauorem venientiū ab inteſtato vt in præſenti cōfecta fuit eorum fauoree, x traditis in. l. Lutius. §. 1. ff. de leg. 2 & per Bald. & alios in. l. frater. C. qui teſtamē. face. po. & in proprijs terminis idem quod. Deci. tenet cōſuluit Aym Craue. in con. 160. in hac cauſa. nu. 1. & ſingulariter idē tenet dominus Did. Couarru. in repeti. c. quānuis pactū de pact. lib. 6. in. §. 2. 3. partis relationis nu. 5. eandem etiam opinionem tenet dominus Ferdinandus Menchaca (vir magnæ virtutis & ſcientiæ) in ſuo tractatu de reſolutione ſucceſsionum lib. 2. prime partis. §. 18. num. 116. & melius nu. 130. vbi ait ita conſuetudine ſeruari, & quòd ſi caſus accideret, dicit quòd ita conſuleret & iudicaret. Immò exquo dicta Leonor contenta fuit dictis quingētis aureis & dictis annuis reditibus † per indè habenda eſt ac ſi ſucceſiſſet in omnibus bonis ei debitis ex ſucceſione ſuorum parentum, vt tenet doctores in. l. qui ſuperſtitis. ff. de adquiren. hæredita. & Bald. in l. pactum. C. de collat. colum. 2. verſi. ſecundo quæro & inibi Deci. nu. 18. verſi. prædicta concluſio cum alijs de quibus idem Deci. in conſi. 181. ſatis nota co. 3. verſi. 2. reſponderi poteſt. & Card. Paul. Pariſi. in conſi. 69. dominus Ambroſius nu. 70. lib. 3.

4.

5.

QVÆ & inſtruuntur, quia prædicta renuntiatio † eſt quædam diſpoſitio præambula ante ingreſſum monaſterij, conſueta fieri à volentibus regionem ingredi, & eſt vltima voluntas ingredientium religionem: quæ omnino ſeruāda eſt pro vt ipſe ingreſſurus monaſterium diſpoſuerit ex tex. notabili in authenti. de monachis. §. illud quóque decernimus colla. 1. cuius tex. meminit Abb. in c. præſentia. deprobat. co. 4. ver. vlti. nota. poſt. Bart. in authēt. ſi qua mulier col. 3. & . 4. verſi. hæc opinio non videtur, cum ſequentibus. C. de ſac. ſanct. eccle. ex quo tex. iuncta. l. 1. ff. de milita. teſtamen. omnes docto. concludunt in. d. authēti. ſi qua mulier præſertim Bart. colum. 4. verſicu. aut fit teſtamētum, quòd ingrediens monaſterium poſſe ad libitum diſponere de ſuis bonis, etiam citra legis ſolemnitatem & latiſsime idem firmat Deci. in dicto capitulo. in præſentia. de probat columna. 31. verſi. extra glo. de probat. & ibi etiam notanter Auguſti. Vero. nu. 155. ad quod facit bonus tex. in d. authēti. ſiqua mulier. C. de ſac. ſanct. eccle. et in cap. ſiqua mulier 19. quæſt. fi. et in cap. quia ingredientibus ead. cau. et quæſt. et in. l. 17. titul. 1. parti. 6. cum alijs.

6.

VERVM et ſufficeret, vt. d. Leonor et dictum monaſterium teneantur obſeruare prædictam renuntiationem exquo iure iurando fuit confirmata, quod quidem iuramentum † tollit enormem atque etiam enormiſsimam 7.
læſionem, ex tex. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. venditio. et illic communiter doctores præſertim Iaſo. nume. 43. cum ſequentib. vbi plures alios idem tenentes citat, et idem ad notant moderni in repeti. d. ca. quānuis pactum. de pact. lib. 6. et doctores etiam maxime Areti. in. l. qui ſuperſtitis col. 6. verſi. adde etiā. ff. de adquiren. hæredita. et præter alios idem notanter conſuluit Alex. in cō. 42. ſuper præmiſſo. colum. penu. libro. 1. vbi affirmat hanc eſſe cōmunē opinionē. idem et conſuluit Soci. Iuni. in conſi. 67. 1. præſentis num. 22. libro. 2. et Card. Paul. Pari. in conſi. 96. in præſenti cauſa. nu. 66. libro. 1. et hanc opinionem tenent plures

res alij doctores quos in hoc primo libro citauimus in conſi.3. num.20. verſi.quim & plerique tenuerunt. quæ ſententia maxime ex eo procedit in legitima patris viuentis,quia non erat dicte Leonori queſita,ſed quereda,& poterat ipſa prius obire quàm eius pater, & ſimiliter eius pater viuens potuiſſet bona ſua conſumere, & de eis ad libitum diſponere:quo in caſu ferè omnes tenétes tex.in d.autéti.ſacraméta puberũ.non procedere extáte enormiſsima leſione, concludũt id nõ procedere in renuntiatione legitimæ patris viuentis etiam data enormiſsima leſione:ſed quòd in eo caſu locum habebit diſpoſitio tex.in.d.autenti. ſacraméta puberũ vt in ꝓpijs terminis cõſiderat Pau. Caſtren.in cõſi.174.cõtra ſuperius cõſulta.col.2.nu.3.verſi.nec.obſtat c.quãuis li.1.& idé late proſequitur Ioa. Anto.Rube. in conſi.12.viſis & diligenter.nu.7 &.12.& idé etiã cõſuluit Card.Paul.Pariſi.in cõſi. 26.pactum iſtud nu.81. cũ ſequentib.lib.3. & Aym.Craue.in conſi. 114.Ioanna filia. nu.13.cum ſequentib.& Carol. Moline.in conſi.55.viſo & conſiderato nu.7.&.8.lib.1 quibus conueniunt tradita.per Soci.iuni. in conſi. 50. viſo elegantiſsimo nu.3. cum plurib.ſequentib.lib.2.

NEC reſcindenda eſt.predicta renũciatio ratione metus, ſi quidé preter hoc
8. quòd ſine metu facta † præſumédum eſt argumento.l. meritò cum ſua materia.ff. proſot. & in expreſo ita tenet Inocen. in cap.cauſam matrimonij colum. 1. verſic. ſed hac ratione. de offi. de leg. & Bald. in conſi.62.facta ſuper quibus num.1.lib.1 & idem tenet idem Bald. in.l. interpoſitas. col.1.ver.item nota.C. de tranſact.& late idem conſuluit Deci. in conſi.489.in caſu ocurrenti.nu.6.& Ioa. Baptiſta Plot.in repeti.l. ſi quando .C. vnde vi. in tractatu qué fecit ſuper illã.l. de in lité iurãdo.§.3. nu. 13. cũ alijs de quibus Aym. Craue. & ſi in alia materia loquatur in cõſi.293.ardua admodũ col. pen.infi.& in cõ. 115. nobilis Gulielmus. nu. 13. & hoc ſatis ꝓbatur in.l. quotiés. §.qui dolo.ff.de probat. & in.l.27 tit.1.part.6.in verbis Si le fuere probado Et ita nullus metus probatus eſt.
qui probari debet in ſpetie factus † ratio 9.
ne prædicte renunciationis: non qué ob aliam cauſam ſufficiet probari. ex tex. in l.interpoſitas. C.de tranſact. quem ibi ad hoc Bald ad notat col.1. ver.vnde non ſufcit,& idem tenet Mathe. de Aflict. in deciſio.246.quidam maritus.nu.3. & Iaſo in conſi.72.in cauſa nu.1. ver.præterea vt pulchre.lib.1. & late idé conſuluit Aym.Craue.in d.cõ.293.nu. 12.ver.quinto cõſidero poſt.medium & Ioa. de Neuiza.in cõ.47 credebam plané. nu.4. &.5. & preter eos idem prius tenuit Inocen.qui notabiliter in hoc propoſito loquitur in. c. cúm locũ deſponſalib. col.1, ver. vel cóactio.et idé Inocen.in.c.accedens de conuerſio. coniugato. et Inocen. refert et ſequitur Pet. Rebuf.in.2. thomo conſtitutionum gallica.in tractatu de reciſione cõtractus glo. 22.nu.4. licet ibi nu.5. dicat quód prædicta doctrina et ſi ſit ſubtilis et pulchra nõ ſeruetur in regno Frantiæ et in hoc refert etiam et ſequitur Pet. de Auenda. in ſuo dictionario in verb.fuerça co.fi.verſi ſemper tamen quorum opinio confirmantur ex notabili doctrina Cardi. in clemen.ſi furioſus de homicid.col.2. verſi. ſecundo quero vbi notanter dicit, quòd licet probetur quem habere dilucida interuala. et non ſemper eſſe furioſum , quòd niſi ſpetialiter probetur quòd tempore contractus erat ſanæ mentis, quòd non valet talis conctratus ad quod ibi refert plura in propoſito videnda. et idem tenet Ancharra.in conſi.5.pro parte nobilis colũ.2. verſi. et ſi dicatur. cũ ſequentib.et eos refert et ſequitur Iaſo in conſi. 178. in cauſa matrimoniali. nu.1.verſi.nec obſtat.et in
verſi. 4. facit lib. 2. qui metus † conſtare 10.
neceſsũ eſt cõpertiſsimis probationibus non què ambiguis ex tex. in.l.fi.C.de probationib. cum alijs et facit ad idé tex. in dicta.l.27.tit.1. part. 6.et dicit Marti. Rauault. in ſuo tractatu nuncupato ſpeculũ iudicum nu.8. cõſtitutus in.2. volumi.tractatuum diuerſorũ doctorũ charta mihi 302.

302. col. 3. allegando Bart. in loco de quo ibi meminit, quòd metus luce clarius ꝓbari debet. cuius dictum precipue in caſu noſtro obtinet, ex quo predicta renunciatio fuit iurata: quo in caſu maior probatio metus requiritur, quam ſi in ea iuramentum non interueniſſet. vt eſt ſingularis doctrina Abb. in c. cum dilectus col. penul. verſi. ſed contra hoc oppono. quod met. cau. quē refert & ſequitur Curt. iuni. in d. l. interpoſitas. C. de tranſact. num. 9. quæ & eo adiuuantur ex his quæ diximus in hoc primo thomo. conſi. 3. nu. 57. verſi. nec ratione metus per totum cum ſequētib. & infra dicemus in hoc conſi. 5. nu. 11.

11 NEC reuerentialis metus † ſufficit. vt eſt doctorum communis ſententia in l. 1. §. quæ honorande. ff. quar. rer. act. non detur & tradunt late Feli. & docto. in d. c. cauſam matrimonij. nu. 3. per totum de offi. de leg. ad quod eſt optimus tex. in c. cum inter de elect. cum alijs quæ paſſim per doctores traduntur.

QVIM & ipſe metus reuerentialis ad iunctus enormiſſimæ leſioni, iuſtum non infert metum vt eleganter conſuluit Alex. in conſi. 83. viſo proceſſu. col. 2 nu. 8. & 9. lib. 6. cum alijs de quibus. Aym. Craue. in d. conſi. 114. Ioanna filia. nu. 1. cum ſequentib. poſt. Iaſo. in conſi. 3. circa primū num. 6. verſi. iſtis non obſtantibus. cum ſequentibus lib. 1. & hæc eſt communis opinio ſecundum Curt. iunio. in conſi. 77. licet in preſenti. num. 154. lib. 1. eandem etiam dicit cōmunem ſententiam Card. Paul. Pariſi. in dicto conſili. 26. pactum iſtud nu. 67. lib. 3. & Roderic. Suarez in allegatione. 24. vtrum reuerentia patris co. 4. verſi. alij. fuerunt in opinione. & ſic tenendum eſt quidquid in contrarium voluerint Paul. Caſtren. & alij in d. l. interpoſitas. & per moder. in d. c. cauſam matrimonij. & in c. 1. de offi. de legat.

NEC quilibet metus eſt ſufficiens, ſed mortis crutiatusve corporis, ſeu ſimilis neceſſe eſt vt probatur in d. l. interpoſitas. C. de tranſact. & ibi notat Bald. & cōmuniter alij. col. 1. verſi vnde non ſuficit ad quod eſt optimus tex. in ca. verum de iur. iuran. & in c. cum dilectus. vbi eſt bona glo. in verb. mortis. quod met. cau. & tex. in l. metum in princip. ff. eod. tit. & in l. continet. ff. eod. tit. & in l. metū. C. eod. tit. & illic doctores. & de iure regio eſt ad idem tex in. l. 7. verſi. otro ſi. tit. 33. parti. 7. & in. l. 56. in princip. titul. 5. partit. 5. & ibi Greg. lup. ad idem eſt optimus tex. in. l. 15. tit. 2. parti. 4. & tex. in. l. fi. in finalib. verbis tit. 4. parti. 5. quæ expreſsè declarat, qualis metus ſufficiens ſit quod maximè procedit, cum dicta renunciatio fuerit iurata: in quo caſu maior exigitur probatio metus. vt in hoc met conſilio dictum eſt num. 10. & id conſtat ex. tex. in. d. ca. cum dilectus de his queui met. cau. fi. & illic Abb. col. penul. & eſt ad idem bonus tex. in c. ad aures eod. titu. & ibi ad notat Ancharra. in fine cum alijs de quibus Curt. iuni. in dicta l. interpoſitas. C. de tranſact. num. 9.

EX quibus euidenter conſtat de iure dicti Antonij Beltram & eius filiorum & in eorum fauorem eſſe pronunciandum & ita demum pronunciatum eſt per regios auditores regie chancellarie huius Pintiani oppidi. Marcus Salon de Pace Doctor legum Burgen. nuncupatus. Et quid autem in renunciatione monialis ſit hodie neceſſarium vt teneat. videre debes Sacrum concilum Tridentinum ſub Pio quarto in. 25. ſeſsione. in tit. de regularibus & monialibus. c. 16.

# Summarium ſuper Sexto conſilio.

1. MAtrimonium non probatur per depoſitiones matris & ſororis pretendentis matrimonium.
2. Matrimoniũ probari debet per teſtes omni exceptione maiores.
3. Falſitatis ſuſpitio ſufficit, vt nulla fides detur inſtrumento.
4. Matrimonium ſicut non poteſt contrahere conſtitutus in extremis, cum eſt furioſus ita & eodẽ modo habẽs eius mandatum ad id ſpetiale, non poteſt cõtrahere tempore quo mandans eſt furioſus cum pluribus ſequentibus.
5. Mandatum ſicut morte mãdantis reuocatur, ita & reuocatur ſuperueniẽte furore mandantis, & ibi late tractatur, quando reualidetur tale mandatum.
6. Voluntas non ſufficit quòd de ea conſtet, niſi adſit tempore quo actus fit.
7. Matrimonium preſumitur cõtractũ tempore furoris, & cõtrarium dicẽti incumbit onus probandi.
8. Procurator conſtitutus ad contrahendum matrimonium, non poteſt illud contrahere, poſt reuocationem talis mandati, & ſi ad eius noticiam reuocatio talis non perueniat, & inibi late tractatur materia tex. in c. fi. de procurato. lib. 6.
9. Matrimonium contrahi prohibetur cũ muliere, cũ qua alter frater prius copullam habuit: taliter quòd dicitur ex inde ortum fuiſſe impedimentum dirimens matrimonium contrahedũ.
10. Filius non efficitur legitimus per ſubſequens matrimonium, quando nõ eſt habitus ex cõcubina in domo retenta.
11. Filius non legitimatur per ſubſequẽs matrimonium contractum in vltimo vite exitu, ad excluſionem ſubſtitutorum vbi late de eius ratione. & de materia tex. in c. tanta eſt vis, qui fil. ſint legiti. cum ſequentib.
12. Filius nõ legitimatur per ſubſequens matrimonium quando vnus ex parentibus natus erat ex nobili proſapia, alter vero erat ignobilis.
13. Filius non legitimatur per ſubſequẽs matrimonium, in preiuditium alterius filij legitimi primogeniti, cui pertinent bona maioricatus, & ibi etiã late tractatur, an legitimatio retro trahatur.

# Sextum Conſilium

DIVINO petito auxilio, quia latiſsimè Domini aduocati ſcripſerunt in fauorē donni Petri de Arellano: aduerſus donnam Cōſtantiam de Arellano, ideo breuiter fundabitur ſententiam eſſe ferendam pro dicto donno Petro de Arellano.

PRIMO, quia dicta donna Cōſtātia non eſt filia legitima et naturalis, ſi quidem Maria de Ciſneros eius mater non contraxerit matrimonium cum dōno Ioanne Ramirez de Arellano vt ſingulariter fundatum eſt per dictos dominos aduocatos quod etiam notorie conſtat,
1. quia de ipſo matrimonio tantum † mater et ſoror dictæ Mariæ deponunt, quæ ideo non probant: ſiquidem nobilitate diuitijs quæ & alijs dictus donnus Ioānes dictā Mariam precedat. vt in c.ſuper eo in.2.vbi.bona glo.in verb. ſuper eo.de teſtib. cuius tex. menores ſunt doctores in locis ſtatim citandis. Immo ex quo ipſe donnus Ioannes dictam Mariam carnaliter cognouiſſe aduerſarij deponunt, hoc ſatis eſt, vt prædictæ mulieres teſtes eſſe non poſint: cùm præmaxima iniuria affici dicantur,(vt de ſe apparet) et conſtat ex tex.in.l.1.2 et. 3.ff.de liberali cau.& in.l lex. Cornelia.§.illud. ff. de iniur. tradit. Bart.in.l. vt vin.co. pe.verſi. quærit glo.ff. de iuſti. & iur.& ſi eſſent teſtes in propria cauſa: quod dici non debet ex iuribus no notiſimis ita in proprijs terminis notabiliter conſuluit Deci.in conſi.310.viſis diligenter numero. 1. columna prima per totam & idem Deci. in cō.133.viſo proceſſu col. 2. verſi. tertio conſiderandū eſt et Barb.in conſi.53. illud afferā in mediū co. 13.verſi.& ſi quiſpiam opponit.li.1. & Cardi.Paul.Pariſi. in cōſi. 55. attingā nu.35. cū ſequētib.& præcedentib.lib.4.quibus accedant tradita per Alex. in conſi.150. in cauſa & lite co.4.verſi.capio nunc ſecundum teſtam.cum duobus verſicul.ſequētib.lib.5.& quæ Soci. conſuluit in cōſi.17. ſupradicta col.3.nu.10.verſi. præterea ex alio lib.1. quod & obtinet ſecundū eos,&
ſi cōplures concurrant teſtes,quia dicunt 2.
quòd in cauſa matrimoniali teſtes requiruntur quòd ſint † omni exceptione maiores ex tex.notabili in ca.1.& ibi glo. in verb.maio.de cōſangui.& affinita.& ſatis probatur in d.c.ſuper eo.de teſtib.cū alijs de quibus ſingulariter Paul.Pariſi.in dict. cōſi.55.nu.19.lib.4.& in conſi.51.cōſiderato nu.53.& 54.eodem lib.4.poſt late traditis per Barba.in d.conſi.53.col.3. verſi. tertio præmito cum plurib.ſequētib.lib.1.& in cōſi.45.ſcribitur belliſsime.col.2.verſi. capio primū cū pluribus ſequentib.lib.1.

VERVM nec ipſum matrimoniū probatur ex eo quòd dicta dōnaCōſtātia ait,quòd Franciſcus Martinez dicti donni Ioannis mandato tempore mortis dicti dōni Ioānis, cum ea pro dicto donno Ioanne matrimonium contraxit.

Tum quia, vt dicti domini aduocati pleriſquè modis probāt. ipſum mandatū
falſum eſt, ad quam falſitatem proban- 3.
dam ſufficit † ſuſpitio falſitatis:maximè ad hoc vt tale inſtrumentum non probet, nec ei aliqua fides detur, preſertim cum ciuiliter agatur ex tex. notabili in. l. iubemus. C. de probationibus qui paſſim à doctoribus ad hoc notatur,præſertim à Dominic.de ſancto Gemia in c. in memoriā.19.diſti. col.fi. ver.1. quia ſuſpitio.& Hoſtien.in ſua ſūma in tit de crimine falſi.§. qualis probatio. nu.6.verſic. verum in quæſtione falſi. & Bald.in .l. veritas. columna.1. verſicul. nota in verbo defuerit.C.de fideicomi.& idem Bald.in conſi.444.ad euidentiam.nu.3.lib.1 & Alberi.in.l.ſcripture.col.1 verſi.item quærit & in verſicul. de quo miror.C. de fide inſtrumen. vbi notanter dicit,quod priuilegio habenti ſuſpitionem de falſo,non eſt ſtandū & illius tex.ad hoc etiam meminit Alex.in conſi.77 in cauſa accuſationis col. penul. verſi. ſextum inditium & in verſi.

verſi. corroborantur prædicta libr.1.& ſingulariter Deci. in capitul. porrecta colū. 2. verſic. tertio illud de confirma. vtil. vel inutil.& Aym. Craue. in conſili.28. aſſertum teſtamentum.num.9. & in conſi.134 ſcripſi num.26.& Anto. Nata.in conſi.313. num.14.lib.2.poſt.Gometi.in tractatu de brebibus numer. 5. & Franciſ. de Rip. in cap.2. de reſcript.nu.35. & 36. & alibi ſepe traditur quorum opinio ſatis probatur in d.c. porrecta & eſt ad hoc bonus tex.in.l. 111.tit.18.part.3 & in.l.44.eodē tit.& part.

Tum etiam, quia teſtamentū in quo datur dictum mandatum non eſt ſolemne. vt ex pluribus ſuadent dicti donni in conſulentes.

Tum quia, tempore quo dictum matrimonium dicitur contractum præ textu dicti mandati, dictus donnus Ioannes non erat ſanemētis, vt eſt probatum: ſed erat ſemi mortuus. in extremis què conſtitutus. Vnde cum tempore illo dictus donnus Ioannes principalis non poterat cōtrahere matrimonium cum prædicta Maria quia non habebat conſenſum & erat mente captus vt in c. dilectus de ſponſalib.& in c. neque furioſus.32. q.7. & tex. in.l.6.in princip.& in fine.tit.2.parti.4. & facit tex.in.l.nec codicillos.C.de codicil. & in.l.ſi ei qui.§.furioſus ff.de iur.codicil. & in.l.furioſi.ff. de regul.iur.cum alijs de quib. Alex.in.conſi.54.ad quęſitum col.2. lib.1. eadem ratione dicimus, quòd eius
4. procurator nullo modo † eius nomine matrimonium contrahere potuit cū dicta Maria: ſi quidem non poſsit plus mandatarius quàm mandans.ex.tex.in.l.ſi hominem. ff. manda &.in.l. aliud. eſt vendere. §. abſurdum. ff. de regul.iur. & in .l. in omnibus offitijs. §. non debeo ff. eod. tit.& in.l. debitor. in fine.ff.de pigno. act. & ex regul. nemo plus iuris. ff. de reg.iur. cū alijs.Item & quia, iure dotoris reſoluto, aceptoris diruitur ius.l. lex vectigali. ff.de pignorib.cū ſuis vulgatis.que & ſuadetur ex tex.notabili.in.l. qui ſeruum. ff. de adqui. heredita. vbi probatur ibidem què Bart.colū.1. verſi.nota ſicut morte. & Paul.Caſtrē.co.1.in princip.& in verſi vlt. nota & Imol. col.1. verſi. nota quód ſicut & in verſi hic autē ad hoc illum tex pōderant & notāt. quod ſicut mādatū † morte reuocatur, eodē modo reuocatur inter 5.
ueniēte furore domini: ſeu ſi mente captus efficiatur & inibi etiam Areti.col.1.& 2.verſi primo nota & in verſi.aliquando mādatum.dicit quòd ad hoc vt extinguatur mandatum, nō eſt neceſſe reuocationem expreſſam in eſſe, ſed ſatis eſſe, priorem voluntatem extingui, vt quia mandans eſt iuditio pribatus & ibi etiam idē Areti. dicit aliud ſingulare in noſtro propoſito referendo Bald.et modernos inibi quod etiam ſi talis furioſus ad ſanam mētem redeat, quod etiam tunc non reconualidatur mandatum niſi per nouam voluntatem ſuperuenientem ita notabiliter tenet ibi Areti. colum. 1. verſi. tertio nota quod ibi tenet per tex. ibi et per tex. in.l. qui ex liberis §. teſtamento.ff.de bono.poſſe.ſecūd. tabul. et preter eum facit ad idem bonus tex. in ca ſicut in primo. et ibi notat Anto.de But.per totum de regularib. quibus accedant notabiliter tradita per dominum Didac. Couarru. ſuper quarto libro decretalium.cap.4.et .2. partis.num.11 et 12. charta mihi.42.col.1. Vndè confeſtim ſequitur aliud ſingulare quod in propoſito aduertit Paul. Caſtrē. conſiderat in .d.l. qui ſeruum col.1. verſic. vltimo.nota.non ſufficere de volū tate cōſtare niſi talis † voluntas ad ſit tempore 6.
quo actus fit. et vt ibi notat, eſt inibi argumētum, quod ſi quis ad ſuā rē vendendā, nuntium conſtituat, et antequàm nūtius ad emptorē perueniat, dominus furioſus fiat, quód eius mandato ipſa venditio celebrari non poteſt: ſi quidem eius non durauerit voluntas, tempore actum conficiendi.citat què ad hoc glo.in.l.1.C.de cōtrahen.empt quibus etiam congruit que Bald.tradit in.l.1.co.pen.verſi pone quòd procurator.C.de ſenten. et int.locu. omni. iudi. et textus notabilis in.l. ſi quis alicui. ff. de adquiren.heredita. et tex in.l. fi.§.1.C.de adminiſtra.tuto. quibus et accedāt

cedant ſingulariter tradita per Iaſo. in.l. patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie iur nu. 5. vbi expluribus concludit, quód
7. matrimonium † præſumitur contractũ tempore furoris ad hoc vt matrimoniũ pro nullo declaretur: & dicit etiam ibi quód contrarium dicenti incũbit onus probãdi.et ait quód hec eſt veritas & cõmunis opinio. ad quod facit tex. in.d.l.6. in fine tit 2.parti.4.

CONFIRMANTVR omnia ſupra dicta ex tex.notabili in.c. fi.ver. ſane de ꝓcuratorib. lib. 6. vbi diſponitur
8. procuratorẽ † conſtitutum ad matrimonium contrahendum,nõ poſſe matrimonium contrahere poſt mandatum reuocatum & ſi reuocatio ipſa ad notitiã procuratoris non perueniat.cuius ratio eſt vt ex eodẽ tex.conſtat in his verb. Cum illius conſenſus defecerit, ſine quo firmitatẽ habere ne quiuit Ita què ille tex. clariſsimè probat, quód tẽpore quo procurator matrimoniũ contraxerit,mãdãs habeat facultatem illud matrimoniũ cõtrahendi quẽ tex.in dicto verſi.ſane inibi Dominic.col.1.verſi. & nota bene tex. ad hoc perpedit, quód nõ exigitur,quód mãdati reuocatio perueniat in notitiã procuraroris, cum tempore actus á procurator geſti,domini verus conſenſus pro forma exigatur quod etiã inibi Philip. Frãc. aduertit.col.2.verſi.in glo.in verb. contraxerit. & in verſi. in glo. in verb. reuocatus & illum tex. dicit ſingularem Feli. in rub. ꝺ ſpõſalib.nu.6.verſi.ſeptimo.geſta & idẽ Feli.in .c. ex parte decani nu. 10. de reſcrip.& Couarru.c.4.2.partis.lib.4.decretalium.nu.9. His & accedat Paul.Caſtrẽ. ſententia in.l.fi. col.1. verſi. itẽ matrimonio.C.ſi quis alte.vel ſibi. vbi tenet, quód ſi alterius nomine eius quẽ mandato à ꝓcuratore matrimoniũ contrahatur. quód tale matrimonium non perficitur expro curatoris cõſenſu. ſed domini. quód etiã confirmantur,quia iuris eſt, quód matrimoniũ habet vires à conſenſu: ideſt contrahentium ſimul ſenſu .c.tua nos.c. cum locum deſponſalib.l. nuptias. ff. de regul. iur.c.ſufficiat.c.omnis res.27.q.2.c.expublico.vbi glo.in verb.conſumatum.de cõuerſio.coniuga. & eſt ad idem tex.in.l. 4. in princip tit 1. part.4.& ob id conſenſus ipſe ſimultaneus eſſe debet:et ſi ex interualo preſtatur, probari neceſsũ eſt, quód primo conſentiens in eodem ſteterit cõſenſu. vt traditur in ꝑdictis locis. et vtrobique Ioa.And. ſunt et alie concordantie de quibus Card.Paul. Pariſi. in cõſi.55.attingam. nu. 14. cum ſequentib.lib. 4. vbi ſingulariter loquitur et balde notãter,plures deciſiones canonum et doctorum referẽdo, videndas in hoc noſtro propoſito et per Ioa. de Neuiza. in conſi. 46.pro iſta puella.nu.34.et .35. et facit tex.in.c.licet deſpõſa duo. Quæ et cõfirmantur ex traditis per Hoſtien.in ſua ſumma.tit.de ſpõſalib.§.qualiter cõtrahãtur co.2.verſi. vbi vero et in verſi.et contra puella.(poſt doctores in.d.c.fi.de procurato.lib.6.)vbi notanter dicit quód verba illa que procurator pro alio matrimoniũ cõtrahẽs ſubiungere debet,debẽt eſſe huiuſmodi,nẽpe,talis dominus te ſalutat, mandat quẽ tibi, quód ipſe me intercedẽte et tibi nũciãte,te in ſuã accipit, et inte ꝓ vt in vxorẽ cõſentit. et idẽ late ponit dominus Didac.Couarru. ſuper 4. lib.decreta.in.cap. 4.2.partis num.8.cum ſequen.ita que hic doctores tenent procuratorem tempore contractus matrimonij dicturum dominum ſuum illi matrimonio aſſentire. quod quidem mente captus facere non poteſt.quibus etiam accedat quod Bonifati.tenet in clement.1.col.6.nu.70.vt lit. penden.dicens quód in caſu dicti.c. fi. de procuratorib.li.6.vbi probatur,matrimonium poſſe per procuratorem contrahi, quód tunc ipſe procurator nudum prebet miniſteriũ: quia verba omnia in perſonam domini ſui concipit, et vt pica ad organum habetur, eſt quẽ vox domini mitẽtis ipſum.et idẽ quod Bonifat.tenet Dominic.in d.capitul.fi. de procura.lib.6 in princip. col.1. verſi. glo. ſecunda.et idẽ ante eos tenuit Specul.in titul. de procuratore.§. vt autem.colum 3. verſi. et nota quód

quòd large. quę quidē verba ſi dominus fuerit mente captus, ſeu furioſus, locum quidem non habent. His & conſonat optimus tex. in l. vnica. §. ne autem. verſi. ſin vero talis. in verbis. Vxorem ducere. C de caduc. tollēd. quem Bald. inibi ad hoc notat. col. 4. verſi. de inde nota. quòd ſubſtantia matrimonij contracti à procuratore, fundatur in domini perſona, non vero in procuratoris perſona: & ſi procuratoris fiat loquella. cui ſententiæ & Corne. inibi conſentit. prope finem. in verſi. ibi vxorem ducere. nu. 9. & ſatis clare idē conſtat ex Bart. in. l. qui bona fide. §. ſi alieno. col. 2. verſi. ſed quid ſi iurat ff. de damno in fect. & ita non poteſt fieri fundamētum in perſona domini dementis.

QVO ad aliud dubium à dominis conſulentibus iure munitum, dicimus, quòd & ſi prædicta non obtinerent, vt obtinent: quòd tamen ex dicto matrimonio à dicto procuratore celebrato, nō eſt efecta legitima dicta dōna Conſtātia ad ſuccedendum in bonis maioricatus, ſuper quibus hec lis verſatur. & hoc ex ſequentibus.

PRIMO, quia, vt latè fundatum eſt per conſulentes, dicta Maria de Ciſneros fuit prius carnaliter cognita (antequàm à dicto dōno Ioanne de Arellano) ab alio eius fratre. vnde impedimentum
9. ortum † fuit dictum matrimonium dirimens vt in. c. non debet. de conſagui. & affinita. & eſt tex. in. l. 2. Parenteſco. tit. 2. parti. 4. & in. l. 5. titul. 6. parti. 4. cum alijs. Et vt ex matrimonio ſubſequito proles legitimetur, matrimonium firmum eſſe debet & legitimum. ex tex. in. c. tanta eſt vis. qui fil. ſint legiti. & in. §. fi. inſtitu. de nupt. & in. l. cum quis. in princip. & in. l. nuper. C. de naturalib. libe. & eſt ad idem optimus tex. 6. parti. titul. 13. l. 8. &. 4. parti. titul. 15 l. 2. ſunt & aliæ concordantiæ de quibus Soci. iuni. in conſi. 31. thema predicto. nu. 43. lib. 2. & Anto. Gome. in. l. 9. tauri. nu. 56. quibus accedant tradita per Ioa. Pala. Rubi. in repe. c. per veſtras. de donat int. vir. & vxo. §. 7. nu. 4. & 5. ver. facit etiā.

SECVNDO prædicta coſtāt ex alio, quia nec ex ſequenti matrimonio filius efficitur legitimus, quando filius non 10.
eſt habitus † ex concubina in domo retenta. vt in. c. per tuas. de probat. & ibi Ancharra. nu. 1. & 2. refert Oldrad. conſuluiſſe, talem filium non legitimari per ſubſequens matrimonium. et huic ſententiæ accedit Bart. in. l. cōcubinam. in princip. ff. de concubi. et Bald. in conſi. 206. caſus talis. nu. 1. et. 6. lib. 3. et Curt. iuni. in conſi. 136. quidam vaſallus. col. 3. nu. 9. et Anto. Roſel in ſuo tractatu. de legitimatione. in rubri. de cauſa materiali legitimationis. nu. 4. 5. et. 45. conſtitutus in 6. volumine tractatuum diuerſorum docto. char. mihi. 265. col. 1. et alibi ſæpe traditur. et quando dicta donna Conſtantia fuit concepta, vt probatū eſt, dictus donnus Ioannes non habebat in domo ſua in concubinam prædictam Mariam de Ciſneros.

TERTIO dicta donna Conſtantia non potuit legitimari ex dicto matrimonio, ad ſucceſionem dicti maioricatus, quia non poteſt quis legitimari † ex 11
matrimonio contractu in vltimo vitæ ſpiritu, ad excluſionem ſubſtituti. nec tunc obtinet legitimatio ipſa aduerſus talem ſubſtitutum: cum tale matrimonium dicatur cōtractum in fraudem ſubſtituti. ex tex. in d. c. tanta eſt ius. et in proprijs terminis ita dicit Angel. in dicta. l. nuper. col. 1. verſi. tu vero dicas. C. de naturalib. libe. vbi etiam eſt ad hoc bonus tex. in verbis. Spe tollende ſobolis. Idē et tenet ipſe Angel. in. l. ſed et queſitum. col. 1. ver. et per hoc dici poteſt. ff. de libe. et poſthu. et Anto. Roſel. in. d. tractatu de legitimatione. in dicta rub. de cauſa materiali legitimationis. nu. 41. in fine. et idem ſingulariter tenet Barba. in. ca. in præſentia. de probat. col. 24. verſi. item inquantum iſte tex. per totum. vbi ad hoc allegat tex. notabilem in. l. filie meæ emancipate et egre. ff. ſolut. matri. et ibi ait etiā Barba. ſe conſuluiſſe infinitis vicibus ſecundum illam doctrinam Angel. in. d. l. nuper. et idem tenet et idem Barba. in

conſi.68 circa hãc dubitationem.col. pe-
nul.verſi.præterea adduco elegans & pe-
regrinum dictum Ang.lib.2.& Præpoſit.
in d.c.tanta col 5.in.2.q.in fine. & ſingula
riter Deci.in conſi.399.cõcluſionem ple-
nè col. fi. nu 9. in fine. & Carol. Ruin. in
conſi.211 prima.nu.7.cum ſequentib.lib.1
vbi plura notabilia refert in noſtro propo
ſito.& late etiam idẽ fundat & tenet An-
to.Gome in.d.l.9.tau.nu.58.& Greg.Lup.
in.l.1. Legitimo fijo. titul.13. De los fijos
legitimos.parti.4.in verb.ſe caſa con ella
col.1.poſt medium.& alibi ſepe doctores
tradunt. dolus enim vnius alteri nocere
non debet.l.et eleganter. §.1.ff. de dol. cũ
alijs de quibus Bart.in.l.fi.col.2.verſi. ſecũ
do habes.ff.ſi quis aliq.teſta prohibue. Et
cùm in fraudem ſubſtituti matrimoniũ
ſit contractum, de ea què conſtet, nullus
dubitat de prædicta ſententia. & tantùm
doctores contendunt, an ipſa fraus cõſtet
ex ipſo matrimonio contracto, tempore
mortis:nec ne. Et licet Iaſo. in.d.l. ſed &
queſitum.nu.11.& Alex.in.l. ſiquis poſthu
mos.in princip.col 2. verſi. poſſet tamen
limitatio.ff.de libe.& poſthu.& Ioa.Fran.
de Rip.in.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.in.2
ff.ad trebel.nu.48. & Anto. Gom. in.d.l.9
tauri.nu.59.negatiuam partem ſectentur
tamen contraria ſententia verior eſt, &
ipſam comperiri fraudem ex matrimo-
nio mortis tempore cõtracto: preſertim
cum tunc non ſubſit ſpes ſobolis procreã
de. & hec eſt magis communis doctorũ
ſententia.quam tenent Angel. in.d.l. nu-
per. & idẽ Angel. in.d.l. ſed & queſitum.
& Prepoſit.in.d.c.tanta.& Deci.& Carol.
Ruin. in prædictis locis.poſt Barba.vbi ſu
pra.& idem tenet Bald. in.d.c. in preſen-
tia. col.7. verſi. quid ſiquis ingreditur. &
idem Bald.in autẽti.niſi rogati.col.fi.ver.
queroquid ſi rogatus.C.ad trebel.& ibi Al
beric.col.fi.verſi. item querit glo. & Spe-
cul.in titul.de ſtatu monachorum. col.fi.
ad finem.verſi.porro ſi in morte.& ſingu-
lariter idem tenet Ant. de But.in.c. ſicut
nouis.in primo. per totum. de regularib.
quam ſententiam optime probat tex. in
c.2.de renuncia.lib.6.in verbis. Dum
modo de premiſſa fraude appareat ſalte
per aliquas probabiles cõiecturas, vt quia
dicte renunciationis tempore, is qui pre-
uendam, vel dignitatem pinguiorem ha
bebat, infirmitate grauidet inebatur.
Et facit ad idem tex in.l omnes.§.lutius.
ff.de his que in fraud.credito. & in.l. poſt
contractum.ff.de donationib.et in.l.data
opera.C.qui accuſa.non po.& in.l.3.tit.10
parti.7.& in.l.2. titul.4. parti.5. cum alijs
ſuis vulgatis.

ET vltra ſupra dicta conſiderandum
eſt in hac ſpetie; dictum donnum Ioan-
nem deſcendere ex illuſtri proſapia † at 12.
dicta Maria de Ciſneros deſcendit ex ig
nobili genere, & ex parentibus obſcuris
generis: quo in caſu filij non legitimãtur
per ſubſequens matrimonium.ex tex.no
tabili in autenti.quibus mod.natural.effi.
legiti.§.ſiquis vero.verſi.ſit igitur licẽtia.
& ibi eſt glo. ſingularis in verb permiti-
mus. col.a 6. & inibi etiã in expreſſo no-
tat Angel in.§. ſed et aliud. col.1. verſi. in
textu ibi neque dignam.vbi citat Bart.et
Franciſc.de Piſis.et Angel.Amel. et Vgo
Pello. quibus ad ſtipulatur Prepoſi. in. c.
per venerabilem.§. quod autẽ. qui fil. ſint
legiti.col.7. verſi. ſecundus modus eſt. et
melius idem Prepoſi.in.d. c. tanta eſt vis
eod. titul. col. ante penul. verſi. aduerte
quòd ad hoc.eſt bonus tex.et ibi Bal.in au
tenti.ſiquis.col.1.ver.in tex.ibi poterat.C.
de naturalib lib.et Bart.in.d.l. in concubi
natu.col.1.ver.nota ex eo et clarius idem
Bart.in.l.concubinam.in finalib.verbis.ff.
de concubi.cuius meminit Bald.illi con-
ſentiens in dicto cõſi.206.nu.6. ver. quid
dicemus.et in ver. et ſi legitimantur li.1.
et idem Bald in.c.illud.col fi.ver.item no
ta vnum mirabile. de preſumpt. et Bar-
thol.Cepol.in cautela 304. incipien. de-
bes ſcire. et ſingulariter idem conſuluit
Curt.iuni.in.d.conſi.136.quidam vaſallus.
col.4.nu.9.10 et.11. et inſigne Soci. iuni.
in conſi.52. meminime fuiſſe. nu.2. lib.1.
vbi et ait, quòd hec eſt cõmunis opinio,
et quòd cum in ſpetie non habeat contra
dito

ditorem, ab ea nephas eſſet recedere in iudicando,& hanc ſententiam notanter proſequitur Hiſpanus noſter Ioa. Lup. à Pala.Rub.in repeti.c.per veſtras.de dona int.vir.& vxo.§.7. col.2. &.3. nu.4. & melius nume.8. per totum. quibus accedant tradita per Luc. de Pen. in.l. ſi cohartalis. col.2.verſi.circa primum.& in verſi.item ſcias.C.de cohartalib.lib.12. vbi & dicit, quòd concubinatus proprie eſt circa perſonas impares, puta virum magne,mulierem vero inferioris conditionis & ad ſupradicta eſt optimus tex. in.l. fi. citul. 14. parti.4.in qua lege prædictæ concluſioni videtur ratio aſsignari in hunc modum. ibi Ca non ſeria guiſada coſa, que la ſangre delos nobles,fueſſe embargada,ni ayuntada a tan viles mugeres. Et facit tex.notabilis in.l.ſuper.C de quæſtionib. & alia iura quæ allegat Ioa. Lup. de Pal.Rub in repeti.d.c.per veſtras.§.7.nu. 8.in fine.ad hoc quod indignũ eſt, vt ſordidæ proles ſplendidis natalibus audeát ſubrrogari.& dicit notãter Barba.in cõſi. 46.ſcripſit preclare. col.fi.verſi.& iuditio meo.lib.2. quòd nobiles abborrent cõtrahere matrimonium, cùm mecanicis & vilibus perſonis.& hinc etiam dicit Bald. in.l.nec filium.ad finem.C.de ſecund. nupt. quòd ſi nobilis contrahat matrimonium cum plebeya, perdit nobilitatem. & eum refert Chaſſene. in ſuo cathalogo gloriæ mundi.8.parte.in conſideratione. 21.col.2.verſi.aduerte tamen.et faciũt tradita per Pala.Rub.in.d.§.7.nu.4. et 5. Et ex his non eſt mirum, ſi tex. in.d.c. tanta eſt vis matrimonij, prædictis rationibus et ſententiis temperetur.Præſertim quia ſacri canones leges immitari non dedignãtur.vt in.c.1 de noui ope.nuncia. cum ſimilibus. Vel ſaltem dicunt Cur.iuni. et Carol.Ruin.in dictis conſilijs, quòd in terris laicorum, inquibus ſunt ſita prædicta bona maioricatus, ſunt ſeruanda prædicta iura, quia cùm lex ciuilis principaliter ſuper matrimonio nõ diſponat, ſed ex cauſa iuſta lucrum auferat, debent obſeruari et cuſtodiri interris laicorum, ſecundum Ioa. And. in.c. cum ſecundum. col.2 de hæreti.lib.6.et ſingulariter idem dicit Angel. in conſi.29. exthemate tria eliciuntur dubia.col.3.verſi. dico quòd ſuper ipſo iure ſuccedendi. et in verſi. concludo ergo.et tradunt moderni in.c.1.de ſponſalib. et alibi ſepe. Et ideo Carol. Ruin. conſuluit in .d. conſi.211. col.3. nu. 6. per totum lib.1. quòd lex ciuilis auferens ſucceſsionẽ genitis ex nuptijs contractis à nobile cũ ignobili, minimè improbatur: quia tẽdit ad totius familiæ decorem euitandum. ex pluribus ibi ab eo traditis. Nec ſequitur Curt.Iuni. excogitante.in dicto conſi.52.nu.2.3. & 4.li. 1. valet matrimonium de iure canonico contractum inter nobilem & humilem mulierem, igitur ex tali matrimonio legitimantur filij ad ſuccedendum, et predicta omnia pro vtraquè parte late proſequitur Phannu.de Phannu.in ſuo tractatu de lucro dotis,inverb.per mortem.nu. 32.33.cũ ſequen.pagina mihi.92.

DENIQVE et dici poteſt, dictã legitimationem ex dicto matrimonio nõ eſſe factam, quia agitur in præſenti ad excludendum dictum donnum Petrum de Orellano, primo natum à ſucceſione 13.
dicti maioricatus: ſiquidẽ filius non † legitimetur ſequenti matrimonio ad auferendum bona maioricatus ab altero legitimo primo nato: cum in legitime nato prius concurrant ambo vincula, ſcilicet naturale et ciuile, ex quibus duobus ius ſuccedendi quæritur, ita in propijs terminis noſtris tenet Ioa. And. in regul. ſine culpa.de regul.iur.lib.6.col.11.verſi.in cõtrarium. et ſequen. præſertim in. col. 13. verſi. ad ſolutionem quæſtionis. vbi ait ita tenuiſſe Barthol. Brix. et Tancred. et alios antiquiores, ibi ab eo allegatos (dicens eos eſſe ſolemniſsimos doctores) quod ibi tenet Ioa. And. ex tex. in.c.ſi prote.et in.c. quãuis. de reſcript. lib 6. et in c. ſi apoſtolicæ. de præbend.eod. lib.6. et facit tex. cum ſua materia in.l. vobes.§. hoc ſermone.ff. de verb. ſignifica. et in.l. quotiens.C.de rei vẽdica. idem et in propijs terminis tenet Alberic. in.l.cum quis C.de naturalib. libe. col.5. verſi. ſed an ex

tempore natiuitatis. & ibi idē tenet Ioa. Fab. nu. 4. poſt Bart. in l. cum decem. §. fi. verſi. ſecundo inducit. ff. de ſolutionib. & Ancha in d. c. tanta. col. 3. nu. 12. ad finem. qui fil. ſint legiti. & idem tenet idem Ancha. in cōſi. 427. circa primum quæſitum. col. 2. verſi. item non videtur eſſe intentio. & Prepoſit. in ca. per venerabilem. §. quod autem. col. 22. verſi. & ex his infertur ad quæſtionē. qui fil. ſint legiti. & idē tenet Iacob. Butrica. in l. quotiens. C. de rei vendica. col. 1. verſi. et ſunt hec in argumentum. & inibi etiā idem tenent Bald. col. 1. verſi. & hec faciunt ad quæſtionem. & Iaſo nu. 40 in princip. & in verſi. addo quòd iſta. vbi dicit hanc eſſe cōmunem opinionem. eandem dicit eſſe communem ſentētiam Alex. in l. gallus. §. & quid ſi tantū. col. 9. ver. & hoc facit ad quæſtionem. & ibi Claudi. dicit ita communiter teneri. col. 6. ver. & hoc infertur. ff. de libe. et poſthu. & ſecundum hanc opinionem conſuluit Alex. in conſi. 5. atentis narratis nu. 5. lib. 7. & in conſi. 25. circa primum dubium. col. 2. ver. adducit etiā. lib. 1. & Ioa. And. refert & ſequitur additionator Pauli Caſt. in l. maximum vitium C. de libe. preteri. vel ex heredat. col. 2. in additione incipien. quia primogenitus. idem etiā tenet Soci. iuni. qui plures alios refert in conſi. 52. memini me fuiſſe nu. 6. et. 7. lib. 1. & in conſi. 95. quia preſentis nume. 32. lib. 3. et Guiller. Benedict. in repeti. c. Rainuntius. de teſtamen. in verb. in eodem teſtamento relinquens. nu. 202 et Feli. in c. fi. nu. 11. ver. ſub iſta declaratione. de conſtitu. et hæc eſt communis opinio ſecundum Martin. Lauden. in tractatu de primo genitura. q. 32. per totam. et idem nouiſsimè tenet dominus Greg. Lup. in l. 1. tit. 13. parti. 4. in verb. ſe caſe cō ella. col. 2. ver. nota tamē quòd primo genitus. et Anto Gome. in l. 9. Tauri nu. 64. et. 65. et Ferdi. Mencha. de ſucceſsio. progre. lib. 1. §. 2. nu 89. quibus in locis prædicti doctores communiter concludunt, hoc in caſu talem legitimationem, non retrotrahi ad tempus natiuitatis filij legitimati. cum ſit in preiuditium filij, qui uere legitimus eſt. ex pluribus inibi per eos adductis. Quæ ſententia et obtinet licet dictus Petrus de Orellano ſubſtitutus tranſuerſalis ſit, (vt non eſt, ſed filius legitimus eius de cuius matrimonio agitur) vt palam conſtat ex prædictis doctoribus. preſertim ex Ancharra. in d. conſi. 427. col. 2. verſi. item non videtur fuiſſe intentio. et ex Alex. in conſi. 67. conſideratis his. col. 3. ver. pro hoc etiam ſpecialiter. et ſequen. et in col. penul. verſi. ad idē adduco. lib. 1. et ex doctoribus antiquioribus. in. d. l. quotiens. C. de reiuendica. et quanto magis cum in preſenti, nō agatur de ſuccedēdo dicto dōno Ioanni de Orellano, nec de eius ſucceſsione, ſed tantum tractatur de ſucceſione conficientis maioricatum ſcilicet primi fundatoris. vt in l. coheredi §. cum filie. ff. de vulga. et pupil. ſubſtitu. et in. l. vnū ex familia. in princip. ff. de leg. 2. cum alijs ſuis ſimilibus.

EX quibus luce clarius conſtat de iuſtitia dicti donni Petri de Orellano. et ita fuit poſtea pronunciatum. Doctor Burgen. Salon de Pace.

S V-

# Summarium ſuper Septimo conſilio.

1: CAuſa teſtati facit ceßare cauſam inteſtati,

2. Teſtium rationes conſiderandæ ſunt.

3. Teſtes de dementia ſeu furore deponentes, debent redere rationem ſui dicti, alias non probant.

4: Teſtes de ſanamente deponentes, preferuntur teſtibus de furore deponentibus.

5. Rei probatio in pari cauſa, prefertur probationi actoris.

6. Furioſus quis debet probari tempore contractus, alias non ſufficit,

7. Teſtamentum libere ex iſtimandum eſt fuiſſe confectum, nonquè metu nec illicitis perſuaſionibus.

8. Metus teſtatoris excluditur per eius ſpontaneam ſubſcriptionem.

9. Metus teſtatoris ceſat ex preſentia iudicis, ſeu ex preſentia conſanguineorum teſtatoris.

10: Metus claris probationibus debet probari,

11. Teſtari quem prohibitum quomodo probetur, & quæ requirantur.

12: Teſtes de metu deponentes, qualiter & quando preferantur.

13. Voluntas teſtatoris probatur ex his que teſtator dixit extra teſtamentũ.

14. Teſtatorem an liceat ſuadere perſuaſionibus lebibus, blãditijsquè verbis ad teſtandum.

15. Teſtamentum poteſt fieri ad interrogationem tabellionis: & quando, & nu. 16.

16. Titulus de his qui ſibi aſcrib. in teſtamen. non procedit in teſtamento nũcupatiuo coram teſtibus confecto,

17. Teſtamentum in dubio pronũciandũ eſt, firmum validum qúe eſſe.

18. Poſitionibus reſpondens quãdo ſit periurus. & inibi late de intellectu. l. 12 in fine in ordine iuditiario đ Madrid in pragmaticis antiquis. quæ habetur li. 4 nouæ recopil. tit. 7 l. 2 in fi. cum plurib. nume. ſequentib. vſque in finẽ conſilii

19, Periurii pena non habet locum, niſi extante dolo.

20, Periurij pena ceſat ex iuſta cauſa,

21, Periurium non preſumitur,

22, Quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo. cum ſequentibus,

24, Lex penalis extendi non debet,

# Septimum Conſilium.

DIVINO auxilio poſtulato. In cauſa quæ vertitur inter Franciſcum Marauer et Didacum de Vdobrio, contra capitaneum Ioannem de Auedaño, ſuper bonis donni Ioānis de Luna iam d'efuncti. breuiter cōſtabit de iuſtitia dictorum Franciſci Marauer et Didaci de Vdobrio.

ET illud ante omnia premitimus, dictum donnum Ioannem de Luna in eius teſtamento dictum Franciſcum heredē inſtituiſſe, et dicto Didaco de Vdobrio legata aliqua reliquiſſe. de cuius teſtamēti ſolemnitate nullum dubium eſt. et id conſtat ex teſtibus in hac lite productis: quo extante † ceſſat cauſa in teſtati pretenſa à dicto Ioanne de Auendaño. ex tex.in.l.quandiu poteſt.ff.de adquiren. hereditа.et in.l.quandiu ff.de regul.iur. bonus tex.in l.1.tit.13.par.6.et in.l.3. et in.l.5. eod.titul.13.partita.6.cum alijs ſuis ſimilibus.

ET totum hoc conſilium in duobus tantum conſiſtit.

PRIMO, an dictus donnus Ioānes de Luna fuerit mente captus tēpore quo confecit dictum teſtamentum.

SECVNDO, an ipſe dōnus Ioannes de Luna reuocauerit prædictū teſtamentum per eum confectum in fauorē dictorum Franciſci Marauer et Didaci de Vdobrio.

ET quo ad primum dicimus, nullam dementiam eſſe probatam. Nec de ipſa dementia conſtat teſtibus contrarijs, & eorum rationes ſat comperiunt, ipſos te-
2. ſtes non concludere: quæ teſtium † rationes ſunt cōſiderandæ. vt in.l.ſolam. C. de teſtib.& ibi notant docto.& eſt tex.in.l.3. §.tu magis ſcire poteſt.ff.eod.titul.&facit tex. in.l. cū pater.§.dulciſsimis. ff. de leg. 2. & in.c. ex literis. de probationib. cum alijſquè in expreſſo tradit Bald.in.l conuenticulam. col.4. verſi. modo venio ad teſtes. & in verſi. item multo fortius. C. de epiſcop. & cleri.

PRÆTEREA, teſtes de furore ſeu dementia deponentes non probant † niſi aſsignent rationem ſui dicti. 3.
vt in terminis tenet Bald.in.d.l.ſolā.col.2 verſi. ſed quando tale. & in verſi. idem ſi teſtis.ad quod ibi allegat Innocen. in.ca. cum cauſam.de teſtib.idem etiam tenet ipſemet Bald. in.l. furioſum. col. 1. verſi. eſt autem dificile. C. de teſtamē. & Ang. Areti.in.§.præterea. col.fi. verſi. ſecundo caſu.inſtitu.quib.nō eſt permi.face. teſta. & Deci.in cōſi.448.vis tota.nu.32.& Mayneri.in.l.furioſi. nu.4. in fine. ff. de regul. iur.& ſingulariter idē tenet Iaſo. in conſi. 2.in themate preſuppoſito.nu.7. lib.1. vbi notanter conſuluit, quòd teſtes de furore deponentes debent aſsignare rationem ſui dicti, etiam ſi de ea non ſint interrogati.ad quod ibi allegat Bald.et Alberi.in l.nec codicillos. C. de codicil. & Iaſo in dicto conſi.2.nu 7. refert Bald. in.§. item furioſi.inſtitu.quib.non eſt permi.face.teſtamen.concludentem, quòd non ſufficeret ſi teſtis in aſsignatione rationis diceret, ſcio quòd eſt furioſus vel nō ſane mētis, quia vidi eum prohicientem lapides, vel vidi eum loqui inania verba, quia dicit, quòd talis teſtis non probaret, niſi diceret, quòd vidit eum talia facere, more inſanorum, quia etiam ſani talia faciunt. & idem tradit Bohe.deciſio.33.nu.78.in fine.& preter eos hoc ſatis conſtat ex Bart. in tractatu teſtiū.in.c.ꝙ in cipit.oppoſita prudētiæ co.1.poſt principiū. et quód teſtes teneātur redere rationē, etiā nō interrogati quādo deponūt de furore.eſt communis opinio ſecundū Soci.in cōſi.42.in caſu reſtitutionis. nume. 4. cum ſequentib.lib.1.

Proinde teſtes dictorum Frāciſci Marauer et Didaci de Vdobrio. quia deponunt † de ſana mente teſtatoris, preferū 4.
tur

tur teſtibus de furore ſeu de dementia de
dementibus:ſiquidem de re veriſimiliori
deponant,atque de re iuri cõmuni cõſo-
7. na:cum quis ſane mentis præſumatur, vt
in.d.l.nec codicillos.C.de codicil. quo in
loco doctores dicunt præſertim Bart.col.
1.verſi.dicẽdum eſt ergo,quòd ille qui di-
cit aliquem eſſe ſane mentis, habet præ-
ſumptionem iuris pro ſe: ſcilicet quòd
quis ſit ſane mentis,ad quod eſt tex.nota-
bilis in.l.2. verſi. E otroſi dezimos que
quando alguno. Cum ſequenti. titul.14.
parti.3. & tex.in.c. fi.verſi.nos cauſam, &
8. in verſi.ſi vero de ſucceſſionib. ab inteſta.
& facit tex.in.c.indicas.3.q.9.& ibi glo.in
verb.oſtenderis,ſunt et aliæ concordãtiæ
de quibus Deci.in conſi.489. in caſu oc-
currenti. nu.13. et plenius idem Deci. in
conſi.448. vis tota. nu.9. cum ſequentib.
& quòd teſtes de ſanamente de ponen-
tes præferantur tradunt etiam doctores
in.c.fi.de ſucceſſionib. ab inteſta. maxi-
me Abb.col.fi.verſi.quid autẽ ſi vna pars.
vbi dicit,magis eſſe ſtandum teſtibus de
ſanamente deponentibus, quàm contra
rium deponentibus, & idẽ tenet Cardi.
in clemen.1.de homicid.col.2.ver. ſecun
do quæro.& Corne.in conſi.219. licet vi-
deatur.col.penul.verſi. & magis attendi-
tur.lib.1.& Deci.in.d.conſi.448. nu.10.cũ
ſequentib.& ſingulariter Iaſo. idem con-
ſuluit in conſi.2.in themate præſuppoſito
col.4 nu.8.lib.1.dicens magis eſſe ſtandũ
duobus teſtibus de ſanamente deponen-
tibus,quàm mille teſtibus deponentibus
de furore ſeu inſania, idem & conſuluit
idem Iaſo.in conſi.178. in cauſa matrimo
niali.nu.1. verſi. ſecundo confirmatur, &
in verſi.tertio quòd magis.lib.2.poſt De-
ci.in dicto conſi.448.nu.10. & Boheri. in
deciſi.23.& quo ad primam quæſtionem
nu.93. cum plurib. ſequentib. et Thom.
Grama. in deciſio. 73. venerabilis Anto-
nius.nu.21.cum ſequentib. & Card. Paul.
Pariſi.in conſi.88.viſo proceſſu. nu. 20. &
22.cum ſequentib.& præcedentib.lib.3.
Et quanto magis hæc concluſio in præſen
ti caſu vera eſt,cum prædictus Frãciſcus
Marauet † ſit reus, quare in pari cauſa e- 5.
ius probatio eſt præponenda, ex tex.nota
li.in.c.ex literis. de probat.& ibi Abb.col.
2.verſi.nota magnum eſſe commodum.
et ſequentib.& ibi Feli. nu.5. ad quod eſt
optima glo.in.c.clerici.in verb.aliqui. 81.
diſtin.quam glo. allegant ad hoc Abb. &
Feli.in.d.c.ex literis,et idem Abb.in.c.ex
tenore.col.2. verſi. nota vnum modum,
cum ſequentib.de teſtib. & alibi ſæpe tra
ditur. Immò & modicus exceſſus in pro
batione actoris et in eius teſtibus,nõ tol-
lit reo beneficium abſolutionis, ſecundũ
Abb.in.d.c. ex literis col.2. verſi. & nota
quòd reus,de probationib. Præter hoc,
quòd non ſufficit in genere quem furio-
ſum probari, vel non ſane mentis eſſe,
ſed requiritur † in ſpetie probari, quòd 6.
tempore celebrati contractus ſeu inſtru-
menti,erat furioſus ſeu non ſane mentis.
& ſecundum hanc opinionem Cardinal.
conſuluit, vt ipſemet affirmat in. d. cle-
mẽ.1.de homicid.col.1.verſi. ſecũdo quæ
ro in fine.& Ancharra.in conſi.5.pro par-
te nobilis col.2.verſi.et ſi dicatur, cum ſe
quentib. et eos refert & ſequitur plures
alios citans Iaſo in.d. con.178. nu.1. et fa-
cit ad idem glo.notabilis in.d.c.fi.de ſuc-
ceſſio.ab inteſta.in verbo compotem. de
quo latius ſupra diximus in conſilio. 5.
nume.9.

QVO ad ſecundum conſtanter etiã
dicimus,dictum teſtamentum nõ dirui
ratione metus, nam libere confectum † 7.
exiſtimandum eſt: non autem ex metu
ui,aut illicitis perſuaſionibus prædictorũ
Franciſci Marauet et Didaci de Vdobrio
ex tex.in.l.merito.cũ ſua materia. ff. pro
ſot ad quod eſt tex.notabilis in propoſi-
to.in.l.fi.C. ſi quis aliq. teſta. prohibue, et
ibi notat Bald.col.fi.verſi.ſed nunquid, et
tex.in.l.fi.ff.eod.titul.et in.l.3. Quando fi
jo. Titul.1. Delos deſheredamientos. Li
bro.3.fori leg.cum alijs de quibus in pro-
poſito Guiller.Benedict.in repeti.c.Ray-
nuntius de teſtamen. in verb.condidit.in
ſecundo.nu.25.poſt Corne.in conſi.77. vi
ſo dicto themate.col.3.verſi. non obſtant
addu

adducta in contrarium. lib. 4. et abundæ Deci. in conſi. 489. in caſu occurrenti. nu. 6. vbi tenet ex. d. l. fi. minime eſſe cenſendum in falſis cauſis, vi, ſeu in iuſtis ſuaſionibus, teſtatorem compulſum ad aliquem inſtituendum, & ſat conſtat ex tex. in. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probat. & in. l. 27. titul. 1. parti. 6. præter hoc, quòd pleriſque teſtibus eſt probatum, dictum teſtamentum ſponte eſſe confectum: & dictum Franciſcum Marauer eſſe hæredẽ inſtitutum, proter ingentia ſeruitia ſibi à dicto Franciſco exhibita.

ET addictum metum abijciendum, non modice confert, factam eſſe ſubſcri
8. ptionem, † à dicto teſtatore in dicto teſtamento, & alia ſimilia interueniſſe, ex tex. notabili in. l. emptor. §. lutius. vbi Bar. col. 1. verſi. ſecundo nota. ff. de pact. & probatur in. l. ſi ego. §. dotis. ff. de iur. doti. cũ alijs de quibus in propoſito Soci. Iuni. in conſi. 77. licet in præſenti. nu. 7. cum ſequẽtib. lib. 1. poſt Alex. in conſi. 147. ponderatis his. col. 1. ver. ad hoc oſtendendum, cũ ſequẽtibus. lib. 2. & melius per Aym. Craue. qui ſingulariter loquitur in noſtris terminis. in conſi. 25. dubia plura. col. 3. nu. 12. quibus accedãt que Bald. dicit in. l. in fraudem in princip. col. 2. ver. in tex. probabitur. ff. de teſta. mili.

PRÆTEREA dicimus, ex eo nõ interueniſſe aliquem metum, eo quo
9. iudices loci fuerunt † præſentes confectioni prædicti teſtamenti, quod iudex facere debet etiam non requiſitus ad id, ex tex. i. l. curẽt. ff. de teſtib. & ibi docto. & notat Guiller. Benedi. in. d. c. Raynuntius. in verb. condidit. in. 2. nu. 24. & Segur. in repeti. l. 1. §. ſi vir vxori. col. 48. ver. itẽ adde. ff. de aqui. poſſe. & in expreſſo, quòd in hoc caſu ceſſet metus probat, tex. vbi docto. in. l. 1. C. de præd. curial. lib. 10. & idem probatur in. l. tranſactionem, & in. l. interpoſitas. vbi expreſſe docto. C. de trãſact. & docto. in. l. pacta nouiſsima. C. de pact. cum alijs de quibus Iaſo. in. §. quadrupli. nu. 63. ver. in prædictis tamen inſtitu. de actionib. & Feli. in. c. cauſam matrimonij. nu. 6. de offi. de leg. & Aym. Craue. in conſi. 114. Ioanna filia. nu. 2. & in conſi. 253. ex corde. nu. 4. & alibi ſæpe, & ſat hoc probatur in. l. 4. titul. 5. parti. 5. idem enim in hac ſpecie operatur iudicis præſentia, ſicuti amicorum & conſanguineorum aſſiſtentia, ſecundum Bart. in. l. frater à fratre. col. 15. verſi. tertio quæro. ff. de cõdi. indebi. cum alijs de quibus meminit Iaſo. in. d. l. tranſactionem. nu. 1. verſi. ſecundo ex hac lege nota, & tradit idem Bart. in. l. fi. in princip. col. 1. verſi. nota quòd in vrbe Romana, & in verſi. itẽ nota. ff. quod met. cau. & dicit ſingulariter idem Bart. in. l. fi. col. 2. verſi. queróque coactio. in fine. ff. ſi quis aliq. teſta. prohibue, quòd omnis præſumptio metus illatus in teſtatorem, ſeu diſponentem, ceſat ex preſentia conſanguineorum ex. d. l. tranſactionem, & idẽ dicit Bald. in. l. ciuili. col. 2. verſi. tamen ad tollendam. C. ſi quis aliq. teſta. prohibue. igitur idem eſt, quando iudex eſt præſens tempore confectionis teſtamenti per ſupra dicta.

QVÆ omnia et confirmantur, quia ipſe metus erat probandus veris & claris
† probationibus, nónque ambiguis. ex. l. 10.
fi. C. de probat. & in. l. metũ. C. quod met. cau. & eſt optimus tex. in. l. 29. titul. 1. par. 6. qua et diſponitur, neceſſum eſſe probari, quòd vis teſtanti ita illata fuit, quòd teſtator ex ea teſtari nõ potuit, idem et probat tex. in. l. 3. tit. 9. lib. 3. fori leg. et pertotum titulum. C. et. ff. ſi quis aliq. teſta. prohibue. et hoc etiam notãter in noſtris terminis conſiderat Card. Pariſi. in conſi. 67. quærela. nu. 67. lib. 3.

CÆTERVM et vt probetur † 11.
quem teſtari prohibitum, duo ſunt neceſſe probanda. Primùm, quòd teſtator teſtari volebat. Secundum, quòd teſtari eſt prohibitus, vt in. l. 1. ff. ſi quis aliq. teſta. prohibue, & ibi doctores. & Bart. etiam in. l. fi. ff. eod. tit. col. 2. verſi. ſed quæro. & col. fi. verſi. quæro qualiter. et Bald. in. l. ciuili. C. eod. titul. col. penul. verſi. ſed quæro qualiter probabitur, et Guiller. Benedict. in repeti. c. Raynuntius. de teſta. in verb. teſta-

teſtamentum.in primo. nu. 23. cum aliis de quibus Card. Pariſi.in conſi.67.quærela.num.34.cum ſequentib.lib.3.poſt Soci. qui notabiliter loquitur in hoc propoſito in conſi.105.viſo proceſſu.num.2.cum ſequentib.lib.3..Imò & erat neceſſarius metus mortis,ſeu cruciatus corporis,aliúſq; metus qui caderet in conſtantem virum: vel ſaltim talis metus qui officio iudicis reſtitutionem induceret.l.1.§.quæ honerandæ.ff.quar.rer.act.non detur. & in proprijs terminis ſic ad notat.Bart.in.d.l.fi.ff. ſi quis aliq.teſta.prohibue.col.2.ver.quæro quæ coactio.&Bald.in.d.l.ciuili.C.eodem titul.col.2.verſi.quæro quæ coactio. & idem conſuluit Cornel.in conſ.150.circa præſentem.col.fi.verſi.tum etiam lib. 2.& Roderic.Suarez in allegatione.1.col. 15.verſi. accedat prædictis. et Card. Paul. Pariſi.in.d.conſil.67.quærela .nu.41 .lib.3.

ET licet teſtes de metu deponentes
12 † præferendi videantur.ſecundum Innocen.in.ca.ſuper hoc de renuncia.& idem tenet plures alij doctores,in pluríſque locis:tamen hoc temperandum eſt, niſi teſtes deſpontanea voluntate deponentes, aliquid deponant, ex quo lex præſumat metum nõ interueniſſe:nempè ſi ipſe teſtes tractent de præſentia iudicis, ſeu de præſentia amicorum, ſecundum Angel. in.l.fi.ff.quod met.cau.col.1.verſi.in text. ibi apertiſsimas,& in verſi.illud credo verum, quem refert & ſequitur Iaſo.in.d.l. interpoſitas.C.de tranſact.num.5.verſ.limita iſtam doctrinam,et Boeri. in deciſion.100.præſuppono.nume.6.& Ioan.de Neuiza.in conſ.46.pro iſta puella.nume. 28.& Bernard.Diaz de Luco in ſuis regul. & fallen. in regula. 470. teſtibus duobus. col.1.verſ.limita niſi teſtes.

VERVM et prædictum metum ex eo non ſtitiſſe probatur, quia dictus teſtator ante dictum teſtamentum ſæpius dixit,ſe inſtiturum hæredem dictum Franciſcum Marauer. † ſi quidem de volun-
13 tate teſtatoris cõſtare dicatur ex his quæ ipſe teſtatur extra teſtamentum dixerit. ex text.notabili in.l.quotiens.§.primo.ff. de hæredibus inſtituen.vbi ad hoc eſt bonus text.nam ibi teſtator extra teſtamentum dixit ſe velle inſtituere talem hæredem in quadrante, de inde in teſtamento ſcripſit ſemiſſem pro quadrante, dicit ibi text.quòd cum mens teſtatoris ex dictis extra teſtamentum eſſet de quadrante, quòd ſolum erit hæres in quadrante, qui text.loquitur in fortioribus terminis: quia ſi hoc eſt quando vnum aparet diſponentem voluiſſe extra teſtamentum, & aliud contrarium reperitur ſcriptum, à fortiori in noſtro caſu idem dicendum eſt, vbi idem ſcribitur in teſtamento: quòd dictus donnus Ioannes de Luna dixit extra teſtamentum,& illum text. ad hoc commendat Bartol.in.l.moribus, in princip.columna ſeptima verſiculo quæro ex quibus,& columna octaua verſiculo, dixi primo.ff.de vulga.& pupil.ſubſtitut.et ibi Alexand.columna.10. verſicul. item in quantum,& eundem text.ad hoc commendant doctores in.l.precibus. C. de impube.& al.ſubſtitut. maximè Bald. colum 3 verſic.ſexto oppono.& in verſic. circa primum, & ſcribentes in.l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regulis iuris ad quod facit text. in.l. quoniam deſideria. C.de naturalib.liber.vbi ait text. voluntates et deſideria morientium,ex voluntate viuentium colligendas,et facit text.in l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.et in.l. licet Imperator, cum ſua materia. ff. eodem.titulo,ſunt et aliæ concordantiæ de quibus in noſtro propoſito Cornel.in conſilio.239.columna penultima libr.2. et Socinus in conſili.37.viſo teſtamento. num. 5.verſiculo primo,et numero.7.verſiculo præterea cum agatur,libro tertio,et Laurent.Calca.in conſilio octauo, in cauſa pendente, columna quarta verſiculo ad cognoſcendum,et Ludouic. de Gozadi. in conſilio.98.in hac cauſa numero nono. vbi et dicit, quòd tunc haberi debet,ac ſi verba quæ teſtator dixit extra teſtamẽtũ eſsẽt poſita in ſcriptura ipſius teſtamẽti.

NEC ad rem pertinet,et ſi probatum eſſet,dictũ Franciſcũ Marauer & Didacũ

14 de Vdobrio ad dictũ teſtamẽtum † conficiendum ſuaſionibus leuibus blanditiíſque verbis ſuaſiſſe dictũ teſtatorẽ, vt dictũ Franciſcũ hæredẽ inſtitueret vt conſtat in.l.fi.C.ſi quis aliq. teſta.prohibuè & in.l.fi.ff.eodem.titu.1.& in dicta.l.27.poſt medium titul.1.parti.6.cum alijs de quibus Montalli.in d.l.3.titul.1.lib.3. fori leg. in verb. por ruego. Vbi plura iura ſimilia ad hoc allegat in propoſito vidẽda.& per Deci.in.d.conſilo.489.in caſu occurrenti numer.7.& Ioa.Lup.de Pala.Rub.in repetit.rubr.de donat. inter. vir. & vxo.§. 80. aliàs. 81.numero.11. & Bernard. Diaz.de Luc.in ſuis regul. et fallen.in regul. 498. incip. vxori & Nicol. Belon.in conſilio. 79.numero. 10.& per Card.Pariſi.in.dict. conſi.67. quærela. num.47.cum ſequentibus lib.3. & hinc dicit Bald.in. d.l. ciuili. col.fin.verſi.ſed nunquid omnis, ꝙ qui ſe hæredem inſtitui curat,non ex hoc in dolo eſſe conſtat. extraditis in.l.quidquid. C.arbit.tutel.quilibet enim ius ſuum procurat.vt in.l.pupillus.ff.de his quæ in frau. credito.cum alijs.Et quia ſi quis ſuum cõmodum quærat, & ſi ex eo alteri damnũ ſequatur,non eſt dicendum id feciſſe animo nocendi.vt cõſtat in.l.iniuriarum. §. 15.qui iure publico.ff.de iniur. quod notantes etiam conſiderat Caro. Ruin.in conſ. 2.viſo teſtamento.nu.10.lib.2. & ibi.ponit intellectum doctrinæ Angel.in.l.non enim.ff.de inoffi.teſtam.& in.d.l.fin.

PRÆTEREA parti aduerſæ non ſuffragaret,& ſi conſtaret dictũ teſtamentum ordinatum fuiſſe à dicto Franciſco Marauer. & à dicto Didaco de Vdobrio, cum illud liberè poſtquàm lectum fuit, confecerit & à probauerit. Imò & ad in-
15 terrogationem tabellionis † ipſum teſtamentum fieri poterat, etſi illud teſtator non ordinaſſet: cum teſtator articulatè loqui poteſt,& ſanè mentis ſit.(vt hæc omnia in caſu noſtro vera ſunt) vt tenet glo.ſingula.in.l.iubemus.in verb.quemadmodum.C.de teſtamen.quam glo. ſequitur ibi Bart.col.2 verſi.quærit glo. cũ qua glo.eſt communis opinio ſecundũ Alex. inibi col.fi.verſ.in gl.in verb. quemadmodum.& idẽ tenet Imol.in.c.cum tibi. col. 3.verſ.quid autem ſi teſtator. de teſtamẽ. & Angel.Aret.in princip.inſtitu.de teſta. col.3.verſ.in glo.teſtium.vbi dicit opinionem prædictæ glo. cõmuniter teneri. & idem tenent Bart.& alij in. l. hæredes palam.in princip.ff.de teſtamen.col.fi. verſ. quæro quid ſi teſtator,eandem etiam dicit eſſe communem opinionem Deci.in conſ.489.in caſu occurrenti.nu.3.verſi.& in caſu eãdem glo.dicit communiter approbatam Corne. in conſil.77.viſo dicto themate.col.2.verſi.his tamen non obſtãtibus.lib.4.dicens dictam glo.eſſe cõmuniter approbatam in iuditijs & in ſcholis & cum ea eſſe magis cõmunem opinionem. Idem etiam ſingulariter conſuluit Alexand.in conſilio.33.ponderatis verbis columna.3.& ſequentibus libro tertio, et cum opinione dictæ glo. eſt magis communis opinio ſecundum Loren. Silua. in cõſ.54.integerrime iudex.n.10. vbi refert plures alios dicẽtes hanc eſſe cõmunem opinionem, & ita in pratica ſeruari.et ibi plura notabilia in hoc propoſito citat. Et adde videndum dominum Greg. Lup.in l.6.in verb.Diziendo.colum.2.per totam titul.3.parti.6.

IMMO et ſi hæres ſua manu teſtamẽtum conſcriberet, illúdque teſtanti corã teſtibus dederit † et ipſe teſtator illud cõ 16
firmet,poſtquàm ei lectum fuerit per tabellionem coram teſtibus: et ſic teſtamẽtum nuncupatiuum conficiat,quòd tunc talis hæres nulla pœna eſt plectendus: nec tunc obſtinet titulus. C. de his qui ſib. à ſcrib. in teſtamentum , cùm tunc non probet vt hæredis ſcriptura , ſed vt ſcriptura à tabellione confecta : et quia tunc taliter ſibi à ſcribens in teſtamento nuncupatiuo , poteſt innocentiam ſuam probare per teſtes qui audiuerunt voluntatem defuncti.vt in proprijs terminis tenet Bald.in.l.2.C.de his qui ſib. à ſcrib.in teſtamen.colum.1.verſi.quæro hic.et ante eum idem tenet ſingulariter Specul. in titu.de inſtrumen.edit.§. inſtrumentũ colum.

col.penul.verſi.quidem ergo.& Bart.in.l. 1.§.ex illa quóque.colum.final. verſi.quæ rit glo.ff.ad.l. Cornel. de Fal.& idem notabiliter tenet Salic.in.l.1. columna. final. verſicul.& ex prædictis. C.de his qui ſib.à ſcrib.& Angel. in ſuo tractatu maleſitiorum in verb. falſario.colum.6. verſi. quid autem ſi hæres ſcribat. idem & conſuluit Cuma. in conſilio. 78. quidam fecit teſtamentū.col.2. ver. ſuper eo quòd amē quæritur, ad quod inibi allegat tex. notabilem in.l. ſi quis legatum. §. cæterum. ff.ad.l. Cornel. de Fal. vbi dicit probari, quòd in teſtamento nuncupatiuo ceſat pœna falſi per à ſcriptionem, idem & tenet Ioa. Dilect. Durand. in ſuo tractatu de arte teſtādi ti.6.de legatis cautel.1.nu. 1.2. &.3. vbi notabiliter loquitur in hoc ꝓposito & in effectu idē voluit Cuma.in.l. cùm quidam colum.3. verſic.ad finem. ff. de leg.2.& in tenet Nicol. Bel.in.d.conſi. 79.num.3. His & conducit communis doctorum ſententia qua habetur, quòd ſi teſtator teſtamentum nūcupatiuum cōfecerit, in quo hæredem extraneum inſtituerit, & cum in extremis eſſet, conſanguinei ordinauerunt aliud teſtamentum ad ſuum commodum, quod teſtator aprobauit ad interrogationem Fabellionis, quòd tale teſtamentum firmum eſt & validum, vt palam tenet glo. in dicta.l. iubemus, & ibi Alex.& magis communiter doctores, & Imol. in dicto. cap. cum tibi, & idem Imol.in.l. hæredes palam in princip.columna.2. verſic. vltimo adde. ff. de teſtamen. & latè Alex. in dicto conſil.33. & Deci. in.d.cōſi.489.num. tertio cum ſequentibus ad quod videtur bonus tex.in.l.quoniam indignum .C. de teſtamē. Quæ omnia maximè vera ſunt in præſenti caſu, cum dictum teſtamentum non inſcriptis, ſed nūcupatim fuerit confectum, ex ſupra dictis.

17. ITAQVE ex multis conſtat, dictū teſtamētum validū eſſe, † & ita in dubio exiſtimandum eſt ex tex.in.l.ſiuè pars iudicantium in princip. ff. de in offi. teſtamen.& in.l.Gallus.§. quòd ſi is in verbo, vtilitatem. ff. de libe. & poſthu.& ibi notat Iaſo. in ſecundo notabili. & ex tex. in capit.fi.de re iudica. ſunt & aliæ concordantiæ de quibus Ioa. de Neuiza. in cōſi. 26. poſtquam præſens.cauſa.num.7. cum pluribus ſequentib.

SANE nec dictorū Franciſ. & Didaci iuri aduerſatur, quòd ex proceſſu cōſtat, quòd periurij ſunt, ex quo in iuramēto † calumniæ ea quæ aduerſarius pluribus teſtibus probauit, negauerunt, & ita quòd ex regibus Madritij ſanctionibus in ordine iuditiario.l.12.in.fi.(quæ habetur in noua recopil.lib.4.tit.7.l.2.in fine.) pro confeſſis habentur. 18.

Tum, quia nō cōſtat aduerſus veritatē prædictos depoſuiſſe, nec benè aduerſarij teſtibus periuriū probatur: à quo quantū fuerit poſſibile excuſandi ſunt, ex tex. in.c.cum tu.de teſtib.& in.c.anteceſſor.11 q.3.& in.c.inſcripturis. 8. q. 1. & vt habeat locū pœna dictæ legis Madritij neceſſum eſt quòd clariſsimè de ipſo conſtet periurio vt ipſius legis hæc verba edocent ⁂ El reſpondiente fuere conuencido claramente de periurio ⁂ Et in verbis ⁂ De manera que parezca q̄ a ſabiendas ſe perjuro en la reſpueta q̄ dio. ⁂ Quòd ſingulariter fundat in propoſito D.Couartu.in repeti.c. quàmuis pactum.de pact.li. 6.§.7.primæ partis nu.7.

Tū etiā, quia ea quæ prædicti depoſuerunt, citra dolum quidē ſunt, ſed periurij pœna † nullus pletendus eſt, niſi extante dolo.vt in.l. fi. §. quod obſeruari & ibi notat Bald.col.1.ver.3.nota. C.de iuramē.calum. & eſt. ad idem bonus tex.in.l. 7.titul.11.partit.3.verſicul.Ca todo home. Et facit glo. notabilis in. c. breui. in verb. dificultas de iur.iurā. cum alijs de quibus moderni in.l.ſi quis maior.C.de tranſact. notat.Paul.de Caſt.in.l. qui iuraſſe in princip.colu.2.verſi.vltimo nota. & ibi etiam Alex.in colu.1.verſi. itē nota quòd periuriū, & col. 2. ver. itē facit. ff. de iur.iuran. & hæc eſt cōmunis opinio ſecundū Iaſo. in.l.videamus nu.7.9.&.10. ff.eod.titul.& idē Iaſo.in.d.l.qui iuraſſe. in princip.nu.3. 19.

cũ plurib.ſequẽtib. in quibus locis ad hoc allegat tex. quẽ dicit eſſe meliorẽ de iure.in c.itẽ opponitur.22.q.1. quem corrupte allegat: nã debuit allegare tex. in. c. quæritur.§. item opponitur.22. q.2.& idẽ tenet Hipoli. de Marſil. in ſingulari.287. tetigi.in medio.vbi ſe refert ad ea quæ dixit in.l.de minore.in princip.ff.de quæſt. & Iaſo.in prædictis locis concludit,quòd
20, quælibet cauſa † etiam in iuſta excuſat à periurio,& conſequenter à pœnis periurij, ex pluribus de quibus vtrobíque per eum.& in.d.l.qui iuraſſe.in princip. dicit Iaſo.num.8.quòd ab hac opinione nullus diſcrepat.et idem etiam tenet dñs Greg. Lup.in.d.l.7.titu.11.parti.3.in verb.non dicem á ſabiendas, & inter minis idem ad notat Dominus Couarru.in repetit.d.ca. quamuis pactum.de pact.li.6.§ 7.primæ partis.num.7.in fine.per tex.in propoſito ſatis ſingularem in.cap.de iure iurand li. 6.quibus ſatis conueniunt tradita per Alexan.in conſ.102.viſo proceſſu.col 3 ver. ſecundo reſpondeo.libr.5 & per Deci. in conſi.118.viſo inſtrumento.colu.fin.verſi. ſecundo principaliter,& per Ioa. Baptiſt. Plot.in repeti.l.ſi quãdo in materia & tractatu de in litem iurãdo.§.49. num. 5. C.
21. vnde vi.& hac ratione dicimus periuriũ† non eſſe præſumendum.ex tex.notabili, & ſi vulgato.in.l.merito. cum ſua materia.ff.proſot.cum quo concordat tex.in.l. fi.tit.10. part. 5. & textum in.d. l. merito. inmateria periurij allegat Card.Paul.Pariſi.in cõſi.172.in cauſa illorum nu.7.lib.4 quibus & conueniunt quæ in materia falſitatis perdictam.l.meritò tratit Hipolit. de Marſil.vt non præſumatur in rub. ff.de fideiuſſo nu.55.58 & 59.& quæ notanter in materia teſtamenti & periurij conſuluit Aym.Craue.in cõſi 65.ſorores nu.9.& vltra eos facit in expræſſo tex.in.l.ſi duo patroni.in princip.verſi.multũ tamen.ff. de iur.iuran.vbi ſatis videtur probari,periuriũ non præſumi & iuramentũ eſſe verũ quẽ ad hoc allegat Paul. Caſtren. in. d. l. qui iuraſſe.in princip ff.eod.tit. colum.fi. verſicul. vltimo. nota in fine & eſt bonus tex.in.l.fi. C.ad.l.Iul. repetũ. poſt mediũ vbi præſumitur pro iuramento, quòd aliquis non iuret niſi veritatem ad idem etiam eſt.tex.in d.c.cum tu.de teſtib.per quem tex.periurium non præſumi,tenet Barthol. Brixien. in ſuis quæſtionib. dominicalib. in tit.de iure iurando.q.35.nu. 3.qui eſt poſitus in.17.volumine tractatuũ diuerſorum doctorum char.mihi.39. col. 1.& dicit ſingulariter Alex. in additionibus ad Bart.relatus per Robert.Maran.in tractatu de ordine iuditiario. 6. parte. in 7.mẽbro iuditij. nu. 9. quòd ſi in quiſitus decrimine fuerit cũ iuramento interrogatus,an delictum cõmiſerit, nõ dicitur periurus ſi negat & mendatim dicat, & eundem Alex. refer & ſequitur Roderic. Suar.in repeti.l.4.tit. De las iuras lib.2.fori legum.col. 8.verſic. ad vnum ad uerte . cum ſequentibus & facit etiam, quia quælibet cauſa † etiam in iuſta,ex- 22.
cuſat à dolo.l.igitur. §. poteſt.ff. de libera cau.& tex.in.l. 1.in fine.ff.de abigeis et eſt glo.in.l. plagij.in verb.iuſta. C. ad.l.Iul.de plagia.melior glo. in propoſito in.l.vnica in glo.1.C.vbi cau.ſtat. et glo.in.l.ex conſenſu. in verb. non rectè in medio. ff. de appel.cum alis de quibus Hipolit.in dicta rub. ff. de fideiuſſo.num.53. et 58. cum ſequentib et omnis credulitas etiam fatua † à doli pœna immunem redit ſecũ- 23.
dum Angel in.l.1. inprincip colu.2 verſic. et concludo. ff. de eo perquem fact. erit pro quo facit bonus tex.in ca. quàm magnũ. 23.q.4. et tex.in.cap.inquiſitioni, de ſenten. excõmunica.et ob id Bald.ſingulariter dicit,in dicta.l.fi.§. quod obſeruari. col.1. verſic. 3.nota. C. de iura calũnia per tex.ibi,quòd ſi ille qui iuramento calumniæ reſpondit, aliquid aduerſus veritatẽ, depoſuerit exiſtimans verum dicere, quòd non incidit in pœnam periurij: nec cenſendus eſt periurus, et idem videtur tenere Ancharranus. in cap.2.eodem titul.de iuramen.calum.num.6. quem refert et ſequitur Feli.in capitu.1.vt lit. non conteſta.numer.21. in medio et idem la- 26.
tè pro ſequitur Hipoli.de Marſil.in conſi.

26.

26.ſtatuti iam diu.nu. 6. ſunt & aliæ concordãtiæ de quibus Aym. Craue. nullum iſtorum referens, loquẽdo in materia teſtamenti & periurij.in.d.conſi.65.ſorores num. 9. vbi ad ſupradicta allegat tex. notabilem in cap.quanto de iur. iuran. & in cap.beatus Apoſtolus. 22.q.2. quæ iura ad hoc notabilia ſunt.

TVM, quia dicta pragmatica Madritij non diſponit, periurum cauſam amiſſurum, ſed tantum ſancit, quòd pro confeſſo habeatur, & in illa poſitione in qua periurus fuit intelligenda quidem eſt, vt eiuſdem legis regiæ hæc verba inſinuant. Y ſi fuere el actor, pierda la cauſa, y ſi fuere reo ſea auido por confieſſo. Et ante hæc verba ibi. En la parte de la dicha poſicion a que aſsi no reſpondiere. Et ita olim iudicatum fuit in alia ſimili cauſa, quæ ventilata fuit in hoc Pintiano regióque conſiterio, & ita clarè prædicta lex Madritij in hac ſpetiæ facit diſcrimen inter actorem & reum: & clarè cõſtituit, quòd reus in poſitionibus periurus cauſam non amitat, ſed vt confeſſus ſit cenſendus: quod non eſt mirum, ſiquidem iuraminus fauent actori, quàm reo vt in.l. fauorabiliores.ff. de regul. iur. & in regul. cum ſunt. partiũ eod.tit.lib.6.in.c.ex literis.§.quòd ſi ambarum deprobationib.cum alijs ſuis ſimilibus & ſi lex illa regia idẽ in reo quòd in actore diſponere voluiſſet ꝗ facili quidẽ expræſiſſet, ex.l. vnica.§.ſim autẽ ad deficiẽtis.C.de caduc.tol.& in c.ad audientiã de decim cum alijs, & facit tex. in.l.ſi ſeruũ.§. prætor ait.ff.de adquiren.hæreditа. Quæ & ſuadentur, quia dicta lex Ma-
24. dritij † cùm ſit penalis extendi non debet. ex tex. notabili. in. l. & ſiquis impediat. §. diuus autem Marcus. ff. de relig. & ſumptibus fune. in verbis. Penã tamẽ in eum ſtatutam non eſſe. Et tex. in authenti. de non eligend. ſecund. nuben.§. cùm igitur verſi. optimum itaque in verbis. Nec quælibet lex eſt, tale quid dicẽs. colla.1. & eſt glo. notabilis in.ca. fi. de iur. patrona.in verb.exui.in. fine. notat Bald. in.l.nemo martires.col.1 verſi.quæro iuſta hãc legẽ.C.de ſac. ſanct. eccle.& Iaſo. in.l.illam. C.de collationib.in. 12.ver.adde ad regulam & idẽ Iaſo.in.l.1.nu.12.ver. idem in marito.C.de trãſact.& in.l.diuortio.§. ſi fundum nu. 4. verſi.1. moueor. ff. ſolut. matri. & facit tex.in.l. ſi pena .ff.de penis tradunt etiam moderni in authẽti. quas actiones.C.de ſac.ſan. eccle.& ideo extrictè intelligẽda eſt.l.omnes &.l.rectores. C. de penis cũ alijs maximè cùm dicta lex regia diſponat eum haberi pro cõfeſſo: & ſic perfictionẽ dicitur cõfeſſus ex traditis in.l. ſi quis pro emptore.ff. ꝓ vſucap. & in.l.3.§ hæc verba. ff.de nego. geſt. cũ alijs quæ in terminis cõfeſsionis fictæ tradit Curt. Iuni. in cõ.11. præſentis cõſultationis nu.7.11.et.12.li. 2. vbi ſingulariter loquitur et infra Latius dicemus in cõſi.8 nu.2.cum ſequentib.

Præterea ad interprætationẽ dictæ legis Madritij eſt tex. notabilis in l. fi. §. ſi autem reus hoc iuramentũ ſubire recuſauerit.C.de iuramen.calũ. vbi diſponitur, quòd ſi reus pro confeſſo habetur, intelligitur in eo articulo in quo peccauit ſed in præſenti & ſi aduerſarius dicat, dictos Frãciſcũ Marauer et Didacũ de Vdobrio periuros eſſe, non quidẽ impoſitione ſubſtãtiale eſt, et quæ negotium tangit ſicut dicimus de eo qui falſum deponit, circa acceſſoria, et non circa cap. principale vt notat Innocẽ.in.c. fraternitatis col.1.ver. nota quòd ſi tabellio.de hæreti.et ſingulariter Hipolit.de Marſil.in ſingulari.76.cõmunis concluſio. poſt principium et idẽ Hipolit.in cõſi.70.oportune. nu.6.et Hieroni.Grat. in cõ. 43 in præſenti cauſa nu. 25.lib.1.et notabiliter Didac. Couarru.in repeti.c. quamuis pactum de pact. lib.6. §.7. primæ partis nu.6.ver.pæne. verò ſtatute. vbi refert plures doctores idem tenentes.

Tum et denique, quia et ſi reus habeatur pro confeſſo ex legis diſpoſitione, id enim intelligendum eſt, niſi iuſtitiam habeatur, nam tunc non eſt condemnãdus ſed abſoluendus vt probatur in. d.l. fi. §.ſi

reus autem, & in.§.quòd ſi actor.C.de iura.calum.& ibi notat Paul. Caſtren. colu. penul.verſi.præterea ſatis operatur,& ibi notat etiá glo.in verb.caueat.& in verb. rei qualitas. & faciunt quæ Bart.notat in. l. abſentem.col.3.verſi.tertio extra glo. ff. de pœnis,& melius Paul. Caſtré.in.l.2.C. qui teſtam.face. po.col.2.verſ.vnde dicit Angel.ſunt & aliæ concordantiæ de quibus notabiliter Hipolit.Cornel.in conſil. 45.eleganter deductum eſt.col.3.verſ.præterea inquiſitio.li.3.& bene probatur in.l. ſi ex cautione.C.de non numera. pecun. quam ad hoc pónderat Paul. Caſtren.in. d.l.2.col.2. verſic.vnde dicit Angel.quare cùm conſtet de notorio iure prædictorũ Fráciſci Marauer & Didaci de Vdobrio, allegatio periurij non quidem ſufficit, vt dicti rei condemnentur:ſed potius ſunt abſoluẽdi, maximè cùm tractetur de ſeruanda voluntate diſponentis, quæ in caſu noſtro manifeſtiſsima eſt ex.l.1.C.de ſac. ſanct.eccle.& in.l.in teſtamentis. ff. de regul.iuris cum ſuis ſimilibus,& ex alijs pleríſque traditis per Cornel.in.d.conſil.45. colum.3.per totam.libro.3.& per Ioan.de Neuiza.in conſilio.26.poſtquàm præſens cauſa.num.7.cum plurib.ſequentibus.

Ex quibus omnibus conſtat de notoria iuſtitia dictorum Franciſci Marauer & Didaci de Vdobrio,& ſic poſtea quidem fuit deciſum.

Doctor Burgen.
Salon de Pace.

# Summarium ſuper octauo conſilio.

1 *EX diuerſis non fit bona illatio.*

2 *Leges pœnales extendendæ non ſunt.*

3 *Prohibitum quod expreſſè non reperitur, cenſetur permiſſum: & tempore permiſſo factum.*

4 *Naues onerare & exonerare, licitũ eſt in quolibet portu maris, & ibi late cum ſequentib. tractatur de intellectu legum regiarum loquentium, de carga y deſcarga.*

5 *Portus maris ſunt publici omnibus de regno.*

6 *Via publica cuilibet ire licet.*

7 *Deſtinatio mercatorum ſemper attendenda eſt.*

8 *Intellectus ad l.cùm proponas. C. de nauti. feno. & inibi late tractatur: quãdo fraus excludatur, vt ceſſet præſumptio delicti.*

# Octauum Conſilium.

DEI optimi maximi auxilio poſtulato eiuſque virginis matris Mariæ. In cauſa Leonoris del Rio & eius conſortium ciues Burgenſis, contra Garlian de Auila. Breuiter fundabimus iuſtitiã dictæ Leonoris del Rio & eius conſortium ex ſequentibus.

PRIMO quia nulla lex eſt, quæ pro
hibeat mercatores eius merces non poſ-
ſe deferre, à ciuitate Burgenſi ad oppidũ
de Vilbao: & à portu dicti oppidi de Vil-
bao ad portum ſancti Ioannis de Lus, &
ex eo loco ad locum Legionis de Sola
Rona: tantum enim (vt conſtat in legi-
bus codicis quæ reperiuntur apud com-
putatores maiores Chriſtianiſsimi regis
noſtri) prohibetur quòd ab his regnis ad
regnum Aragoniæ ſeu ad regnum Nauar
ræ merces nequaquàm deferantur in por
tibus inibi expræſsis, & ibidem etiam alia
lex eſt, qua ſtabilitur, mercatores eius mer
ces trahere non poſſe portus Victoriæ &
Saluatierra, vt de inde dicant eas deferre
ad loca Guipuſcæ, & eas poſtea portent
ad regnum Frantiæ, aliter autem dictis
legibus ipſe merces fiſco regis applican-
tur ad dictis legibus regijs non prohi-
bentur, quòd ipſe merces non portentur
à dicta ciuitate Burgenſi in Galliam,
per dictum portum de Vilbao: & de in-
de per portum ſancti Ioannis de Lus, &
exinde ad prædictum locum Legionis
de Sola Rona, & cùm de hoc nulla ſit lex
non ſunt prædictæ legis codicis quæ re-
periuntur apud dictos computatores ma
1. iores, trahendæ ad hunc caſum † diſsi-
milem et ſeparatũ. ex l. Papinianus exuli.
ff. de minoribus, & in. l. ſi maritus. C. de
donat. inter. vir. & vxo. & ex tex. in. l. illã
C. de collat. & in. l. ſi ſeruum. §. prætor.
verſicul. non dixit prætor. ff. de adquir.
hæredita. & in. l. naturaliter. §. nihil com
mune. ff. de adquirenda poſſeſſione cum
ſuis vulgatis, maximè cum dictæ leges
ſint pœnales † & ob id non ſunt extenden 2.
de: nec locum habent niſi in caſibus in
eis expreſsis. ex tex. notabili in. l. & ſiquis
impediat. §. diuus autem Marcus. ff. de re
lig. & ſumptib. fune in verb. Pœnam ta
mẽ in eum ſtatutam non eſſe quem
tex. ad hoc cõmendat pro notabili Bald.
in. l. nemo martires. C. de ſac. ſanct. eccle.
col. 1. verſic. quæro iuſta hãc legẽ, quẽ etiã
tex. ad hoc dicit ſingularẽ Iaſo. in. l. diuor
tio. §. ſi fundum. nu. 4. verſi. 1. moueor. ff.
ſolut. matri. eumdem etiam tex. cõmen
dat pro ſingulari idem Iaſo. in. l. illam. C.
de collat. nu. 12. verſi. adde ad regulam, &
idẽ Iaſo. in. l. 1. nu. 12. verſi. idem in marito
C. de tranſact. ad idem eſt bonus tex. in
authenti. de nõ eligendo ſecund. nubẽ. §.
cùm igitur. verſi. optimum itaque. colla.
1. in verbis. Nec quælibet lex eſt, tale
quid dicens. & facit tex. in. l. ſi pœna.
ff. de pœnis & in. l. omnes & in. l. rectores
C. eod. tit. & eſt glo. notabilis. in. cap. fi. de
iur. patrona. in verb. exui. in fine ſunt & a
liæ cõcordãtiæ d' quibus Hipolit. de Mar
ſil. in cõ. 53. in præſenti cauſa inquiſitionis
nu. 28. & in cõſi. 71. propter anguſtiam nu.
12. 14. & 15. & Tho. Grama. in deciſio. 47.
in cauſa vniuerſitatis. nu. 4. cum plurib.
ſequentibus et frater Alfonſus de Caſtro.
in ſuo tractatu de poteſtate legis pœnalis
lib. 1. c. 7. col. 15. verſi. tertium documentũ
eſt, et Roland. à Valle. in conſi. 27. illuſtriſ
ſsime domine num. 19. verſi. vlterius dici
tur, quibus accedant tradicta in proprijs
terminis per Iaſo in. l. quominus. nu. 18. ff.
de fluminib. et plures rationes quæ in alia
materia congerit Aym. Craue. in conſi.
3. iudex habens. numer. 3. cum plurib. ſe-
quentibus. et Pet. Folleri. in ſua pratica
criminali. in titul. de crimine læſæ mage
ſtatis. nu. 66. pagina mihi. 433. columna. 2.
promptior enim eſt lex ad benefaciendũ
quàm ad nocendum ex tex. in l. ſeruus
ea lege in fine. ff. de ſeru. ex portan. quam

ad hoc allegat Aym. Craue. in conſi.206. in propoſito caſu num.4. & facit.l.abſentem ff. de pœnis cum ſua materia igitur nō debet extendi lex pœnalis vltra caſus in ea expræſſos ex ſupra dictis, quibus & accedat regul. odia de regul. iur. lib. 6. et tex.in.l.cum quidam.ff.de libe.& poſthu. cum alijs. Proinde in materia prohibi-
3. tiua,† omne id permiſſum cēſetur, quòd non repiritur prohibitum. l. maritus. C. de procura &.l. præcipimus. C. de appel. &.l.Sancimus. C. de teſtamē. & in.l.1.ff. de teſtib. cum alijs de quibus Bald. in anthēti. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. col.penul. verſi. contrarium eſt verum & Curt.Iuni.in conſi.64.antiquiſsima & nobiliſsima col.13.verſic. quinto, etiam reſpondeo ad quod eſt bonus tex. in.l.1.in princip.& in.l.8. in princip.tit.16 partit.3. melior tex.in.l.2. in princip.tit.14.part.3. in verbis. ※ Moſtrādo, o aueriguādo la ley, o el derecho q̄ vieda, o defiendeq̄ no pueda ſer aueriguado, o teſtigo, o juez aq̄ ome, cōtra quiē lo raçona. ※ Et in iure præſumitur pro eo, qui dicit ſibi aliquid licere de iure: ſiquidem omnia vidētur conceſſa, niſi reperiantur prohibita per ſupradicta & in expræſſo ita tenet Grego. Lup. in dicta.l. 2.titul. 14. parti.3. in verbo. Sobre tales niegos. Ad q̄ ibi allegat.tex.in.l.neque, non. §. quod eius.ff. ex quibus cau. maio. in integ.reſti.& in.l. metus.§. cū quæritur. ff. de procurato. & tex.in.d.l.1.ff.de teſtib. & vltra eum in noſtris terminis eſt tex. notabilis in.l.1. iuncta glo. ibi in verb. prætor.ff.vt in flumi publi nauiga, liceat cuius legis hæc verba ponderanda ſunt ad hanc cauſam. ibi ※ Onerare ex onerare liceat vin fieri veto. ※ Per quē tex. et alia iura in noſtro propoſito conſuluit Roderi.Suar. in alegatione.17.colum.3.verſic.pero pueſto,& in colum.5.ver. & ad prædicta, do. caſum cum ſequen.& præcedentib. dicens quòd
4. in omni portu maris † cuilibet licet merces ſuas onerare & exonerare, etiam abſque regia licentia, idem etiam tranſumptiuè conſuluit idem Roderic.Suarez in conſi.1. quod fecit de vſu maris num.7. cum ſequentib.& præcedentib. qui reperitur ad finem tractatus de mercatura pagina.619.cum ſequentib.& Greg. Lup.in l.11.tit.28. parti.3. in verb. Delos puertos. Quorum opinio manifeſtiſsimè probatur ex pluribus quæ in terminis noſtris ponit Angel.in conſi. 290. circunſcripta. col.2. verſic.ſupereſt igitur cum pluribus ſequentibus.

Et quanto magis ſuperiora locum habēt in caſu noſtro, cum plenè probatum ſit, quòd dicti portus de Vilbao & ſancti Ioannis de Lus ſunt multum vſitati & cogniti permiſsiq;. Vnde fit, per eos dictæ merces in Galliā defferri potuiſſe: & ſi per dictū portū victoriæ minime vè heretur nec per domū del aduana, nā quidē omnibus licet vti quibuſlibet portib. maris,
qui portus† omnibus ſunt publici.ex tex. 5.
in .l. nemo igitur. in fi. ff. de rer.diuiſio.& tex.in. §.& quidē & in.§. nemo igitur, & in.§.flumina,& in.§.Riparum & §.litorū inſtitu.eod.tit.de rer. diuiſio.melior tex. in.l.iniuriarum actio. §. ſi quis me prohibeat. ff. de in iur. cum alijs ſuis ſimilibus quorum Cepol. meminit in tractatu ſeruitutum tit.de portu. num.2.cum ſequentib. qui eſt poſitus in. 4. volumini tractatum diuerſorum doctorum char.mihi. 139.col.3.et.4.et Roderic.Suarez.in dicta allegatione.17. col. 3.verſic.ſuccedit ergo cum ſequentib. et præcedentib. et tranſumptiuè idem Roderic. Suar. in dicto ſuo conſi. 1. de vſu maris nume.4. cum ſequentib. et ad prædicta eſt optimus tex. in.l. 6. in principio. et in.l.8.tit.28.parti.3. et dictæ.l. 6. vltra eius principium ſunt ponderanda alia verba.ibi. ※ E poniendo y ſus mercaderias. Ad idem eſt tex.notabilis in.l.11. ※ Las rentas ※ Eod.tit.et parti.cuius legis ſunt etiam ponderanda verba ibi. ※ Que dan los mercaderes por razon de las coſas que ſacan, o meten en la tierra. ※ Et licet Comeſtabilis Caſtellæ eiúſque vxor deferant decimas mertium dicti portus de Vilbao, et decimas mertium quæ inſignuant in ciuitate

uitate de Orduña, illud enim contingit ex regia permiſsione, vt notum eſt, at nō obid ſequitur, quòd non ſit portus publicus, & regius ex prædictis legibus partitæ & ex tex. in. c. 1. in tit. quæ ſint regal. in vſibus fœudo. et in toto tit. 10. lib. 6. ordinamen. et in. l. inter publica. §. publica. ff. de verb. ſignifica. cum alijs. et ſat conceſſum hoc videtur, et per dictum portum ire, ſi quidem ex mercibus per ipſum portum delatis decimæ percipiantur per dictum Comitem ſtabilem & eius vxorem, ex ſupra dictis.

PRÆTEREA dicendum eſt ſufficere, quòd loca quibus dictæ merces portabantur, cùm captæ fuerūt, ſunt viæ publicæ, vt eſt plenè probatum, ſiquidem
6. via publica cuilibet, † ire licet: et ſimile annis per eam ire non ſit conſuetum, ex tex. notabili in. l. viam publicam. ff. de via publica. & in. l. vſucapionem. ff. de vſucapionib. et in. l. 7. titul. 29. parti. 3. cum alijs de quibus Greg. Lup. ibidem. in verb. nin calle. & in verb. nin camino, et quæ latiſsimè tradit Franciſc. Balb. in tractatu præſcriptionum. 4. parte. 5. partis principalis. col. 1. verſi. vera concluſio eſt, cum ſequentib. & Roderic. Xuar. in allegatione. 15. ex ſequentibus fundari videtur, per totum & faciúntq; in noſtris terminis tradit Iaſ. in. d. l. quominus. ff. de fluminib. num. 18.

ET in caſu quo haberent locū ea: quæ aduerſarius dicit, ſequeretur quòd noſtræ partes his exoluiſſent iura dictarum mercium, ſiquidem dicto Comitiſtabili eiuſque vxori iura ſemel ſoluerint, & pœnam vel alia iura aduerſario ſoluerent nomine regio, aduerſus totum titulum. C. noua vectiga. inſti. non poſſe. & in. l. 6. titu. 10. li. 6. ordinamen. quæ habetur lib. 6. nouæ recopil. titul. 11. l. 3. & alibi ſæpæ probatur.

ITEM & conſiderandum eſt, quòd dicta Leonor del Rio, & alibi eius conſortes nunquàm deſtinauerūt per terram portare dictas merces ad dictam ciuitatem Victoriæ, ſed tantum ex Burgenſi ciuitate deſtinauerūt eas deferre mari, quæ
7. quidem deſtinatio † perpendenda quidē eſt, ex tex. in. l generali capite. §. vxori. ff. de vſuf. & in. l. cætera. §. fi. & ibi notāt docto. ff. de leg. 1. & in. l. Gramaria. ff. de acti. empt. & vēdi. et in. l. veſtimētū. ff. de aur. & argen. leg. et in. l. et ſi non tantum. §. in fecti. verſi. quid ſi ceptū. ff. eod. titul. et ex tex. in. l. 29. titul. 5. parti. 5. cum alijs de quibus in propoſito Franciſ. de Rip. in tractatu peſtis. in rub. de remedijs ad conſeruandam vbertatem. nu. 93. cum ſequentib. et Bertachin. in ſuo tractatu Gauellarum 9. parte principali. q. 14. nu. 22. qui eſt poſitus in. 11. volumi. tracta. diuerſo. docto. folio. 40. col. 1. et faciunt tradita per Iaſo. & alios in. l. huiuſmodi. § legatum. col. 2. ff. de leg. 1. & ita cum aduerſarius non ſit locator portorū maris, ſed terræ, nihil prætendere poteſt aduerſus dictam Leonorem del Rio et eius conſortes.

NEC dicere oberit, quòd vt iura ad aduerſarium pertinentia defraudarētur, dicta Leonor del Rio ſuíque conſortes detulerunt dictas merces vijs inuſitatis: et quód ex hoc ipſa fraus probatur, ex híſ 8.
que habentur in. l. cùm proponas † C. de nauti. feno. et in. l. præſidibus. C. de curſu publi. li. 10. cum alijs.

Tum quia, hæc iura tunc locū habent, cùm merces non deferuntur per vias publicas, nec per portos publicos: vt dictæ merces delatæ fuerūt. maximè cùm agatur de pena. ex traditis per Iaſo in. d. l. quominus, nu. 18. ff. de fluminib. et per Ioa. Franciſc. de Rip. in dicto tractatu peſtis. in titul. de remedijs ad conſeruandam vbertatem, nu. 79. cum ſequentib. et nu. 102. et per Franciſc. de Auiles, in capitulis prætorum. c. 52. nu. 22. cum ſequentib. poſt Bertachi. in dicto tractu gabellarum 9. parte principali. q. 14. nu. 18. cū ſequen.

Tum etiam, quia dicta iura tūc loquūtur, quādo quis inuenitur cum mercibus in itinere et locis ſuſpectis. et tūc verum eſt quòd præſumitur ad locum prohibitum deuenturus, vt prædicta iura in effectu probant. et ibi doctores. et notabiliter Franciſc. de Rip. in dicto tractatu peſtis, in dicto titul. de remedijs ad conſeruandam

dam vbertatem. nu. 90. cum ſequentib. & præcedenti. et Auiles, vbi ſupra quòd qui dem in hoc caſu non contingit,

Tum quia, vt cõſtat ex ſerie proceſſus huius cauſæ, loca in quibus dictæ merces depræhenſæ ſunt, paratiſsima aptáque erant ad eas deferendum in Galliam, et qui ſibi proſpicit nemini facit injuriam. l. nullus videtur. ff. de regul. iur. et l. 3. §. 15. tamen. ff. de libe. homi. exhiben. et in. l. pu pillus. ff. quæ in fraud. credito. cum alijs. quis enim ſibi magis commodum quære re tenetur quàm aduerſario. l. præſes prouintiæ. C. de ſeruitu. et aq. l. qui autem. §. apud labeonem. vbi Bart. in notabilibus tex. ff. quæ in fraud. credito. et tex. in. c. di lecti de arbitris. cum alijs,

Tum & quia, cum dicta Leonor et eius conſortes ex iuſtis cauſis probatis di ctas merces tulerint per dicta loca, et quia ille locus ſecurior et ſine tot expen-ſis erat, quo in caſu iura in contrarium citata locum non habent, vt probatur etiã in caſu fortiori in. l. 2. §. ſi quis tamen. ff. ſi quis cautionib. & in expræſſo ita tenet Sa lic. in. d. l. cum proponas. col. fi. ver. ſed tũc quæro. & late Franciſc. de Rip. in. d. tractatu peſtis. & in dicto titul. nu. 87. cum ſe quentib. & in titul. de remedijs iuridicis. nu. 317. cum ſequentib. & Bertachi. in. d. tractatu de gabellis ſeu vectigalibus. 9. parte principali. q. 14. nu. 18. & Ioa. de Plat. in. l. ſi quis per publicũ. C. de curſu publi. lib. 12. col. fi. ver. & hoc niſi ſub eſſet iuſta cauſa. quibus accedat tex. in. l. igitur. §. poteſt, cum ſua materia. ff. de libera. cau.

Tum etiam, quia cùm dictæ merces portatæ fuerit vijs publicis, tollitur fraus ex dicta. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniurijs. & tradit Franciſc. de Rip. in dicto tit. de remedijs ad conſeruandam vbertatem. nu. 84. cum ſequen.

Tum quia, cùm quis facit actum licitum, et ſi modum excedat, non eſt præſu mendum illud in fraudem facere, nec ex indè pugniendus eſt, ex tex. in. l. Gracus. et ibi notat Sali. col. 1. verſi. nota quòd legitimè factum. et col. 3. ver. nunc tranſeo C. de adulte. cum alijs de quibus meminit Hipol. de Marſil. in con. 137. inſpecto tenore. nu. 24. cum ſequen. et facit tex. cũ ſua materia in. l. merito. ff. pro ſoc. et in. l. 17. tit. 10. par. 5. præſertim hæc vera ſunt, cùm quis vtatur iure ſuo: ex ſupradictis. et cùm quis vtitur iure communi permiſ ſo, vt ſupra dictum eſt, et idẽ tradit Pet. de Vbald. in tractatu de canonica epiſco pali. 4. part. principali. q. 6. nu. 14. qui eſt poſitus in. 15. volumine tracta. diuerſo. do ctorum. char. mihi. 250. col. 4.

Tum etiam, quia cùm actus non fit ad finem legem fraudandi, ſed ad alium effectum, et ſi incidenter ad aliud perueniatur, non quidem prohibitum videtur, nec in fraudem factũ, ex tex. notabili in l. nonomne. ff. de ſta. libe. et in. l. 1. §. non autem verſi. vnde quærit. et illic Bald. col. 1. ver. modo dicit ipſe. et Alberic. col. 2. ver. item inducit Guiller. ff. de exercito. ſunt et aliæ concordantiæ de quibus latiſ ſimè And. Tiraquel. ſuo ſolito more. in tractatu. de vtróque retractu. in præfactione. nu. 77.

Tum quia, cum prædictæ merces palam fuerunt portatæ, et ſimiliter fuerunt publicè inſinuatæ, ceſat omnis præſumptio fraudis. ex tex. in. l. cùm ipſe et ibi doctores. C. de contrahen. empt. et in. l. non exiſtimo. ff. de adminiſt. tuto. et in. l. vxor. C. de repud. quòd in noſtris terminis ad notat Bertachi in dicto tractu gauellarũ 9. parte principali. q. 14. nu. 22. Præter hoc quòd fraus numquàm eſt præſumẽda. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probat. et tex. in. d. l. merito. ff. pro ſoc. cũ alijs de quibus And. Tiraq. in. d. tracta. de vtróque retrac tu. tit. de retractu, Lignagier. §. 26. gl. 1. nu. 33. præcipuæ cũ dicta Leonor eiúſque cõ ſortes ſint rei et cõueti, quo in caſu prædicta ſine dubio procedũt, ex dicta. l. merito. ff. pro ſoc. et in terminis dictæ. l. merito ſic cõſuluit Aym. Craue. in cõſi. 57. nu. 6.

EX quibus omnibus cõſtat ꝙ iuſtitia dictæ Leonoris del Rio et cõſortiũ, et in eorũ fauorẽ eſſe iudicandũ iuſtè confidimus doctor Burgen. Salon de Pace.

SVM-

# Summarium ſuper Nono conſilio.

1 MAIORICATVS bona eſſe probātur, per confeſſionem poſſeſſoris talium bonorum.

2 Poſitionem ponens videtur eam fateri.

3 Maioricatus titulo poſſidentur bona Ducatus. Comitatus, & Marchionatus & tanquam indiuiſibilia dicuntur poſſideri.

4 Maioricatus bona alienari non poſſunt etiam ex cauſa dotis. cum plurib. ſequētibus.

5 Vniuerſalia verba generaliter intelligēda ſunt: & comprehendunt caſus etiam priuilegiatos.

6 Diuitiæ agnationes & familias tuentur. & inibi late agitur de conſeruatione familiæ & agnationis.

7 Licentiæ facultates quæ regiæ ad vendendum bona maioricatus, an de facili per regem ſin concedendæ. & nu. 28.

8 Maioricatus concedentis voluntas ſeruanda eſt.

9 Dotis cauſa non ſemper eſt pia.

10 Intellectus plures atque limitationes ad tex. in authē. ſi res quæ. C. commu. de legat. & fideicommi. cū pluribus ſequentib. & fere per totum conſilium.

11 Conditio in forma expecifica ad impleri debet.

12 Conditionem ſemel fuiſſe ad impletam ſufficit: & euentus eius purificat actū, ac ſi a principio fuiſſet purus.

13 Diſpoſitio de perſona ad perſonam non debet extendi, etiam ex veriſimili mente diſponentis.

14 Caſus ſimilis qui dicatur, & qui diſſimilis, ad hoc vt dicatur comprehendi ſub diſpoſitione teſtatoris: vel non, & quādo extenſio permitatur de vno caſu ad alium.

15 Dos conſtituta de bonis ſubiectis reſtitutioni vel maioricatus, tranſmititur etiam in propietate ad hæredes fœmine dotate ad ex cluſionem perpetuam ſubſtitutorum.

16 Maioricatus poſſeſſor in caſu quo aliquid dare ſeu ſoluere teneatur ex diſpoſitione maioricatus, intelligitur tantum ex fructibus bonorū maioricatus, non vero ei permiſſum videtur, quod ad id ſoluendum, vendere poſſit propietatem bonorum maioricatus.

17 Alimenta ſunt præſtanda de fructibus bonorum, non vero ad ea præſtanda vēdi debet propietas bonorum.

20 Argui licet de maioricatu ad feudum.

21 Intellectus ad. l. 4. tit. 15. part. 2.

22 Argui licet de ſucceſſione regni, ad ſucceſſionem maioricatus particularis.

25 Maioricatus bona ſi ex permiſſione & licentia regis alienari poſſunt: intelligitur non extātibus bonis liberis, & an ſit neceſſaria excuſio bonorum alienantis & ſequentib.

26 Expendere nemo plus debet, quā eius facultates ſufficiant.

27 Dotē conſtituere fœminæ non tenentur

28 Princeps non videtur iuri derogare.

29 Princeps non poteſt tollere diſpoſitiones maioricatuū in præiuditiū ſucceſſorū. cū pluribus ſequentibus.

30 Filius etiā p̄tre viuēte dicitur habere ius ad bona maioricatus ſatis conſiderabile

31 Princeps non debet concedere reſcripta ſeu priuilegia contra ius alterius.

32 Princeps ſeu pater vltimus poſſeſſor bonorū maioricatus, nō pſsūt filiis ſeu ſucceſſoribus in bonis primogenituræ præiudicare.

33 Pater tenetur alere filium: etiā ſi filius habeat aliundæ alimenta nu. 36. cū pluribus ſequentibus.

34 Alimēta ſunt præſtāda iuſta perſonas, & dignitatē & quātitatē patrimonii et quod habitatio cōcedēda eſt alimētādo.

35 Alimēta an ſint augēda ratione maiorū ſumptuum & expenſarum.

37 Alendi prior eſt cauſa patris.

38 Pater non habet vſum fructum commēdæ ſeu præceptoriæ filii.

# Nónum Conſilium.

DIVINO auxilio poſtulato. In litè quæ vertitur, inter donnũ Hẽricum de Guzman, filium primogenitum comitis de Alua de Lite. contra comitem eius patrem. Sequẽtia pro dicti donni Henrici iure, probabilia iure eſſe, edocebimus.

PRIMVM, quod oppida, et caſtra, et alia bona quæ dictus comes poſſidet, maioricatus vinculo ſunt colligata.

SECVNDVM, quòd dicta bona pro dotibus filiarum dicti comitis alienari nequeũt. Nec pro alijs ſimilibus cauſis. Et quòd regia facultas dicto comiti ad ipſam alienationem, minimè concedenda eſt.

TERTIVM, quòd prædicto dõno Henrico, pro ſuis alimentis, dictus comes quatuor millia aureorum, à dicto dõno Henrico petita, ſoluturus eſt.

PRIMVM quidem, ſat ſcripturis productis, conſtat. Quin ex ipſius comitis poſſidentis aſſertione, qua palam, dicta bona maioricatus eſſe, profitetur, ſiquidem ex poſſidentis † confeſſione, bo-
1 na maioricatus eſſe, probatur, vt conſtat in toto titul. C. de confeſ. et in iure nulla melior probatio eſt, quàm per confeſſionem partis aduerſæ, ex tex. in l. qui de inoffitioſſo. in fine. ff. de in offi. teſtamen. c. quoniam per confeſſionem, de priuileg. & probatur in authen. de æqualita. dot. §. illud. colla. 7. et in authẽ. ſed iam neceſſe C. de donatio. ante nupt. cũ alijs & in terminis cõfitentis rem eſſe maioratus, ſeu feudalem. tenet Bald. in additionibus ad Specul. in tit. de feudis. §. 1. col. 1. in verſi. porro. in addi. incipiẽ. inſtrumẽtũ, & ſcribẽtes in c. 1. in tit. per quos fi. in veſtitu. li. feudo. & idem tenent plures alij, quos refert et ſequitur Curt. Iuni. in conſi. 140. ſuperioribus diebus. col. 2. verſi. puto tamẽ in propoſito. nu. 6. et ſequentib. et ſat idẽ cõſtat ex Oldra. in cõſi. 94. eleganter circa negotiũ. col. fi. ver. ponatur enim, & ex Præpoſi. in c. 1. co. 2. ver. quærit gloſa quid ſi vaſallus. in tit. in qui. cau. feu. ami. & idẽ tenet Laurẽ. Silua. in cõſi. 60. cõſiderato tenore. nu. 7. & 8.

VERVM, & ſat ad hanc rẽ perpẽdendũ eſt, quòd idẽ comes alia in litẽ (inter eaſdẽ partes cõtrouerſa) poſitionẽ aduerſus dictũ dõnũ Henricũ, poſuit, quòd dicta bona maioricatus erãt, quã poſitionẽ verã eſſe dictus dõnus Hẽricus edixit,
qui enim poſitionẽ ponit, eã † cõfiteri cẽ- 2
ſendus eſt: ex tex. i. l. cũ & iudices. §. quod obſeruari. C. de iuramẽ. calũ. & illic Bart. ad notat. col. 3. verſ. iuſta prædicta. et Bal. in l. ſicut col fi. ver. vlterius oppono. C. de repudian. hæredi. & ſentit idẽ Bal. in l. data opera. col. 11. verſ. itẽ nota quòd per viã C. qui accuſa. non po. & idẽ tenet Iaſo. referens Bart. vbi ſupra. in l. iudices. colu. fi. nu. 6. & 7. C. de iudic. & Robert. Maran. in ſuo tractatu. de ordine iuditiario. 6. part. 7. membro iuditij. nu. 6. & alibi ſæpæ.

QVIN & ſat eſt, vt dicta bona ma-
ioricatus ſint, quòd ea † comitatus nomi 3
ne, dictus comes poſſidet, ſuíque prædeceſſores etiam poſſiderunt, et vt primo genitis debita, & in diuiſibilia, vt probatur in c. 1. §. præterea ducatus. in titul. de prohi. feu. alie. per Federi. & traditur. in cap. licet. de vot. & idem Ioa. And. col. 2. verſ. ordine genituræ. & ibi Hoſtien. col. 3. verſ. ordine genituræ. dem & tenet Specul. in titul. de feudis. § 2. colu. 17. verſ. 34. quæritur. & doctores. in. cap. ſi hæredes. de teſtamen. vbi gl. in verb. interdicatur. et Bart. in conſi. 72. ex facto. col. 2. verſicul præterea per ſtatutum. et idem tenet Bald. in authen. hoc amplius C. de fideicommi. col. 2. verſic. item quia di-

verſi. fallit etiam in feudo. C. de condit. infert. poſt Odofred. in. l. ſucceſsione. col. 1. verſi. quod facit pro conſuetudine. C. de decurionib. lib. 10. & Oldra. in dicto cõſi. 94. eleganter. col. 4. verſi. verum quia vnitas, cum plurib. ſequentib. & in conſi. 237. per lectis. col. 2. verſi. hinc eſt quòd diuiſio. & idem tenet Alberic. in prohemio. ff. §. diſcipuli. colu. 2. nu. 3. & col. 3. nu. 6. verſi. quantum igitur. & And. de Iſern. in ca. 1. de feud. mar. in vſib. feudo. col. fi. ver. ſi vero in feudum, es Abb. in. c. dilecti. col. 3. verſi. in glo. tertia, in medio. de arbit. & in conſi. 12. primum nunquid. col. 3. verſi. ſciendũ eſt enim. lib. 1. & Ancha. in cõſi. 339. pro maiori. col. 2. verſi. ſecundum videndum. cum ſequentib. & Calderi. in titul. de feudis. conſi. 12. an feudum. col. 1. verſi. item regnum. et Guid. Pap. in conſi. 140. conſilium. nu. 2. verſi. ideo ipſe. lib. 2. & in conſi. 131. circa. nu. 3. verſi. ad tertium. lib. 2. poſt Angel. in cõſi. 287. pro clariori. col. 5. verſi. quinimo et in talibus. & idem tenet Marti. Lauden. in primogeniture. tractatu. in. 8. q. per totã. et alij. quos Fel. refert et ſequitur. in. c. prudentiam. de offi. delega. col. 2. nu. 6. verſi. vbi vero eſt dignitas. & Bologni. in cõſi. 62. vt in præſenti aurea. col. 4. verſi. hic eſt quod dicimus. & Deci. in conſi. 389. viſa longa. col. 3. nu. 6 et. 7. & Anto. Corſet. in tractatu de poteſtate regia. 2. part. q. 7. nu. 5. in fine. et Guillel. à Monſ. in tracta. de ſucceſsione regnum. 5. dubio. nume. 7. et idem etiam et ſingulariter tenet. Roderi. Suar. in repet. l. quoniam imprioribus. 11. limita. colu. 2. verſicul. hæc obliuioni non tradas, cum pluribus. ſequentibus. C. de in offi. teſta. & Vldari. Zaſi. in tracta. feudorum. titul. de feudi ſucceſsione. nume. 42. & Aym. Craue. in conſilio. 135. verba decreti. columna. fi. nume. 45. & Iacob. Rebuf. in. l. 1. C. de dignitatib. libro. 12. col. fi. verſicul. ſed quiderit in baronia. et Ioa. Lup. à Pal. Rub. in ſuis quæſtionibus in materia maioricatus (non dum typis traditis) in q. 78. incipiẽ. nota quòd princeps donãdo alicui. idẽ et tenet Greg. Lup. in l. 12. tit. 1. par. 2. in verb. Heredamiẽto. et idẽ Greg. Lup. in. l. 2. titul. 15. part. 2. in verb. El mas propinco pariente. Colu. 1. verſicul. et ſecundum hoc. et Anto. Gometi. in. l. 40. Tauri. nume. 12. verſicul. ſed his non obſtantibus, et Ferdinan. Mencha. in. 1. parte. tractatus ſucceſſionũ §. 26. nume. 92. Et præter. d. §. præterea ducatus. idem probatur in. cap. in apibus. 17. q. 1. et in cap. quòd autem. 23. q. 7. et in cap. quoniam. de offi. ordina. et eſt ad idem glo. in dicto. cap. licet. de vot. in verb. priuandum. et glo. in. l. communi diuidundo. in verb. et eſt etiam confundere. in fine. ff. commu. diuidun. ad quod eſt bonus tex. in. l. 6. verſicul. ☙ Otroſi dezimos. ❧ titul. 10. parti. 5. et tex. in. dicta. l. 2. titul. 15. parti. 2. verſicul. ☙ Pero con todo eſſo. ❧ Et licet aliqui ex dictis iuris doctoribus, loquantur in ſucceſsione regni, idem dicendum eſt, in ſucceſsione cõmitatus, ducatus, vel marchionatus, cum etiam hæc dicantur dignitates regales. vt conſtat in. cap. 1. de feud. march. duca. in vſib. feudo. ad quod et eſt bonus tex. in. l. 11. titul. 1. part. 2. et ibi Greg. Lup. in verb. en Alemaña. et in ſpetie ita tenet Bald. in conſi. 275. quòd pro regula. nume. 3. verſicul. ſuper ſecundo. lib. 2. et Soci. in conſi. 67. conſilijs noſtris. colu. 2. nume. 3. lib. 1. et facit, quia comes in ſuo comitatu, magis equi paratur regi, quàm præſidi. vt ad notat Bald. in. l. receptia. colu. 2. verſicul. ibi omnes perſonales. C. de conſtitu. pecu. quem refert et ſequitur Carol. Rui. in conſil. 134. ex duobus. nume. 9. lib. 1. cum alijs de quibus idem Carol. Rui. in conſil. 130. de duobus nume. 22. lib. 5. et alibi ſæpæ. Et ſtatutum in ſucceſsione regni, dicitur ſtatutum, in ſucceſsione inferiorum dignitatum, et maioricatum, ita intermmis tenet Paul. Caſtren. in conſi. 164. in præſenti cauſa quæ vocatur maioriæ hiſpalenſis. colu. 1. nume. 1. verſicul. ſed hic apparet. lib. 2. et Alberi. in dicto

prohe

prohemio.ff.§.diſcipuli.col.3.nu.6.ver. quã tum igitur & Paul. refert & ſequitur Bologni in.d conſi.62.col.4.verſi.quis eſt qui dubitet,& Guiller. Bened. in.c. Raynuntius.in verb.in eodem teſtamento relinquens.in.1.nu.168.de teſta. & Do. Couarru.c.5.nu.5.verſi.quarto lib 3.variarum reſolu.& nouiſsimè Anto. Gome. in.d l. 40.Tauri.nu.11.in fine.& nu. 65. propè finem,vbi ad hoc pōderat dictam.l.12. tit. 1.parti.2. & Grego. Lup.in.d.l. 2. titul. 15. parti.2.in verb. El mas propinco pariẽte. col.1.verſi.& ſecundũ hoc, & idem Greg. Lup.in.l.3.in verb.mugeres.col.2. verſi.& de more Hiſpaniæ eſt.tit.13.parti.6. cum alijs de quibus, Pet. Dueñas in ſuis regul. & falſen.in regula.316.fœuda dignitatum per totam & Ferdi.Mencha.1.par.tracta. ſucceſsionũ. lib.3.§.26. nu.86. in princip. & nu.94.

EX quibus breuiter,primus abſoluitur punctus.

QVO ad ſecundum,conſtanter dicimus,dictam regiam facultatem dicto comiti denegandam, & dicta bona pro dictarum filiarũ dicti comitis dotibus alienari non poſſe.

PRIMO hoc conſtat,quia ſi dictorum maioricatuum tenorem perſcrute-
4. mur,ſat conſtat dictorũ bonorum † alie
nationem expræſsim prohibitam, dotis etiam ex cauſa.

Tum quia, eorum conditores, nulla ex cauſa,ipſam alienationem permitunt & verbis ita vniuerſalibus, quòd in eis cauſa dotis comprehenditur. ex tex.in.l. Iulianus.ff.de leg.3.& in.c.ſolitè.de maio. & obidien. cùm alijs, quibus & alludit,
5. quia † vniuerſalia verba,generaliter, vni
uerſaliterque, intelligi debent: ita quòd omnes caſus, in eis cõprehẽdantur. ff. de publicia.l.ſi prætiò,et etiã caſus cõprehẽdit priuilegiatos.l.in fraudẽ.§.bonorũ.vbi Bald.col.1.verſi.in tex.generalis. ff. de teſta.mili.cum alijs de quibus recentiores. in.l.1.ff.de regul.iur. præſertim Deci. col. 1. nu.9. & extraditis per eumdem Deci. in conſi.348. de duobus. nu.5. col. 2. verſi. nõ obſtat. ad quod eſt bonus tex.in.l. ait prætor.§.ſi cũ mulier.ff.quæ in fraud. credito

QVÆ præcipuè obtinent, ex verbis negatiuis, Por ninguna cauſa. Dictis maioricatibus poſitis,quæ magis quàm affirmatiua, caſuum excluſionem operãtur.ex traditis in.l.hoc genus, & illic glo. in verb.nubendo,ibíque docto.ff. de con di.et demonſtra.tex.in.l. ſi mulier. §. 1. ff. quod met cau. notatur in.l. iam dubitari. ff.de hæredib. inſtituen. & in.l.ſi is qui. §. vtrum.ff.de reb.dub.

ELVCENT iam dicta ex alio, quia ob id dictorum maioricatuum conditores, ipſam dicunt prohibere alienationem, vt bona ipſa ſemper maneant, in eorum familia, & agnatione, & apud ſuos deſcendentes, vt eorum agnatio cõſeruetur,quod in quam eſſe non poſſet,ſi ſucceſſores pro ſuarũ filiarum dotibus, bona vinculata alienare valerent. Nam præter dictorum bonorum alienationẽ, agnatio ipſa, ex dictarum dotium conſti
tutione,periret:cum † diuitiæ,agnatio- 6.
nes,& familias,tueantur, vt beatus Augusti.cenſet.in ſuo libro de ciuitate Dei.ca. 100.& Ioa.And. in Specul. additionib. in rubri.de ſucceſsionib. ab inteſta. col.2.in addi.incipien. quatuor modos.col.2. ver. & cõſeruatur,& beatũ Augu. refert Alex. in conſi.52.circa hanc dubitationem.col. 1.verſ.iſtis modo præſupoſitis.lib.4. et ſatis probatur in authe.de defenſorib.ciuita.poſt princi.colla.3.et in.l.honor municipalis.§.de honoribus.ff.de mune.et hono.ibi. Facultates quoque. Et idem probatur in authen.de teſtibus.§. Sancimus. colla.7.& in.l.quiſquis.C.ad.l. Iul. Mageſta.& in.c.ſi qui teſtiũ.de teſtib.cum alijs. de quibus And.Tiraquel.in tracta.de nobilitate.c.3.nu.1.cum plurib.ſequentib. & vileſcit dignitas, ſinè diuitijs, vt in Clemen. in plæríſque, de elect. et eſt bonus tex.in.l.cum filius.§.pater.ff.de leg.2. ibi. ❧ Plus tribuas in honorem nominis mei. ❧ Et tex.in.l.44.titul.5. par.5. ibi. ❧ Mas que finque ſiempre a mi hijo, o a mi heredero, porque ſea ſiempre mas honra-

honrado, E mas tenido. ※ Cum ibi ſingulariter traditis per Greg. Lup. in verb. Mas honrado. Quorum maioricatuum, et familiarum conſeruatio rei publicæ intereſt, & in quantùm poteſt eſt ſubſtinenda, et non minuẽda, ex tex. in l. 1. §. quamuis. verſi. publicæ. ff. de vent. inſpicien. ad notat Cinus, et docto. in. l. i. C. de adulte. col. 2. verſi modo ponamus. et Bald. in. l. 1. C. de ſum. trinita. col. 11. verſ. contrarium eſt verum, et dicit beatus Bernar. relatus per Abb. in. c. licet. de voto. col. pe. verſi. in glo. tertia. in fine. loquendo in filijs comitis, quòd melior eſt aliorum filiorum diſperſio, inter nobiles, quàm hæreditatis diuiſio. ſunt & aliæ concordantiæ, de quibus Grego. Lup. in noſtris terminis. in. l. 6 titul. 11. parti. 6. col. 8. verſi. tales licentiæ, in fine. vbi plura refert in hoc propoſito videnda, & inter alia ibi conſuluit, tales li-
7 centias regias quæ facultates † ad alienãdum bona maioricatus, nunquàm, aut raró concedendas, & tunc cum magna cauſa, cùm tales licentiæ, dicat, quòd tendũt contra publicam vtilitatem, quæ cõſiſtit in conſeruandis bonis maioricatus in familia, vel agnatione, ex pluribus quæ ibi refert. et idem dicit Couarru. in. c. 6. colu. fi. verſi. quòd ſi habita. lib 3. varia. reſolu. et ſingulariter idem tenet, Dominus dõnus Ant. de Padill. in repet. authe. res quæ C. commu. de leg. et fideicommi. nu. 118. vbi plura refert, præſertim cauſæ cognitionem tunc requiri, & ſequentem in gradu, tunc citandum, quibus et accedãt tradita per Anto. Gome. in. l. 40. Tauri. nu. 89. verſi. ſed his non obſtantibus, cum ſequentib. ratio enim prædicta conſeruationis familiæ, ſcripturas dictorum maioratuum exponit, et extendit. ex tex. in l. cũ pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. 2. et in. l. fi. ff. de hæredib. inſtituen. et in. l. illud. ff. ad. l. Aquil. cum ſuis vulgatis.

E T cùm de dictorum cõdẽtium ma-
8 ioricatuum voluntate conſtet, illa † obſeruanda eſt, authen. de nupt. §. diſponat teſtator. colla. 4. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. et demonſtra. l. cũ talis. in fine. C. de leg. et eſt bonus tex. in. l. 40. Tauri. verſi. ſaluo ſi otra coſa. cum alijs ſuis notiſsimis.

V E R V M, et de dicta voluntate diſponentiũ, ſat conſtat, quia dictus maioricatus regia facultate eſt factus, in qua dicitur, etiã ex cauſa pia, bona dicti maioratus non alienanda, et ita etiam priuilegiatam excludit cauſam, et illam, quæ conceditur, ex diſpoſitione tex. in. d. authen. res quæ. C. commu. de leg. et fideicommiſſ.

Q V O fit, et dotis ex cauſa, dicta regia facultate, alienationem inhibitam, ſi quidem, dotis cauſa † non ſemper pia ſit, ex traditis in. l. ſi donaturus. ff. de con- 9
di. cau. da. cau. non ſequ. ad notat Bart. in l. cùm is. §. ſi mulier. col. 1. verſi. oppono ſupra titul. ff. de condi. in debi. et ibi eſt ad hoc tex. quem ad hoc Iaſo. ibidem notat nu. 1. et Ludo. Roma. in repet. authen. ſimiliter. C. ad. l. fal. col. 2. nume 5. et docto. in. l. ſi conſtante. in princip. ff. ſolu. matrimo. cũ alijs de quibus Deci. in. l. eius qui in prouintia. ff. ſi cert. peta. in. §. placebat. nume. 5. in fine. col. 2. & idẽ Deci. in cõſi. 348. de duobus. nu. 5. in princip. & ſingulariter Roderi. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus. in declara. ad. l. regiam. 9. q. nu. 3. per totum. C. de in o ffi. teſtamen. maxime ibi in verſi. nihilominus. Et late per Lauren. Calca. in conſi. 30. Antonius. col. 5. verſi. nec dos, vbi ait, quòd dicere cõtrarium eſt communis error. et ſi cõtra Calca. teneat doctor Peralta in. l. 1. nume. 27. ff. de leg. 2. cum hac diſtinctione an talis vxor ſit pauper vel diues.

H I S & fauet, quia & in maioricatu oppidi de Villada. expræſsim, etiam pro dote alienatio eſt prohibita, quæ diſpoſitio ad vnguem ſeruanda eſt, ex ſupradictis.

E X quibus confeſtim ſuboritur, dotis ex cauſa, dicta bona maioricatus, alienari non poſſe. dictæ authentic. res quæ, ſanctione, non refragante, que hoc in negotio, non ſubſiſtit, et ſequentibus.

Primo

PRIMO, quia ipſa authen.res quæ non loquitur, cum verbis ita vniuerſalibus,
10 † et generalibus, alienatio prohibetur, ſeu ſi expræſſim dotis ex cauſa alienatio prohibita ſit, namque iuſta cõmunem opinionem, dicta authẽ.res quæ, ex teſtantis mente præſumpta obtinet. Quo fit, ex contraria teſtatoris mente, dictæ authen. diſpoſitionẽ Cæſare. ex tex. notabili.in l.cùm ex filio.§.filio.ff.de vul. & pupil.ſubſtitu. et in.l. adigere. §. quamuis.ff.de iur.patrona.et in. c. cùm ceſſante.de appel.cum alijs, & in noſtris terminis, quòd dicta authẽ.res quæ, locum minime habeat, ex cauſa dotis alienatione expræſſe ꝓhibita. tenet Bald. per tex. ibi in.c.1.§.donare.col.1.verſi.oppono de authen. in titul. qual. feud. pote. aliena. vbi ſingulariter id concludit. et ibi aſsignat rationem prædictæ ſententiæ, quia diſpoſſitio illius tex eſt exorbitans à regulis iuris cõmunis, et quòd ideò, non debet extendi vltra caſum in quo loquitur, ex vulgatis iuribus, & ſecũdum prædictam Bald.ſententiam, conſuluit Alex. in cõſi. 56.conſideratis verbis.col.1.verſi.item licet, cum ſequentib.lib.1.et idem Alex. in conſi.23.conſideratis verbis.col.2.verſi.& ſic idem licet.lib.2.cui et Iaſo. ad ſtipullatur, & eſſe communem ſententiam dicit in.l.filius familias.§.diui.ff. de leg.1.1. lectu.nu.59.66.et 70.et in.2.lectu.nu.99. & idem Iaſo.in dicta authen.res quæ.nu.24 in fine.vbi & hanc dicit eſſe communem opinionem.et iterum ibi. nu. 25. et Curt. Iuni.etiam ibi nu.35.in fine.et nu.36.&idẽ tenet Soci.in conſi. 75. circa præſentem. col.fi.nu.17.verſi.vltimo reſpondetur.lib. 1.& Guid.Pap.in deci. 611. vtrum alienatio.nu.3.ver.ſed quid ſi alienatio.et idem conſuluit idem Guid. Pap. in conſi.102. pacta ligant homines.col.2.ver.ſicut etiã in ſimili.lib.2.et melius in conſi.140. conſilium pro nobili.nume.9.verſi.ſed his nõ obſtantibus.lib.2. & Ioa. Fran. de Rip. in d.§.diui.nu.73.verſi.limita primò. et Hieroni.Grat.in conſi.17. quoniam præſens. nu.20 lib.1.& Roderic.Suar. in repet. dictæ.l.quoniam in prioribus. C. de in offi. teſtamen.in.2.limita.ad.l.regiam. col.17. ver.in vno caſu.et Paul.Pariſi.in conſi.63. capiendo.nu.34.cum plurib.ſequentib.li. 2.vbi ait ſe ita conſuluiſſe, in cauſa magni militis, & idem tenet ipſe Paul. Pari. in conſi.52.in hac nume.37.lib.2.et ſingulariter idem tenet. Ioa. Lup. à Pala. Rub. in repet.rub.de dona.inter vir. et vxor.§. 16.col.3.nume.11.ver.niſi ſpecialiter, cum ſequentibus: quia ibi dicit, quòd cõditor maioriæ poteſt apponere talem legem, vel conditionem, & hoc ex pluribus quæ ibi allegat.& idem tenet Tiraquel.de primogenitura.q.61.nume.7.& hanc dicit eſſe receptiſsimã ſententiam in hoc Hiſpaniæ regno Arias Pinel.in repet.l.1.C.de bon.mater.in.3.part.nu.102. ver. ſed receptiſsima.fol.mihi.159.col.1. & hanc opinionem dicit eſſe communem & ſequendam in Iudicando dominus Anto. de Padilla (vir quidem omni nobilitate & ſciẽtia polens, nunc præſes militarium ordinum meritiſsimus) in rep. dictæ authen. res quæ.nu.116. & 117. (licet inibi Ab hac opinione recedere videatur. & idẽ tenet Carol.Ruyn in conſi.123.quia circa.nu.10 lib.2.vbi et ait, idem eſſe, quando teſtator alijs verbis vniuerſalibus loquitur, & idem etiam tenet Greg. Lup.in l.6. titul. 11.parti.6.col.5.verſi. item etiam facit. cũ ſequentib. verſiculis vbi in propoſito ſingulariter loquitur.& Anto.Gome.in.l.40 Tauri.nu.87.col.6.illius numeri. ver. vnũ tamen eſt.poſt Couarru.in.cap.6.lib.3. varia.reſolu.nu.10.ver.tertiò vt quibuſdam cum ſequentib.et nouiſsimè hãc dicit eſſe communem ſententiam.Rolan.à Valle.in conſi.85.domini col.3. nu 23. lib.1. & ad prædicta ſatis vrget tex.in ſimili.in authen.de aliena. et emphiteo.§. ſanctiſsimarũ.colla.9.in verbis. Niſi ſub hac conditione poſſeſsiones aliqui eis dederunt, vt nullo modo has alienent. Et ibi eſt notabil.glo.ad hoc. in verb. alienẽ.

NEC huic priori ſolutioni, ad dictã authen.res quæ dicto ſuffragatur comiti, quædam verba quæ in maioricatu Archi

talaſi

talaſi donni Alfonſi Henriquez,& donnę Ioannę de Mendoza eius vxoris,ſunt collocata,quibus in quàm decreberũt, quòd eius filij primogeniti', ſine filijs maſculis deſceſſerint,filias tamẽ progenuerint, ꝙ maſculus in maioricatu ſuccedens, illis pro ſuis dotibus certam pecuniæ quantitatem tribuat, quod & comes Henricus ſuo teſtamento,& maioricatu voluit.Nã quidem hæc verba nihil ad contrariam ſententiam,ſub inuitare valent,& ſequẽtibus.Et ſi tales grauamen potuerit apponi.vt tenet Greg.Lup.in.l.10.titu.9. parti. 6.in verb.de aquel.col.fi.verſi.&.facit.

Primo,quia hęc verba,negotio noſtro ab ſimilia ſunt,ſiquidem tantum verba illa dirigantur,ad primogenitum dicti Alfonſi & Ioannis.at non ad alios ſucceſſores,in quibus idem voluiſſe non explicuerunt.Et ob id forſam,quòd proprias filias quas notas habebant, diligerunt, potius quàm alias ſuas deſcendentes,quę conſideratio munitur,ex traditis in.l.qui filiabus.ff.de leg.1.& in.l. ſi viua matre. C.de bon.mater.& in.l.Lutius.ff.de hæredi.inſtituen.& in.l.quotiens. ff. de vſufruct.& alibi ſępę,quibus fauet tex.notabilis in.l. publius.§.fi.ff.de condi. & demonſtra.& tex in.l.ſi in teſtamẽto.& ibi Alberic.col. 2.verſ.quęro qualiter.ff.de vulga.& pupil. ſubſti.& ad notant doctores in.l.ff.de reb. dub.& eſt ad idem bonus tex.in.l. qui fundum.§.qui filios.ff.ad.l.fal.cum alijs.

Secundò, quia dicta verba, cùm ſuus filius primogenitus deceſſerit, loquũtur. Quo fit,quòd cùm ipſe primogenitus cũ filijs deſceſſerit, eis dictus comes iuuari nequit.l.ſiquis hæredem.C.de inſtitut.& ſubſiſti.ſub condi.fact.l. ex facto.§. ſiquis rogatus.ff.ad Trebel.l.cũ vxori.C.quand. di leg.ced.l.pater ſeueri nam.§.in fideicommiſſo.ff.de cond.& demonſtra.cum alijs de quibus Deci.in conſi.95.& pro tenui facultate.col.4.verſ.ſed tamen prædictis.cũ ſeq.vbi plura notabilia dicit ĩ hoc propoſito videnda,& per eundẽ Deci.in conſ.377.viſus & diligẽter.col.2.verſi.circa primum.cum ſequentibus.

Tertiò,quia cũ illud tantũ in filiabus primogeniti ſit ſtabilitum,in cęteris deſcendentibus fœminis videtur prohibitũ.C. de procura.l.maritus. &.ff.de iudi.l. cùm pretor.cũ alijs,ſi enim,idem in alijs ſucceſſoribus conſtituere voluiſſent, vtique expręſsiſſent,cùm in eorum mera voluntate id poſitum erat.nec ſufficit teſtatorem ita voluiſſe,niſi diſponat ex tex.in.l. 1.§.ſin autem ad deficientis.C.de cadu. tollen.& in cap.ad audiẽtiam de decim, &eſt ad idem tex.notabil.in.l.quidã cùm filium.ff.de hæredib.inſtituen. quem ad hoc dicit eſſe notabilem.Deci.in cõſ.89. viſo puncto.col.3.verſ.confirmatur hoc, & idem Deci.in.d.conſi.377.col.2.num.2. verſi.quia ad hoc reſpondetur, cùm alijs de quibus Card.Pau.Pari. qui ſingulariter loquitur in conſ.87.vidi et legi.n.17.et.18. li.2.et Aym.Craue in conſi.161.verba.nu. 14.et alibi ſępę,et eo pręcipue,quia dicta verba conditionalia ſunt, et ob id,infor-
ma † expecifica ad implenda ſunt.ff. de 11
condi.et demonſtra.l.qui hęredi.et.l.meuius.ff.eod.titul.cum alijs.et eſt ad idem bonus tex.in.l.5.titu.4.parti.5.et ad notat ſingulariter in propoſito.Bart.in.l.Gallus. §.et quid ſi tantum.ff.de libe.et poſthu. col.3.verſ.ſi vero prouiſio fiat in vnum caſum per modum conditionis. cum alijs quę Deci.tradit. in dicto conſil.89.col.2. verſ.et quia conditio.et per eundem Deci.in conſ.63.et protenui.col.2.et quia cõditio iſta.poſt Oldrad.in cõſ.356. ex ſerie teſtamenti.col.2.verſicul. quarto confirmat. vbi ſingulariter loquitur in noſtro propoſito per totum illud conſiliũ. Et ſuf-
ficit cõditionẽ † ſemel fuiſſe impletam. 12
ex tex.in.l.in ſubſtitutione. ff.de vulg. et pupil.et in d.l.ſi quis hæredem.C.de inſtitu.et ſubſti.ſub condi. fact. cum alijs ſupra allegatis.Euentus enim conditionis, purificat actum,ac ſi ab initio fuiſſet purus.ex tex.in.l.fin.§.Titius. ff.de vuulg.et pup.ibi. *Sed ſi extiterit conditio.* Bonus textus in.l.ſi pupillus.in fine.ff.de condit. inſtitu.et in dicta.l.quinta titulo quarto, parti.quinta,optimus tex.ad idem.in.l.13

verſ. *Otro ſi dezimos*.ti.4.part.6.ſunt & aliæ concordantiæ de quibus Deci.in cōſ. 79.& pro tenui.col.2.verſ.ſed in caſu iſto. Et de prima vice intelligēdum eſt, (& ſic de filiabus primogeniti tantùm non verò de filiabus omnium deſcendentium conditoris maioratus.) ex.l.vobes.§.hoc ſermone cum ſuis vulgatis.ff.de verbo.ſignifica.& eſt ad idem optimus tex.in propoſito (cum ſua materia) in.l.ſi plurib.hęredibus. ff.de leg.2. cum alijs de quibus ſingulariter Deci.in dicto conſ.291.col.4 nu.6.verſi.his præmiſsis.per totum, & in verſicu.& prædicta concluſio. Præſertim cùm agatur de onere perpetuo primogenitorum.vt aduertit Deci.in dicto conſi. 291.col.fi.n.8.in fine. Huc & ſpectat, quia
13 diſpoſitio † de perſona ad perſonam, non eſt extendenda, etiam ex diſponentis veriſimili mente.ff.de teſta tute.l.ſi quis ita §.penul.bonus tex.in propoſito.in.l.ſi ita ſcriptum ſit.verſic.quod non eſt econtrario.ff.de leg.2.cum alijs. quod & ad notat Areti.in dicta.l.Gallus.§.& quid ſi tātum num.18.verſ.ſecundo adde.& Deci.in dicto conſi.291.viſis & diligenter.col.4.nu. 6.verſicu. ſecundò præmitto.& latè idem Deci.in.d.conſ.377.col.2.verſicul.quia ad hoc reſpondetur.nu 2.& 3. & nu.5.cū alijs de quibus meminit ſingulariter Iaſ.in cōſilio.220.col.3.ad fi.cum ſequent.lib.2.vbi hoc intelligit, dato quòd eadem ratio militaret & præſumpta mens teſtatoris in alia perſona, & dato etiam, quòd teſtator ſi fuiſſet interrogatus, de alia perſona idē veriſimiliter de ea reſpondiſſet, nam his omnibus concurrentibus (ſecundum eū) minimè debet fieri extenſio de vna perſona ad aliā: & iam dicta latè tradit Card. Paul.Pariſi.in conſ.87.vidi & legi.col.3.n. 12.cum ſequentibus libro.2.& notabiliter Aym.Craue.in conſ.161.verba.n.11.cū plurib.ſeq. Et limitatus caſus limitatum effectum habere debet.ff.de adqui.rer.domi. l.in agris.&.C.de tranſa.l.age cum Geminiano.cum alijs. Non enim noſtrum eſt, diſpoſitionem extendere.ff.de fideiuſſo. l.fideiuſſores magiſtratum.§.pro aurelio. &.ff.de pact.l.ſi vnus.§.ante oīa.&.C.de fideiuſ.l.fideiuſ.cū alijs.quod ad notat Bal. in.ca.1.in titu.quali domi.à propriè.feud. priue.col.verſic.ſecus in conuentionali.& alibi ſæpę traditur.& idem conſtat.in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matri. & in.l.ſi ſeruum.§.prætor ait.ff.de adqui.hęredita.

QVARTO, & iam dicta ſuadentur, quia non eadem in eſt ratio in ſequentibus, quæ in filiabus dicti primogeniti. vt potèque, magis dilectæ: & ob id, caſus ſequentium fœminarum non ſimilis, ſed diſsimilis vtiq; eſt ff.de ſta.homi.l.cùm quæritur.& quæ Baldus.tradit.in.l.nèque leges columna prima verſiculo, & nota quòd illa ſunt.ff.de legibus.cum alijs quæ congerit Deci.in capitulo tranſlato. columna penultima, verſiculo circa ſecundam concluſionem.& in verſi.& in ſtatuto contra ius commune.de conſtitu.in ſecunda lectione, & plenius inibi in.1.lectu. columna tertia, verſiculo in gloſſa ſi inſtat. Imò & gloſ.in capitulo non poteſt.in verb. curam animarum.de præben. libro ſexto, ait, conſimilem caſum † non poſſe 14
dici, cùm aliqua diſsimilitudo in eſt. Quim & cùm caſus ſimilis eſt, in conditionibus volūtarijs, de caſu ad caſum non admititur extēſio, pręcipuè.ꝗ perſona ad perſonā, ſecūdū Bar.in.d.l.Gall.§.& quid ſi tantū.co.3.verſ.ſi verò prouiſio fiat.cum alijs de quibus Deci.in cōſ.89.viſo pūcto. col.2.verſ.& quia cōditio.& col.3.verſi.2. pōt reſpōderi.& in.d.cōſ.63.col.2.verſi.& quia conditio.& alibi ſæpę. His & conducit, quia caſus præter teſtatoris ordinationem, contingens (etiā ex rationis maioritate) in diſpoſitione minimè cōprehēditur, vt palam Cin.tenet.in.l quod fauore.col.fi.verſ.& annectit.& in verſ.ſi ꝑter legis.C de legib.& Ancha.in conſ.356. ex ſerie teſtamenti.col.3.verſi.2.hoc probat natura: in fine, & in verſic.non obſtat quarta ratio.& Deci.in dicto conſilio 63. num.1.cum 3 ſequen.col.2.verſi.& ita his rationibus, & in dicto conſ.291.colu. pen. nume.7.verſiculo capio vltimam ſubſtitutionem. Præter hoc, quòd argumentū à ſimi

à ſimilibus, fallax ſit.vt in auth. de inſtru.
fid.& caute.§.ſi verò. nullus.colla.7. & in.
l.ſi idẽ.C.de codici.cũ alijs,de quibus Al-
beri.in ſuo dictionario.in verb. argumen
tum.co.3.verſ.ad pacta.Et ſi dicta extẽſio
fieret de iure(vt negamus)tamen ex quo
reſultaret abſurditas magna,videlicet,in
perditionem perpetuam nominis, & di-
gnitatis,familiæ,& domus cõditorũ ma-
ioratuũ prædictorũ,& bona progenitorũ
transfererentur in alienas familias: quod
dici non debet(vt de ſe conſtat)quo in ca
ſu nullo modo extenſio permittitur,vt fe
rè in proprijs terminis conſuluit Ancha.
in.d.conſ.356.col.fi.verſ.nam ex cõtraria
ſequeretur de facili.& Ancha.refert, & ſe
quitur Guill.Benedict.in repet.c. Raynũ.
de teſtamẽ.in verb.ſi abſq; liberis.in.2.in
materia vulga.ſubſtitu.nu.58.& in noſtris
terminis faciũt plures rationes, d quibus
memor eſt luſitanus Arias Pine.(vir qui-
dẽ ſubtilis)in repet.l.primæ.3. part.n. 102.
verſ.ſed reſpondeo.C.de bon.mater.poſt
Guid.Pap.in conſ.140.conſilium pro no-
bili.n.2.verſ.ideo ipſe.li.2.& idem in nſo
ꝓpoſito tenet D.dõnus Ant.de Pad.licet
de prædictis nullam mentionẽ faciat. in
repe.dictæ auth.res quæ.C.cõmu. de leg.
& fid.com.n.118.in fine.quod maximè ꝓ
cedit, cũ cõmunis opinio ſit,ꝙ talis dos
conſtituta de bonis maioricatus, † ſeu re
15 ſtitutione ſubiectis,tranſmitantur ad hæ
redes fœminę dotatę,etiam in proprieta
te,tanquam bona libera,& hoc,ad perpe-
tuam ſubſtitutorum excluſionẽ, ſecundũ
glo.notabilem.in.d.auth.res quæ.in verb.
obligationẽ.in verſ.itẽ quid,quæ gl. Et in
fortioribus terminis alloquitur,& idẽ tra
dũt ibi doctores,& per eoſdem in repeti.
l.filius familias.§.diui.ff.de leg.1.& Carol.
Ruin.in conſ.200. pro deciſione.n.6.li.1.
cum alijs de quibus Aym.Craue. in conſ.
186.pſens cõſultatio.n.14.&.15.& Phanu-
tius.Lucen.in ſuo tractatu de lucro dotis
glo.10.nu.62.vbi hanc dicit eſſe cõmunẽ
ſententiã doctorũ.et alibi ſæpæ traditur.

Quintò & finaliter dictis reſpondetur
verbis,quòd illis non quidem,ad dictarũ
dotium conſtitutionem,maioricatus bo
na vendi conceditur. ſed quòd ſucceſſor
trãſuerſalis,dotem filiabus vltimi poſſeſ-
ſeſſoris certæ quantitatis cõſtituat, quod
ex dictorũ † bonorũ fructibus,vel ex alijs 16
bonis intelligendum eſt,nec videatur cõ
ditores dictorum maioratuum , ſibi ipſis
contrarij,in eadem maioricatus ſcriptu-
ra.volentibus bona talia nulla ex cauſa a-
lienari poſſeſſ.ex text.in.l.non ad ea.ff. de
condi.& demonſtra.& in.c.inter dilectos
de fide.inſtru.cum alijs de quibus ſingula
riter Deci.in conſ.399.concluſionem ple
nè.col.fi.verſ.& nè videatur teſtater. & in
dubio ſummenda eſt interpꝛætatio, per
quam cõtrarietas euitatur, vt ex pluribus
ſupra conſuluimus in conſil.2.nu.86.cum
plurib.ſequentib.& in propoſito hoc ſatis
in terminis tenet Roma.in.conſ.232.qua-
tuor.col.2.verſ.quo ad quartũ.& idẽ con-
ſtat ex Iaſo.in dicta authẽ.res quæ.col. fi.
verſi.duodecimo limita. & vltra eum idẽ
conſtat ex Bald.in.cap.1.in princip.col.4.
verſi.quæro vaſſallus Grabat. in titulo de
ſucceſsionib.feud.lib.feudo.& ex eodem
Bal.in.c.1.§.donare.per tex.ibi in.ti.quali.
feu.aliena.pote.col.1.verſ.nota ꝙ licet pa
ter.& ex Soci.in cõſ.75.circa præſentẽ.n.
12.verſ.itẽ ex alia regula.li.1.& Maynneri.
in regul.in ambiguis.n.29.ff.de reg. iur.&
Ioan.Lup.à Pal.Rub.in.rep.rub.de dona.
int.vir.& vxo.§.14.col.1.verſ.ex quo infer
tur ad quod facit optimus tex.in.l.mulie.
§.cum proponeretur.ff.ad Trebe.& text.
in.l.4.ti.15.parti.2.in verbis infra ponde-
randis.& ſatis idem conſtat ex Roderic.
Suar.in repet.dictæ.l.qm̃ in prioribus. C.
de in offi.teſtamẽ.in.d.2.limi.col.16. ver.
vbi.aũt maioria.et ex Sali.in.l.fi.C.d reb.
alie.col.2.verſ.nũc oppo.Sicuti dicimus,
ꝙ licet pater teneatur ad alimẽta præſtã
da filijs,vt ſunt iura vulgata,tamen ad ta-
lia alimenta concedenda,pater † non te- 17
netur vẽdere proprietatẽ ſuorũ bonorũ,
ſed ea demũ præſtare tenetur,habita cõ-
ſideratione ad fructus,quos ex bonis ſuis
ꝑcipit.ex tex.in.l.ius alimẽtorũ.§.modũ
ff.vbi pupil.educ.debe.vbi eſt bona glo.in

verb.redditum.& ex tex.in.l. imperator. in fine.ff.ad Trebe.vbi Segu.co.fi.facit ad idem optimus tex.in.l.20.ti.16.parti.6.& ita tenet Bologni.in additioni. Anani.in conſ.13.viſis quæ in proceſſu.col.2.verſ.bene verum eſt.poſt Alex.in conſ.100.ſuper primo.col.fi.verſ.clarum etiam eſt,li.1.vbi alios antiquiores refert idẽ tenẽtes, & idem Alex.in conſ.72.viſo proceſſu. col.3 verſi.3.fundamento.lib.5. Deci.in.l. diuus Pius nu.9.ff.de reg.iur.& Boeri.in conſ.17 & Aym.Crau.in conſ.219.licet datũ. col. fi.nu.9.& Greg.Lup.in.l.2.titu.19.parti.4. in verb. *La riqueza*.in fine. & alibi ſæpæ traditur. Ex quibus conſtat, quòd non obſtat dicta obiectio.

Secundò principaliter,& ex alio conconſtat tex.in.d.auth.res quæ.C.communi deleg.& fidei.com.non obtinere: quia
18 † ex contractu alienatio dictorũ bonorũ prohibita eſt,ſi quidem contractibus interviuos dicti maioratus cõfecti ſint:quo in caſu.d.authẽ.res quæ minimè obtinet ex tex.in.l.ea lege.C.de condi.ob cau. & in.l.ſi ita quis promiſſerit.§. ea lege. ff.de verb.oblig.& in.l.fi.C.de reb.alie.non alienan.ad quod eſt glo.ſingularis in propoſito.in.l.nulla in verb.prohibitũ. in fine. C. de iur.doti.& illic Cin.colu.1.verſ.de quo dic.& Bal.col.pen.verſ.modo quæro, vbi multum commendat illam glo. & idem tenent moderni præſertim Ioſ.in.l. filius famil.§.diui.ff.de leg.1.in prima lectu.nu. 67.&.70.& idem ad notat Pau.Caſt.in.d. authẽ.res quæ col.1.verſ.in textu ibi quæ ſubiacent,& ibi etiam Iaſ.n.25. verſ.item ꝙ non ſit.& nu.33.verſ.4.limit.poſt Alex. in conſ.103.viſus ſcriptis.col.5.verſ.2. reſpondeo.li.2.& Soci.in conſ.75.circa præſentem col 3.verſ.contrarium tamen eſt verum.n.9.li.1.& And.Tiraqu.in tractatu de primogenitura.q.61.n.9.& Caro.Mol. in conſ.15.viſo.n.25.& D.Couar.in.c.6. li. 3.varia reſol.n.10.in principio.& Ant.Gome.in.l.40.Tauri.n.87.col.5.illius numeri verſ.ſed ego habeo,& opinionẽ gl.in.d. l.nulla.dicit eſſe cõmuniter aprobatã dõnus Ant.ꝺ Pad.in rep.dictæ auth.res quæ n.116.vbi & refert plures alios idẽ tenẽtes quibus & accedãt,quæ ſingulariter in hoc ꝓpoſito dicit Gre.Lu.dũ loquitur in ſimili ꝓhibitione,bonorũ maioricatus facta in cõtractu.in.l.32.ti.9.par.6.in.co.12. ver. ſed quæro ꝺ pulchr.q.Quin et pleríq;.dd. tenuere, ꝙ quãdo alienationis ꝓhibitio fit ex lege,nẽpè qa bona reſtitutiõi ſubijciũtur,& cõcurrit etiã teſtatoris ꝓhibitio alienatiõis expræſsim facta,ꝙ et ſi in cõtractu nõ fiat,ſed in teſtamẽto ꝙ tũc alienatio fieri nõ põt,etiã ex cauſa dotis,quorũ ĩ quã eſt Bal.in.d.c.1.§.donare.co.1.ver. oppono ꝺ auth.in.ti.qual.feud.alie.pote.ĩ vſibus feudo.cui Soci.cõſentit ĩ.d.cõſ.75. col.fi.n.17.verſ.vlti.reſpõdetur.li.1. & latè Caro.Rui.in.d.cõſ.123.n.12.li.2. & Iaſ.ĩ.d. §.diui.ĩ.1.lectu.n.66.cũ ſeq.& in.2.lect.n. 34.&.n.100.quod etiã.dd.in prædictis locis tenẽt.Et ĩ præſẽtiarũ,vtíq, dictæ duæ ꝓhibitiones ad ſunt,vt ex ſeriæ ſcripturarũ dicti maioricatus cõſtat.et duo vincula fortiora ſunt imo.ex tex.in auth.itaq;. C.cõm.ꝺ ſucceſsio. cũ alijs ſuis vulgatis.

Sanè et tertio,diſpoſitio dictæ auth. res quæ à nr̃o diſsidet caſu, cõſtãtq; etiã, ex dotis,bona prædicta alienari minimè poſſe,dictã quæ facultatẽ iure nõ cõcedẽ dã:qa agimus ꝺ bonis ſui natura nõ alie- 19
nabilibus † nẽpè,qa ſunt maioricatus.ex. l.45.Tauri.(quæ habetur.li.5.nouæ recop. tit.7.l.8.)et ex tex.in.l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.cũ alijs nãq; in feudo,aliíſq; ĩ rebus ſui natura ĩ alienabilibus. d.auth.res quæ, minimè obtinet.vt legitur et notatur in. d.c.1.§.donare.qual.ol.feud.pote. alien.et ad notat Iaſ.in.d.authẽ.res quæ.n.33.col.11 ver.6.limi.Quin,et aliq ſũt,q feudũ † ma 20
ioricatui adæ quãt.vt in expræſsò Bal.tenet.in.l.cũ antiquio.C.de iur. delib.col.5. verſ.10.ſic licet poſſeſsio.et co.pe.ver.ſolutio quæſtio ſtat.et idẽ atq; magis in expræſsò Soci.ad notat.in conſilio.47. facti narratione.nu.12.verſ.confirmatur etiam lib.3.et dominus Couarru.in capitulo. 38. pratica. quæſt.num.13.verſiculo quid verò dicemus in princip.cum alijs de quibus Card. Pet.Paul.Pariſi. in conſi.72.ad veram

veram reſolutionem.num.74.& nu.104. libro.4.& Andr.Tiraquel.in tracta.de primogenitura quæſt.40.num.96.in princi. & in.quæſt.23.num.10.& vide quæ latè in propoſito citaui in repeti. procemij legũ Tauri.nu.72.vſque ad nu.79.Et hæc ſentẽtia conſuetudine videtur munita, ſiquidem ob id ad regem recurritur,vt facultatem tribuat, bona maioratus alienandi pro dotè filiarũ poſſeſſoris maioricatus, fruſtra enim præcibus impetraretur, ſi iure communi eſſet conceſſum.ex text.in. l.1.C.de theſau.lib.11.cum alijs ſuis vulgatis,& in terminis noſtris ita dicit Roder. Suarez in repeti.d.l.quoniã in prioribus, in.2.limita.ad legem regiam.col.16.verſi. ex quibus infertur,& in verſi.vbi autẽ maioria eſſet,& idem aduertunt doctor.ſupra relati.ſiquidem ibidem Roder.Suar. dicat bona maioricatus antiqui dotis ex cauſa alienari minimè poſſe.ob id ibidẽ quærens,an frater habens bona maioricatus,ex quorum fructibus, citra magnum incõmodum ſtatus,perſonæ quæ ſuæ dotẽ ſorori conſtituere valet,vt illi dotẽ aſſignare ſit obnoxius ex ipſis fructibus: quibus et fauet,quia ſi optimè dictæ auth.res quæ,& corporis vnde ſummitur, ex text. in.d.l.mulier.§.cùm proponeretur. ff. ad Trebe.ſanctiones penſitemus,non quidẽ loquuntur in bonis fideicõmiſſi à parẽtibus antiquis de venĩetibus, vt expræſſim aduertunt Rode.Suar.in.d.2.limit.col.16 verſ.ex quibus infertur, & in verſ.vbi aũt maioria eſſet,& idem etiã latè proſequitur Gre. Lup.in.d.l.6.titu.11.parti.6. verſi. quando vero non tractaretur.cum ſequẽtib.& dicta iura non ſantiũt, pro ætatem ipſorum bonorum vendi poſſe. pro filiarũ dotibus conſtituendis, & ſat prædicta conſtant.in.l.3.ff.de interd.& relega. & in l.ſi emãcipatum.ff.de ſenatorib. ( cũ ſua materia)et ex tex. notabili in.l.4.titul.15. parti.2 in verbis. *Pero eſto deue ſer hecho, de manera que no mengue el ſeñorio, como vendiendo, o enajenando los bienes del, que ſon como rayzes del reyno:mas puede lo faze,ď las otras coſas muebles que ouie re.* Et licet prædicta lex partitæ † loquatur in bonis regni,quæ vendi,aut alienari non poſſunt per regẽ poſſeſſorem eorũ:idẽ tamẽ dicendũ eſt,in bonis comitatus, ducatus,& marchionatus quæ etiam prohibita ſunt vendi,vel alienari, ſed tãtum primogenito debentur, vt ſupra latè oſtẽſum eſt,& validũ eſt argumentũ,de bonis regni,vel imperij,ſucceſſori regis debitis 21 † ad bona comitatus, marchionatus, vel ducatus,ſeu alterius maioricatus particularis,vt inſpetiæ argunt Paul. Caſtrẽ.in.d. conſ.164.col.1.nu.1.verſi. ſed hic apparet. li.2.& Bologni.in.d.conſ.62.vt in præſenti.col.4.verſ.quis eſt qui dubitet. in principio.& Didac.ſeptimã.li.1.de Primogenitis Hiſpaniæ.c.22.&. c.23. & idẽ tenent alij ſupra relati.nu.3.in fine. 22

Quartò,à caſu dictæ auth.res quæ longe abſumus,ſiquidẽ tex.ipſe tantũ locũ † habeat in filiabus quæ teſtantis in vita ſunt 23 cõceptæ, aut ſaltim procedit, in filiabus teſtatoris: at non procedit in dotibus aliarũ fœminarũ:ſiquidẽ à primo teſtatore maioria condita fuerit.ex text.in.d.l.3. ff.de interd.& relega.cùm alijs,& ita non poteſt dicta authẽ.res quæ,noſtro in caſu procedere,& ita conſtat ex eadẽ conſtitutione,cũ de liberis loquatur,authoræ Bal. inibi in lectura antiquiori , cui accedit Corne.ibidẽ col.2.nu.1. verſ.ſimiliter nõ habet locum & Iaſ.n.33.verſ.1.limi. vbi illũ tex limitat,vt tantũ procedat fauore liberorũ teſtatoris,& hæc ſententia ſatis ꝓbatur,in.l.Titius ex hæredato.ff. de legit. hæred.& in.d.l.filius fa.§.diui.ff. ď leg.1.& ibi tenẽt cõmuniter.dd. & in.l.1.§. ſi quis ꝓximior.ff.vnde cogna. quibus accedãt, quæ fere in ꝓpoſito refert Gre.Lu.in.l.10. ti.31.par.3.in.verb.otorgado.col.2.verſi. & vltra illa,et quæ etiã in terminis dicit Ia. in cõſ.231.iſti impuberes colu.3 nu.3.l.2.& Albe.Brun.in cõſ.18.in cauſa vertẽte.co.5 verſ.5.etiã,& latè Mayneri.in regu.in ambiguis pro dotibus.nu.31.in fine.&.n.32. ff. de regul.iuris,& quæ tradit Roderi.Suar. in.d.l.quoniã in prioribus.in.2.lim.ad legem regiã.col.16.verſ.ex quibus infertur.

cum ſequentib. et quæ Gre. Lup. dicit. in. d. l. 4. titu. 15. parti. 2. col. 2. verſ. ſi tamen, et idē ſat conſtat, ex doctoribus ſupra citatis, & ita interpretāda sūt quæ tradit Phanutius Lucē. in dicto eius tracta. de lucro dotis. gl. 10. nu. 75. & 76. cū ſequenti. & D. dōnus Ant. dē Padil. in dicta authē. res quæ nu. 114. & 115. ſcilicet, ſi talis filia, vel deſcēdens naſcatur in vita ſui aſcendentis, conſtituētis maioricatū, cuius opinio ex pluribus ſuaderi poteſt, quæ cōgerit Pau. Pari. in cōſ. 63. capiēdo. n. 46. & 47. li. 2. quod præſertim procedit, quia dictus comes plura alia bona non vinculata habet, quæ ex fructibus ſuorū maioratuū percepit, & aliunde (vt notoriū eſt) quo in caſu, ſi conditores dictorum maratuū nunc viuerēt, non tenerentur dotare filias dictis comitis, ab eis deſcendētes, ita cōcludit ſignāter Bald. in dicta authē. res quæ. col. 2 ver. quæro an teneor, & facit quod latè Soci. tradit circa alimēta loquens, in conſ. 161. pro deciſione. nu. 1. cū ſequent. & alibi ſæpæ, & facit tex. notabil. in. l. 4. tit. 19. parti. 4. & ibi Gre. Lup. in verb. tan pobres, à fortiori ergo idem dicēdum eſt in auo vita functo ante natiuitatē ſuarum fœminarum ab eo deſcendentium.

Verum et quintò, ex diſpoſitione tex. in dicta authen. res quæ nulla huic liti ſuboritur difficultas, ſiquidem & Ang. in authen. de reſtitutionib. & ea quæ parit mulier. in princi. colla. 4. in col. 1. verſ per hāc glo. plus voluit, quòd tūc bona reſtitutioni ſubiecta pro dote alienari queant, quā-
24 do dotis alienatio diſpoſitionē † qua bona sūt vinculata præcedit: at ſecus, ſi poſt (vt in præſentiarum contingit) cui & Iaſ. conſentit. in. d. authē. res quæ. col. pen. nu. 33. verſ. 5. limita. & idem Iaſo. idem tenet in conſ. 231. iſti impuberes col. 3. nu. 3. verſ. 3. ſi ex bonis lib. 2. & Caro. Rui. in conſ. 123 quia circa. nu. 13. li. 2. et hæc ſuadentur ex his quæ in ſimili caſu, ſingulariter adducit Gre. Lup. in. d. l. 4. titu. 15. parti. 2. col. 2. verſi. ſi tamen maioria eſſet noua.

Deniq; et dicta authen. res quæ ad hāc non pertinet cauſam: quia vt probatū eſt, dictus comes cōplures bonorū redditus habet, et alia bona, quibus dictis eius filiabus dotem aſsignet, igitur nō poterit, tūc pro ipſis dotibus, bona reſtitutioni ſubiecta et vinculata. tit. maioratus alienare, ſi quidē. d. authē. tūc locū habet, cùm † alia 25
nō ſunt bona, ex quibus dos conſtitui poſſit. Et ſic eius remediū eſt ſubſidiariū, vt ex eadem percipitur auth. et ex corpore vnde ſummitur, & ita in expræſſo tenet Cin. in. l. volūtas. C. de fide. cōmi. co. 2. ver. 4. quæro, et idē Cin. in d. auth. res quæ. co. 2. ver. itē habet locū. et Sali. i. l. fi. C. de reb. alie. non alienan. col. 2. verſ. quæro an prohibitus alienare. et idē Salic. in. d. auth. res quæ col. 2. ver. 4. quæro ſed ego puto. et ibidem Iaſ. n. 33. verſ. 2. limita. et. dd. in. d. l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Treb. per tex. ibi. et Roma. in cōſ. 232. quatuor ſunt quæſita. col. 1. verſ. primum ān dictus et Soci. in conſ. 75. circa præſentem. nu. 13 verſ. quantum verò. li. 1. et Alex. in. d. cōſi. 56. col. 1. verſ. verum quia in hoc. cum ſeq. li. 1. et idem Alex. in conſ. 42. conſideratis verbis. col. 1. verſi. verum quia in hoc, cum ſeq. li. 2. et Franc. de Rip. in. d. l. filius fam. §. diui. nu. 74. et Alber. Brun. in. conſ. 18. in cauſa vertente. column. 5. verſiculo ſexto etiam. et Carol. Ruin. in conſilio. 123. quia circa. numero. 12. in. in fine. libro ſecundo et Andreas Tiraquelus in tracta. de iure primogeniorum quæſtione. 61. numero 10. et Iaſo. in dicto conſilio. 231. numero. 4 verſiculo nam cùm iſta domina. et in verſic. benè facit. lib. 2. et ſingulariter Card. Paul. Pariſi. in d. conſi. 63. num. 49. lib. 2. et Rodericus Suar. in repet. d. l. quoniam in prioribus in ſecunda limitat. ad legem regiam colu. 16. verſiculo, vbi autē maioria eſſet ab auo. et latè Palat. Rubi. in repeti. rub. de donat. int. vir. et vxor. §. decimoquarto, per totū, et latiſsimè atq; eleganter firmat hanc concluſionem. Ioa. Anto. Rube. in. conſ. 59. circa primum dubium. nu. 4. & 5. verſ. verum in caſu cum ſequ. & Hieronim. Grat. in. conſi. 17. quoniā præſens. col. 2. nu. 21. li. 1. & Phanuti. Lucen. in tracta.

tracta.de lucro dotis.glo.10.n.72.& nouiſſimè hanc dicit cõmunem opinionẽ (eã ex pluribus confirmãs) Rolãd.à Valle.in cõſ.85.dñi col 2.nu.9.cum plurib.ſeq.lib.1 & idẽ tenet Illuſtriſsim.dñs donnus Ant. de Padil.in eadem auth.res quæ.nu.42.& plenius nu.118.quibus accedant quæ ſingulariter concludit Gre.Lup.in.l.6.ti.11.par. 6.col.8.verſ.quid autem ſi rex dedit licentiam,& quæ dicit idem Gre.Lup.in.l.10. tit.26.par.4.col.2.verſ.ſed an poſsint bona maioriæ.et col.5.verſ.quid autẽ ſi rex dedit licentiam,pro qua cõmuni ſententia,eſt tex.optimus in.d.l.mulier.§.cùm proponeretur. ff.ad Trebel.in verbis.

Quòd ſi tantum fructus ex hæreditate mulier perceperit,vt inde poterit doti ſatis fieri. Melior tex.ad idem in.l.pater filium in fine principij.ff.de lega.3.ibi. Si non erit aliud in hæreditate, vnde debitum exoluiſſet. Et Illuſt.dñi donnus Ant.de Padil.in.d.auth.res quæ.n.42. et.118.concludit in hoc noſtro caſu,cauſæ cognitionem neceſſariam eſſe, ſequentẽ quæ vocari.Imò amplius ibi vult Padil.ꝙ ſoluto tali matrimonio, in quo fuit promiſſa dos de bonis maioricatus virtutæ regiæ facultatis,id permitentis, cõſideretur,an poſſeſſor maioratus tempore mortis relinquerit aliqua bona libera, ex quibus fœmina dotata poſsit dotem ſuã repetere,et ita inibi tenet, excuſsionẽ neceſſariam eſſe,faciendam quæ in bonis liberis dotantis, quod ante eũ ſingulariter concludit.Alber.Brun.( et ſi eius ibi non meminerit)in dicto conſ.18.in cauſa vertente.col.5.verſ.6.etiam.vbi notanter in ſimili(et à fortiori)concludit,ꝙ licet verum ſit,ꝙ feudum foret quo ad cõmoditatem,et fructus obnoxiũ debitis defuncti,ꝙ iſtud eſſet verum in ſubſidiũ, et vbi eius hæreditas non eſſet aliter ſoluendo, et quòd prius eſſet neceſſaria,excuſsio facienda in bonis defuncti.ad quod allegat notata per Bar.in.l.in illa.co.fi.ff.de verb. obli.quod euidẽter ſuadetur ex pluribus quæ in propoſito cõgerit.Pala.Rub.in repeti.rub.de donat.int.vir.et vxo.§.16.n.1. et.n.5.verſ.ex quo infertur.etGre.Lup.in. l.6.tit.11.par.6.in verb.Que la nõ pudieſſe vẽder.col.7.verſ.quid aũt ſi rex dedit licẽtiã et facit tex.notabilis in hoc propoſito in.d.l.pater filiũ in princip.ff.de leg.3.quæ notabilia ſunt in practica, maxime in hoc regno Hiſpaniæ.

Nec predictis in caſu nr̃o dicere oberit, ꝙ ipſe comes dicat, oẽs bonorũ fructus, conſumptos,et debitis oneratus, cũ eius fructibus ex oluendis.Siquidẽ eius ex culpa,hæc ouenerũt,cũ † nõ deberet plus expendere,quã ſuæ facultates patiantur, ex tex.in authẽ.vt determina.ſit nu.clerico. in princip.colla.1.et ex tex.ſingulari in.l. hiſq.§.diuus pius.ff.đ tuto.et cura.ex tex. notabili in.l nõ plures.C.de ſac.ſan.eccl. vt illicSali.col.1.verſ.nota duo primo.vbi Sali.loquitur per hæc verba. *Ne plures teneas familiares,quã tuæ exigant facultates,et ne maiores facias ſumptus,quam tui patiantur redditus,alias vel ad inopiã irremediabilem deduceris, vel cogeris illicita lucra comitere,quæ nedum animam,ſed famã,et interdũ corpus faciunt extinguere.* Hactenus Sali.quæ verba literis aureis deſcribi deberent, et ea, hic calamo nr̃o tranſumpſimus,vt quotidiè ea in memoria habeamus,quia baldè pulchra ſunt, et noſtris tẽporibus neceſſaria, et idẽ in effectu ponit beatus Bernard.in epiſtola per eum miſſa ad Raymundũ nobilem,et eũ refert,et ſequitur Io.Lup.in.c.per veſtras §.18.n.30.đ dona.int.vir.et vxo.et cũ etiã ſequitur plura alia referẽdo, quidã monachus ordinis beati Franciſci.in ſuo tractatu nuncupato.Eſpejo de la conſciencia,ꝗ trata de todos los eſtados.lib 1.c.46.col.3. verſ.y ſant Bernardo dize.Et his etiã accedant ſingularia verba Ariſtotilis in ſuo aureo lib.de ſecretis ſecretorũ.1.part.in.tit. de regibus et modis eorũ,circa largitatẽ et auaritiam,col.2.quæ in hunc ſunt modum. Debes ergo largiri bona, iuſta poſſe tuum,cum menſura,hominibus indigentibus, atque dignis, qui ergo alteri dat,petat & regulam tranſgreditur largitatis,qui largitur bona ſua,non indigentibus,

bus, nullam adquirit laudẽ, & quid quid datur indignis, perditur. Et qui fundit vltra modum diuitias ſuas, veniet cito ad amara litora paupertatis, & ſimilatur illi, qui ſuper ſedat victoriã inimicis. Et hinc dicit Seneca. Si ſumptus redditibus æquales facias, primum caſum fortuitum, tota domus corruet. Quem refert Ferdinandus Perez de Guzmam. in ſuis dictis. in titulo. De la franqueza. Quibus accedant ſingulariter tradita in propoſito, per Ioan. de Plat. in. l. 1. columna. 2. verſic. nota ergo quòd furnarius. C. de frumen. vrb. Conſtantinopol. li. 11. & quod dicit text. notabilis. in authent. vt hij qui obliga. ſe habe. §. quoniam autem verſic. ſi verò habeat redditus. colla. 6. et text. etiã notabil. in. l. ius alimentorum. verſic. modum autem. ff vbi pupil. educa. debe. & text. in. l. 20. titulo. 16 partita ſexta, & dictam. l. ius alimentorum, verſiculo modum autem multum ad prædicta commendat. Ioan. de Palat. in. dicta. l. 1. C. de frumen. vrb. conſtan. col. 2. eũdem etiam tex. dicit notabilem ſingulariter loquendo in hoc propoſito. Abb. in. ca. licet Heli. col. 2. verſi. item notat quòd ſuſpictio. de ſimonia. & hinc ſingulariter concludit Paul. Caſtren. in. l. ſi conſtante columni. 2. verſi. poſtea per authent. ff. ſolut. matrim. quòd ſi maritus incipit facere maiores expenſas, quàm ſuppetant eius facultates, quòd tunc dicitur maritus ad inopiã vergere, & hinc etiam Angel. dicit. in. d. authen. vt determina. ſit nume. cleri. col. 2. verſ. ſuper textu ibi vltra ſuam ſubſtantiam. colla. 1. quòd prodigus dicitur, qui expendit plus, quàm poteſt ex redditibus ſuis: & hoc ibi tenet per tex. ibi & præter eum eſt ad hoc text. in. l. his qui. §. diuus. ff. de tuto. & cura. dat ab his & Angel. refert & ſequitur Didac. de Suar. in repet. l. imperator. col. fi. verſi. vnum etiam. ff. ad Trebell. & Ioann. Lup. à Palat. Rub. qui plura ſingularia in propoſito refert in repeti. capit. per veſtras de donat. int. vir. & vxor. §. 18. num. 29 30. & 31. verſi. idem dicendum eſt ſi maritus, cum ſequentibus ſunt & ad prædicta plura iura, & rationes, quas ſingulariter adducit Ludou. Roma. in conſil. 364. dum ſecundo quæritur. col. 1. & . 2. & quæ tradit pro & contra Couarr. cap. 6. prati. 99. nu. 3. verſic. ſed ſi quis poſt Tiraquellus in. l. ſi vnquam in verb. bona. nu. 5. C. de reuo. dona. Et in propriis terminis, quòd quando fructus, vel bona, habentis bona reſtitutioni ſubiecta, eius ex culpa ſunt cõſumpta, non poſſint, etiam ex cauſa dotis conſtituendæ, talia bona reſtitutioni ſubiecta alienari tenent Fulgo. & ſcribentes in. d. l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. & ibi etiam Alexan. colum. 1. verſicu. adde quòd licet ipſi. poſt Angel. ibi col. 1. verſi. ſed ſi fuiſſent. in fine. & idem Angel. in. l. Marcellus. §. res quæ. ff. eod. titu. colu. 2. verſ. ſed an pro redemptione. & ibi Imol. colu. 1. verſi. in eadem gloſ. & in verſi. contrarium. & Paul. Caſt. in dicta authen. res quæ col. fi. verſi. pœna enim ibidem quæ & Iaſo. nume. 20. & 21. verſic. ſexto & vltimo. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem, & melius idem tenet ibi idem Iaſ. co. fi. ver. decimo quarto limita. & docto. in. d. l. filius fami. §. diui. & Hieronim. Grat. in dicto conſili. 17. quoniam præſens cauſa. col. 3. nu. 22. verſi. & ſi dicatur iſtè comes lib. 1. & donns Anton. de Padill. in. d. auth. res quæ. num. 121. verſi. quinto limitabis, quod & probatur in. l. ſiue hæreditaria, & inibi Bartol. col. 1. verſ. item quæro. ff. de nego. geſt. & in. l. etiam. §. licet ff. ſolut. matr. & in. l. ſed ſi ex parte. in princip. verſ. quamquam. ff. quod cum eo. quod & fuſæ tradit. Pala. Rubi. in repeti. cap. per veſtras. de donat. int vir. & vxor. §. 14. per totum. Et Pedemonta. in deciſio. 168. quoniam. nu. 18. & in deciſio. 180. ſolet. num. 8. & 9.

Deníque, nec ab hoc negotio, alienum aſſertum videtur, quòd cùm aliqua ex dictis bonis, dicta donna Ioanna de Mẽdoça, aliæ quæ mulieres conſtituerint, (quæ dotem † conſtituere non ſunt obnaxiæ. 27
ex text. in. l. mater. C. de iur. doti. & in. l. fi. C. de dot. promi. & in l. fi. titulo. 11. partita quarta cum aliis.) Quòd bona ab eis

vincula-

vinculata, etiam dotis ex cauſa aliena ri poſſunt, ſiquidem dicta authen. res quæ tantũ procedit in bonis diſponentis, qui dotare filias tenetur, vt traditur in l. à filia ff. ad Trebel. & interminis ita ad notant Bald. in d. authen. res quæ. col. 2. verſi. quæro nunquid hæc authen. habeat locum in teſtamento matris. & ibi etiam Corne. col. 2. nume. 1. verſi. item nõ habet locum & ibi communiter alij docto. cum alijs de quibus Anto. Gometi. in l. 40. Tauri. nu. 87. verſi. tertio notabiliter intellige, & traditur in locis ſupra citatis.

28 Ex quibus omnibus & fit, dictam regiam facultatem † ad maioricatus bona alienanda, ad dictarum dotium conſtitutionem, iure circunſepto, ſtãte dicto dõno Henrico, ipſi comiti denegandam eſſe: ſiquidem, cum vt pleríſque rationibus explicuimus, aduerſus ius ſit, dicta maioricatus bona pro dictis dotibus alienare, igitur cõſequens eſt, principem ipſi iuri minimè derogaturum. ff. de legib. l. princeps. C. eod. titul. l. digna vox. & C. de in offi. teſtamen. l. ſi quando. cum alijs. & ob id princeps ipſe, reſcripta iuri contraria abrogat. C. de præcib. Imperato. offeren. l. reſcripta. cum alijs. & l. 28. et. 29. tit. 4. lib 2 ordina. (quæ habentur lib. 4. nouæ recopila titu. 14. l. 2. & 3. & 4.) et eſt ad idẽ tex. in. l. 31. tit. 18. par. 3. et l 2. ver. Otroſi dezimos. titul. 1. par. 2. & alibi ſæpæ idẽ probatur, debet enim eſſe voluntas principis pro vt iuris ratio dictat. vt in l. ex facto. inibíque docto. ff. de vulga. & pup. ſubſti. quimet Abb. in. c. quæ in Eccleſiarum. de conſtitu. col. pe. ver. circa tertium dicit peccare principem, citra iuſtam cauſam iura abrogantem. cui et ibi docto. cõſentiunt. et facit quod ſingulariter tradit Roderi. Suar. in repe. l. quoniàm in prioribus. C. de in offi. teſtamen. in. 2. limita. ad legem regiam. col. 19. verſi. ex ante dictis infero.

29 SANE & dicta facultas concedenda ex alio non eſt: quia dicti maioricatus conſtituti ſunt, ex diſpoſitionibus prædeceſſorum dicti comitis † quas princeps tollere nequit. vt in l. ſi teſtamentum. C. de teſtamen. & illic expræſſe Fulgo. nu. 2. col. 1. ver. & ſecundum iſtam. & Iaſo nu. 1. ver. & dicit Fulgo. idem & conſtat in. l. fi. C. de poſthu. hæredi. inſtituen. et in. l. 1. C. de ſac. ſanct. eccle. & in. l. in teſtamẽtis. ff. de regul. iur. & in clemen. quia contingit. de religio. domi. & in. l. qua ratione. §. hæquóque res. ff. de adquiren. rer. domi. cum alijs ſuis vulgatis. Et præcipuè, quia contractus iure gentium ſunt initi ff. de iuſti. & iu. l. ex hoc iure. et. ff. de adquirẽ. rer. domi. in dicta. l. qua ratione. §. hæquóque res. & in. l. 2. tit. 1. par. 1. & ita à principe tolli nõ poſſunt. ex tex. notabili. in. l. cùm te. C. de do. ante nupt. & in. l. cauſas vel lites. C. de tranſact. et in. §. ſed naturalia. inſtitu. de iu. natu. gen. & ciui. & eſt bonus tex. ad idem tex. in. d. l. 31. titul. 18. parti. 3. cum alijs de quibus moderni in. l. fi. C. ſi cõ. ius vel vtil. publi. et in. c. quæ in Eccleſiarum de Conſtitu. & in Clemen. Paſtoralis. de re iudica. & alibi ſæpæ. & facit regula. l. id quod noſtrũ eſt. ff. de regul. iur. & in. l. cùm præcario. ff. de præca. & in. l. fi. ff. de pact. et eſt communis opinio, ſecundum Fulgo. in dicta. l. ſi teſtamentum. nu. 2. cum alijs quæ ſingulariter adducit Arias Pinel. in rub. C. de reſcin. vendi in prima parte. nu. 16. Quæ & ſuadentur, quia dictus donnus Henricus dicto comite eius patre viuente † & ius ad ipſa bona maioricatus 30 (& ſatis conſiderabile) habet, vt conſtat in. l. 40. & in. l. 45. Taurinarum cõſtitutionum (quæ habentur lib. 5. nouæ recopila. tit. 7. l. 5. & 8.) et eſt bonus tex. in. l. 7. tit. 4. parti. 5 ad quod & eſt glo. balde notabilis in. c. 1. §. ſciendum eſt autem. in verb. aut ſucceſsione. in titul. de feud. cogni. lib. feudorum, quam ibidem ad hoc docto. multum extollũt. & idem ad notat Ioa. And. in additionib. ad Specul. in rubri. de feudis col. 5. verſi. facit ad propoſitum. & docto. in. l. quotiens. ab omnibus. C. de fid. commi. vbi hoc etiam probatur. et Abb. in. c. licet. de voto. col. penul. verſi. & nota benè prædicta. poſt Bald. in. l cum antiquioribus. C. de iur. de libe. col. 5. ver. dezi

mo

mo ſic licet poſſeſsion.& Oldrad. in cōſi. 224.iſtæ ſunt allegationes.col.8.verſi.præterea tangebat. & docto.in.l. in ſuis.ff. de libe.& poſthu.& in.l.Gallus.§.& quid ſi tātum.vbi notanter Claudi.col.6.ver. vnde dic.ff. eod. titul. & interminis etiam idē tradit Iaſo.in.l.quoties.nu.32.C. de rei vēdica.ad quod inibi, multum commēdat doctrinam Bal.in.d.l.cùm antiquioribus, & hæc videtur communis opinio, vt conſtat ex pluribus quæ tradit And.Tiraq.in noſtris terminis in tracta.de primogenitura.q.40. num.96. et idem Tiraquel.in tractatu.le mort ſaiſit le vif.in. 4. declaratione præfactionis.nu.1.cū plurib.ſequentib.& per Fran.Lucanum in tracta. de fiſco & eius priuilegijs.in.1. parte principali.nu.139.verſi.dicimus etiam, vbi citando quædam iura dicit,quòd filius princi-
31 pis appellatur princeps,& filius regis rex, & filius ducis dux etiam patribus viuentibus. Sed princeps, † reſcripta contra ius alterius, minimè eſt conceſſurus. vt in.d. Clemen.paſtoralis.de re iudica.& in.l.vēditor.§.ſi conſtat.ff.commu prædio.& in l.fi.C.ſi cont. ius vel vtili. publi. cum alijs de quibus doctores in.d.c. quæ in Eccleſiarum.de Conſtitu.& eſt tex.ad idem in d.l.28.& 29.titul.4.lib.2.ordinamen.& in l.4.titul.12.lib.3.ordinamen.& in.d.ll.nouæ recopila.bonus etiam tex. in.l.3. tit.11.
32 lib.1.ordi.quæ habetur lib..8.nouæ recop. tit.25.l.3. Et in proprijs terminis, quòd princeps † vel pater, in primogenituræ & maioricatus bonis non poſsint præiudicare ſucceſſori.notant Ioa. And. & docto.in c.licet de voto.col.3.verſi.ſed nunquid.& idem Ioa. And. in regul. ſinè culpa.de regul.iur.lib.6.col.12.verſi.ſecundo, quia cum ſequentib.docto.quóque in.c.1 in titul.de natu.feud. et Præpo. in. c.1. de feud.march.col.7.verſi. tertio deducitur. et in.col.pen.verſi. nec obſtat illa lex. idē et tenet Dominic.in.c.grandi. de ſuplēd. negli.Præla.lib.6.col.2.ver. quæro an rex. et ibi.cōmuniter docto.et Paul. Caſtren. in conſi.164.in præſenti cauſa quæ vocatur maioriæ Hiſpalenſis. col.8. verſi.nam ad primum.lib.2.et Alex.in conſi.25. circa primum.col.3. verſi.nec obſtat cum ſequentib.lib.1.et Deci.in conſi.468. ſuperiori anno.nu.28.col. penul. ver. ſecundo principaliter.poſt medium. idem Deci. in conſi.498.viſo caſu.col.3. nu.19. ver. et ad confirmationem.et Soci.Iuni. in cōſi. 108.viſo puncto.col.1.nume.3.verſi. ſecundo hoc idē.lib.2.et ſingulariter. Ioa. Lup. in repeti.rub.de dona.int.vir.et vxo.§.69 col.5.nu.13. et Claudi. in. d. l. Gallus. §. et quid ſi tantum.col.6.ver.vnde dic. et notabiliter idem tenet Illuſtriſsimus dominus Did.de Couarru.(nunc ſupræmi conſilij præſes digniſsimus.)in.c.6.li.3. varia. reſolu.nu.5.cum ſequentib.et præcedentib.et domi.donnus Anto.de Padill.in.d. authen.res quæ.nu.116.ver.qua opinione. et Arias Pinel.in repeti.rub.C. de reſcin. vendi.1.parte.nu.18. cum ſequētib. et præcedentib.vbi et repræhendit contrariam opinionem tenentes, et inibi etiā refert plures doctores hanc noſtram ſententiā tenentes, et præter eos idem conſuluit, et tenet Laurē.Calca.( qui benè loquitur et ſi vulgari modo) in conſi.8. in cauſa pēdente.col.10.verſi.et ideo cùm Iacobus. et idem etiam tenet Bologni.in conſi.62 vt in præſenti aurea. col.3. ver. ex quo ad rem noſtram, et in ver. ex quo infero. et melius in verſi. qua propter. et idem tradit doctor noſter Peralta.in repeti.rub.ff. de lega.2. nu.113. verſi. confer etiam præmiſsis.in medio,et hanc dicit eſſe communem opinionem Alciat. in conſi.188. aduertendum eſt.nu.2.vbi ad hoc allegat tex.in. c.1. de aliena. feud. pater. et idem etiam tenet Ferdi. Mencha.lib. 3. prima partis.in tracta.ſucceſsionum.§.26.num. 50.et nu.118. et plene Aluarus Valaſc. in tracta.de iu.emphi.1.parte.q.49.nu.6.pro qua communi ſententia. eſt tex. in.d.l.ſi teſtamentum,C de teſtamen.et in.l.ſi donationem,C.de reuocan.dona. cum alijs de quibus do.Couarru. et Pinel. in dictis locis et facit etiam tex.in.l.perfecta donatio.(cum ſua materia ) C.de dona.quæ ſub mod. quæ iura in principe loquūtur, vt

vt ex eis conſtat. et ex Decio. in dictis cõ ſilijs, reſpectu tamen patris, quod id etiã facere non poſsit, conſtat vltra iam dicta quia hæc bona ab eo non proueniunt, ſed ab alijs ſuis anteceſſoribus, & hoc quodã legis benefitio. ex text. in. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. ff. de adoptionib. quem tex. ad hoc cõmendat Bald. in conſi. 360. quantum ad pũctum. nu. 2. lib. 2. & idem Bald. in. c. 1. §. & quia vidimus. col. 4. verſi. quærit gloſa pone. in fine. in titul. de his qui feud. da. po. dicens per glo. ibi, & per dictam. l. ſi arrogator, quòd feuda non percipiuntur mero iure hæreditario, ſed potius principali prouidẽtia anteceſſorum, & conſequenter in ſucceſsione ipſius, nõ poteſt fieri mutatio, nec alteratio per vaſallum in ſucceſſoris præiuditium, & dictam. l. ſi arrogator. in terminis materiæ feudalis allegat etiã ad hoc. Luc. de Pẽ. in l. an nonas. col. 2. verſ. & nota et hoc. C. de anno. ciuilib. li. 11. vbi & ad idẽ allegat tex. in. l. cũ patronus. ff. de leg. 2. qui hoc benè probat. & ad idẽ eſt melior text. in authẽ. de nupt. §. ſed hoc qidem. in fine. colla. 4. ad quod & ſunt plures aliæ concordantiæ quæ in noſtris terminis tradit Carol. Moline. in conſuetudinib. Pariſien. titul. 1. de matiere feodal. §. 8. glo. 4. nu. 7. & ſequentib. & faciunt quæ Iaſo. tradit in. l. in emphitheoti carijs. nu. 207. verſi. ſecundo limitat. C. de iur. emphi. & alibi ſæpæ. & ad prædicta eſt bonus tex. in c. vnico. in princip. in titul. de ſucceſsio. fœud. in verbis. *Nulla ordinatione defuncti manente, vel valente.* Quem tex. ad hoc inibi Bald. ad notat. col. 1. ver. ſed ſtatim. & col. 3. ver. quæro ergo. & And. de Iſerni. col. 1. verſic. & in tantum eſt hoc verum. & in verſi. eſt ratio. ad idem, & facit tex. notabilis in ſui ratione. in. c. 1. §. ècontrario. verſic. ſi verò. in titul. de in veſtitu. de re alie. fact. ibi. *Meliorem namque conditionem fœudi facere poteſt.* (ſcilicet vaſallus) *deteriorem vero, ſine domini volũtate, vel eorũ agnatorum, ad quos per ſucceſsionẽ pertinet, facere non poteſt.* Et ibi ponderat illam rationem tex. And. de Iſerni. col. 1. verſic.

ponitur ratio in litera.

QVIBVS hic ſecundus articulus principalis, finitur.

QVO ad vltimum vero articulum, dicimus, dicta alimẽta dicto donno Henrico præſtanda, ſi quidem, pater filium † alere tenetur. ff. de libe. agnoſcen. l. ſi quis à liberis. in princip. & per totam ipſam legem & ff. de ritu nupt. l. qui liberos, cum ſuis ſimilibus notiſsimis, ad quod eſt optimus tex. in. l. 2. titul. 19. parti. 4. & quæ dicit tex. in. l. 5. in fine. titul. 33. part. 7. & text. in. d. l. ſi quis à liberis. §. non tantum dicit, non tantum alimenta eſſe concedenda, ſed cætera onera liberorum eſſe ſubuenienda, quod & probatur in. d. l. 5. titul. 33. parti. 7. & facit in propoſito tex. in. l. 10. tit. 18. parti. 2. & inibi Greg. Lup. in pluribus glo. eiuſdem legis. & facit text. in. l. verbo victus. ff. de verb. ſignifica. & l. ſi cùm dotem. §. ſin autem in ſeruiſsimo. ff. ſolu. matri. & ibi Bart. col. 2. verſicul. vltimo. vbi & ad prædicta allegat optimum tex. in. l. ſicut impendia. ff. de vſu fruct. ti. gene. ſunt & aliæ concordãtiæ de quibus Aym. Craue. in conſi. 199. ad ſubtilia. nu. 3. & 4. poſt Deci. in. l. de alimentis. nu 1. cum ſequentib. C. de tranſact. Pro quibus quidem alimentis (bonis dicti comitis conſideratis eiúſque, & dicti donni Henrici ſtatu, & dignitatem.) dicta quatuor millia aureorum, ſunt dicto donno Henrico concedẽda, ſiquidem alimenta † iuxta perſonas, & dignitatem, & quantitatem patrimonij præſtanda ſint ex tex. in. l. cùm plures §. cùm tutor. ff. de adminiſtra. tuto. quem tex. ad hoc dicit ſatis ſingularem & menti tenendum. Pal. Rubi. in repeti. rub. de de dona. int. vir. & vxo. §. 9. nu. 5. in medio. & ad idem eſt bonus tex. in. l. 24. verſic. *E ſi por auentura.* Titul. 9. part. 6. & tex. in. cap. non cogatur. 41. diſtin. & in. l. ſi ſeruos. in fine. ff de pign. act. & tex. in. l. ſi cui legetur. ff. de leg. 1. cũ alijs de quibus Car. Paul. Pari. in conſi. 98 quoniam. nu. 28 29. & 30. lib. 2. & Aym. Craue. in cõſi. 189. magnificus ſenatus. nu. 10. col. fi. & Gre. Lup. in. l. 1. titul. 1. parti. 3. in verb. porque ſabe.

et

(margin: 33 beside "dicimus… Henrico"; 34 beside "rum, ſunt dicto donno Henrico")

& alibi ſæpæ. Et vbi habitet illi quóque concedendum eſt. ff. de alimen. et ciua. leg. l. legatis alimentis. & in. l. fi. ff. eod. tit. & idem diſponit tex. in. d. l. 2. titul. 19. parti. 4. & ibi Grego. Lup. in verb. domoren. & eſt ad idem glo. notabilis. in. c. epiſcopus. in verb. victu. 10. q. 2. & tex. qui ad idē facit. in. d. l. 5. titul. 33. part. 7. cum alijs quæ Deci. congerit. in. d. l. de alimentis. C. de tranſact. col. 1. nu. 1. & Greg. Lup. in. l. 10. in verb. Carbon E leña. tit. 18. parti. 2.

NEC dicere oberit, quòd ſat eſt, ipſa alimenta præſtare minoris ſummæ, prout ante factum eſt, Quandoquidem
35 † nunc maiores ſunt expenſæ. & ita augēda, ob id, alimenta ſunt. ex tex. in. l. cùm vnus. §. fi. ff. de alimen. & ciua. leg. et inibi glo. in verb. ætatis. ad idem eſt etiam tex. in. l. alimenta. §. Baſilicæ. & ibi gl. in verb. ampliauerit. ff. eod. titul. & facit text. in. l. cum hij. § modus. ff. de tranſact. & tex. in l. 2. tit. 7. parti. 2. in verbis. *Ca a ſi como fueren creſciendo.* Cum alijs de quibus Mōtalb. in. l. 11. titul. 9. parti. 2. & Greg. Lup. in l. 24. in verb. *Qual hombre fuere.* titul. 9. parti. 6. & idem Greg. Lup. in. l. 5. titul. 7. part 2. varietate enim temporis omnia variantur. iuxta tradita in. l. de quibus. ff. de legib. & alibi ſæpæ. quæ de nouo enim emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interroga. act. glo. in. l. ſi merces. §. vis maior. in glo. 2. in medio. ff. loca. ad quod & eſt tex. in. l. 33. in prīcip. tit. 9. lib. 6. ordina. quæ habetur in noua recopila. lib. 6. tit. 18. l. 20. & ex noua cauſa, recedendum eſt, à qualibet diſpoſitione. c. non debet de conſangui. & affini. & in. c. ſtatutum. in princip. de reſcrip. lib. 6. cum alijs de quibus Deci. in cōſi. 335. viſo conſilio. col. 2. nu. 1. 2. & 3. vbi ſingulariter loquitur in ſimili caſu. & Iaſo. in repeti. l. quominus. ff. de fluminib. nu. 136. cū plurib. ſequentib. & per Iacobi. de Sanct. Ieorgio. in tractatu fœudorum. in verb. & cum molendinis. nu. 6. & alibi ſæpæ.

SIMILITER, nec iam dictis refragatur dicere, quòd Prior ſancti Ioanis dat alimenta dicto donno Henrico.

Tū, quia hoc minimè probatur, & ex nou apperētibus, vel non ex iſtētibus par eſt iudicandum, vt ſunt iura vulgata.

Tú, quia & ſi alimēta ei dediſſet. Non
vtique † ex cōtractu, ſiuè ex alia neceſſa- 36
ria obligatione, ei ea tribuit. et ad libitū ea quæ illi dat, tollere vallet: et ob id, talis præſtatio alimētorū, nō eſt cōſideranda. ex traditis in. l. indè neratius. §. idē Iulianus. ff. ad. l. aquil. et inibi eſt bona glo. in verb. quia retrorſum. e t eſt optimus text. ad hoc in. l. 1. ff. de præcar. et in. l. et habet. in princip. ff. eod. tit. et quæ Bald. intermi nis tradit. in. l. filiæ cuius. in princip. col. 2. ver. nota quòd emptū. C. famil. hæreiſcū. Imò, et ſi tēpus ſit præfixum, quādo cúnque reuocari valet: quādo talis obligatio ex contractu nō procedit. ex tex. notabili in. l. cùm præcario. in princip. ff. de præca. quē ad hoc Iaſo. ſummè comendat. in authē. ingreſſi. nu. 31. et. 34. C. de ſac. ſanct. eccle. et melius in. §. ſequens illa. col. 5. nu. 25. verſi. vnū etiā. in ſtitu. de actionib. quibus accedant tradita in ſimili, per Alex. in conſi. 213. nu. 6. et ſeq. lib. 6.

Tū quia, † patris eſt prior cauſa alēdi 37
filios. ex. d. l. ſiquis à liberis, et per totū. ff. de libe. agnoſcend. et quæ docto. tradunt in. d. authē. res quæ. C. cōmu. de leg. et fid. cōmi. et in. l. fi. C. de dot. promi. et facit tex. in. l. 1. tit. 19. par. 4. et in. d. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. cū mille ſimilibus vulgatis.

DENIQVE, nec prædictis dicere obſiſtit, quòd dōnus Bernardinus dicti dōni Hērici filius, præceptoriā del Bodonal habet. Si quidē huius præceptoriæ dictus dōnus Henricus, et ſi pater ſit, vſum
fructū † non habeat, cùm talis filius reli- 38
gioſus dicatur. ex traditis in. l. Præsbiteros, et in. l. Sacro ſanctæ. C. de epiſcop. et cleri. cum alijs: et hoc determinatur, ex pluribus, quæ in ſimili caſu tradit. Roder. Suar. ſuper illa. q. vtrū in bonis maioricatus, pater habeat vſū fructū, et alibi ſepæ.

EX quibus, ius dicti donni Henrici in prædictis probatur, et de ipſius apparet iuſtitia. Marcus Burgen. de Pace Legum doctor.

Decimo

# Summarium ſuper Decimo conſilio.

1 OFFICIORVM dimidia pars ad nobiles populi expectat, & altera dimidia, ad plebeyos. & nu. 2.

3 Officium rectorum, loco de curionum, ſucceſsit.

4 Officium rectorum, ſeu de curionum, plebeys non eſt concededum. ſed nobilibus tantum.

5 Ciuitatis regimen, apud nobiles tantum eſſe debet.

6 Nobiles plebeys præferuntur, in honoribus & magiſtratibus.

7 Pro nobilibus eſt magis præſumendum, & quod vtilius regimen ciuitatis exercent.

8 Populum nobiles & plebey conſtituunt. & nume. 12.

9 Omnes ciues tam nobiles quam plebey debent interuenire in contractu ciuitatis, aut ſaltim duæ partes ex tribus: alias contractus eſt ipſo iure nullus. et nu. 10

11 Plebey nihil facere poſſunt, in præiuditium nobilium. & nu. 12. & 25.

13 Contractus ciuitatis, ſicut non valet, in præiuditium eorũ qui non conſenſerunt, ita nec etiam valet & debet in preiuditium ſuorũ ſucceſſorum, & nume. 19.

14 Cauſæ cognitio neceſſaria eſt. in contractu ciuitatis.

15 Populus ſubiectus alicui ciuitati non poteſt compromitere, nec contractũ facere ſine licentia ciuitatis cui ſub eſt.

16 Vtilitas publica, priuatorum pactis tolli non poteſt. & nu. 17.

17 Nobilis non poteſt renunciare, priuilegio ſibi competenti, ratione ſuæ nobilitatis.

81 Contractus ſi eſt ipſo iure nullus, ipſum faciens aduerſus eum venire valet.

20 Ciuis vnus, quando poſſit contradicere contractui facto per maiorem partem populli.

21 Fidem fragenti, non tenetur quis fidem ſeruare.

22 Contractus principalis ab vniuerſitate factus, ſicut non valet, ita nec pœna in eo apposita.

23 Tranſactio & ſententia ſunt extricti iuris: & non extenduntur ad perſonas in eis non expræſſas. & nu. 24. cum plurib. ſequen. Nec in eis habet locum fictio tranſlatiua de perſona ad perſonam nec de re ad rem, & inibi.

25 Conſuetudo plebeyorum, ſeu eorum pactũ, non nocet nobilibus eiuſdẽ populli.

26 Compromiſſum tantum nocet compromitentibus.

28 Conſenſus omnium requiritur, quando negotium plures tangit, vt ſingulos.

29 Præſcriptio non habet locum, quãdo agitur de præſcribendis offitiis publicis.

30 Præſcriptio iniqua, ſeu rei publicæ nociua, non conſideratur.

31 Plebey non poſſunt præſcribere, omnia offitia, contra nobiles vniuerſitatis.

32 Præſcriptio in electionibus officiorum, non currit, niſi a tempore prohibitionis.

33 Præſcriptio non procedit in his quæ ſunt meræ facultatis.

34 Præſcriptio in dubio iudicandum eſt, quod non obſtet.

35 Præſcriptio immemorialis requiritur, ſeu titulus & quadraginta anni, quando agitur, de præſcribendo, contra habentem intentionem ſuam, fundatam de iure communi.

Con-

# Conſilium Decimo.

DEI optimi maximi auxilio inuocato. In hac litè quæ eſt inter nobiles oppidi de Martimuñoz cum dicti oppidi ignobilibus. duo nobilium fauore, iure probabimus.

PRIMVM, quòd officiorum ſaltim dimidia pars, ad ipſos nobiles pertinet. Et quòd illis ſententia arbitraria, ac tranſactio, in hac litè productæ minimè nocent,

SECVNDVM, quòd aduerſus ipſos nobiles præſcriptionis exceptio allegata, conſideranda non eſt.

PRIMVM conſtat, ex tex. † in authen. de defenſorib. ciuita. §. interim illud. & illic glo. in verb. nobiliores. colla. 3. et ibi Iacob Beloui. col. 1. verſi. nota quinto. Et idem probatur. in eodem authen. de defenſo. ciuita. §. quæ igitur. & in. l. 1. C. de conditis in publi. horre. lib. 10. & illic Iacob. Rebuf. col. 1. verſi. nota nobilem. & ſatis probatur. in. l. ſi cohartalis. C. de cohartalib. & principib. lib. 12. & ad prædicta eſt caſus notabilis. in. l. 2. §. deinde cũ poſt. & in verſi. de inde cũ placuiſſet. ff. de origi. iur. ibi. *Cœperunt ex vtroque corpore conſtitui.* Quem ibidem Alberic. colu. 1. nu. 8. verſi. ex vtroque corpore. Et Angel. col. 2. verſi. in textu ibi de indè, ad hoc illum tex. expendunt, quòd in oppido officiales partim ex nobilibus partim que ex ignobilibus ſunt elligendi, & idem ſatis probatur. in. l. 1. in volumine legum, de la hermandad. ibi *Se elijan, e nombren, dos alcaldes de hermandad, el vno del eſtado delos caualleros, y eſcuderos, el otro de los ciudadanos y pecheros.* Quæ habetur lib. 8.
2 nouæ recopil. tit. 13. l. 1. Quim & ex † nobilibus plures, vt interminis tenet Alberic. in. d. §. deinde. nu. 8. quibus & accedat tex. in. c. Grandi. de ſupplẽ. negligen Prælato. lib. 6. & hoc Alberi. dictum ſuaderi poteſt ex pluribus, quæ cõgerit in noſtris terminis Hiſpanus noſter doctor Auendanus, in ſuo tracta. de manditis regum exequendis. in. c. 19. col. 23. nu. 12. verſi. et quòd æqualiter, cum ſequentib. Quim & rectorum officium, de iure potius ad nobiles, quàm ad ignobiles ex pectat. ſiquidẽ hoc officiũ rectorũ, loco † decurionũ 3
ſucceſſerit. iuxta glo. in. l. ſed ſi ex dolo. §. de dolo. ff. de dol. mal. in verb. de curionũ. ſimilis glo. in rubri. C. de decurionib. lib. 10. in verb. de decurionibus liberentur. & ibi Bald. col. 1. in princip. & Alberi. in rub. ff. de decurionib. col. 1. in princip. & Alex. in conſi. 40. in cauſa et litè. nu. 1. lib. 7. & Roderi. Suar. in allega. 12. enel pleyto. nu. 6. Et ignobilibus † rectorum, ſeu decu-
rionum officium, non eſt concedendum 4
ex tex. in. l. honores. ff. de decurionib. ibi. *Quia decurionũ honorib, plebey fungi prohibentur.* Quem tex. ibidem ad hoc doctores expendunt. & Luc. de Pen. in rub. C. eod. titul. de decurionib, lib. 10. col. fi. in verſi. ad hanc dignitatem. eſt etiã ad hoc tex. in. l. ad ſubeunda. C. eod. titul. et lib. & in. l. honor municipalis. §. de honoribus. ff. de munerib. & hono. & in authen. Præſides. in princip. C. de epiſcopa. audien. & idem probatur apud beatum Marcum. c. 15. vbi cum decurionem nominat, dicit, *Ioſep nobilis de curio.* Et apertius probatur de Vteronomiũ. c. 1. verſic. tuliſque de tribus veſtris. & Eccleſiaſtes. ca. 10 & facit tex. in. l. pupillus. §. de curiones. ff. de verb. ſignifi. cum alijs. His & conducit, quod Angl. ait in dicto authen. de defenſo. ciuita. § 1. col. 1. ver. item nota iſtum tex. colla. 3. nempè quòd ciuitatis regimẽ † apud 5
nobiles tantum eſſe debet, & ob id ait ibi Angel. quòd ſtatuta Florentiæ, quibus nobiles ad regiminis officium non admituntur, cõmuni iuri aduerſantur, cui ſententiæ Barba. conſentit. in conſi. 46. ſcripſit præclare. col. fi. verſi. & iuditio meo. lib. 2. & Anto. Corſe. in repeti. d. c. grandi. col. 6. n. 15. verſi. nota ibi nobilem. poſt

Bald.

Bald. in conſilio ſuo incipien. Martinus Ioannes de Florentia. poſito inter conſilia Angeli. & eſt in conſi. 68. col. 2. verſi. ſecundo ratione cuiuſdam. vbi per prædicta iura dicit, quòd intereſt rei publicæ, gubernari per nobiles, & non per plebeyos, & idẽ tradit. Greg. Lup. in. l. 9. in verb. ſobre los otros homes. titul. 18. parti. 2. & faciunt quæ dicit Ioannes Matienzo. in ſuo dialogo relatoris. 3. parte. c. 56. num. 6. ſunt & ad prædicta plures aliæ concordãtiæ de quibus notabiliter. Ioa. Lup. à Pala. Rub. in noſtris terminis. in repeti. rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 9. col. 2. nu. 7. & 8. verſi. vnde dicebat. cum ſequẽtib. & Auẽda. in dicto. c. 19. de exequen. manda. regum. nu. 12. in princip. & in verſi. vtiliſsimum ergo eſt. & latè Laurẽ. Silua. in cõſi. 1. quoniam. nu. 59. & 60. lib. 1. quibus & accedat tex. in. l. reſcripto. ff. de mune. & hono. quem Luc. de Pena. in. l. mulieres. dol. 5. verſi. quarto præferunt. & in verſi. quinto circa res. C. de dignitalib. lib. 12. ad hoc
6 expendit, quòd nobiles † plebeys in honoribus, & magiſtratibus, præponuntur, & quòd circa res publicas, eorum authoritas, maior eſt. ex tex. etiã inibi per eum ad hoc allegato. in. l. 2. in fine C. de præd. curial. lib. 10. ſunt & aliæ concordantiæ, quas ſingulariter tradit. Chaſſene. in chatalogo gloriꝫ mundi. 8. parte. in conſideratione. 36. per totam. & in conſideratione. 38. per totam. Difiteri tamen non poſſumus, in hoc Pinciano regio prꝫtorio, etiã rectorum officia, ſaltim quoad ad dimidiam partem, ad plebeyos ſpectare: quotidiꝫ pronũciari. Imò, & in regio ſuppremo. quꝫ conſiſtorio regis noſtri, ſecundũ hanc ſententiam, per ſupprꝫmos eius auditores, conceduntur ad id regiæ literæ. vt conſtat in reſponſione regia ad petitionem. 86. in curijs Madritij. anni. 1552. Sat ergo ſit, quòd ignobiles dicti oppidi de Martimuñoz, dimidiam partem omniũ officiorum, etiam rectorum habeant: ſine eo quòd omnia ipſa officia, ſibi ipſis tantùm velint, nobilibus excluſis. quod in quàm per abſurdum eſt: cùm pro nobi-
7 libus † magis ſit præſumendum, & quòd vtilius populli regimen exercent. iuſta tex. in. l. 2. tit. 21. parti. 2. & in. c. illud. 40. diſtin. cum alijs quꝫ doctores prꝫdicti maximè Chaſſene. & Luc. de Pen. in dictis locis tradũt. & ob id rei publicꝫ intereſt potius nobilibus, quàm ignobilibus gubernari authore Bald. in. d. conſi. 68. Martinus Ioannes. col. 2. verſi. ſecundo ratione cuius, quem ſequuntur aliqui ex doctoribus, ſuperius allegatis. Nec populum, ſoli † plebei conſtituunt, ſed & nobiles. vt 8
in. §. pleuiſcitum. inſtitu. de iuſti. & iur. & in. l. 5. in princip. tit. 2. parti. 1. melior tex. ad idem in. l. 1. titul. 10. parti. 2. & ad notãt in terminis Præpoſi. & alij. in. ca. lex. 2. diſtin. col. 1. verſi. nota vlterius, & in verſi. ex his nota. & facit ad idem tex. in. l. 9. tit. 29. parti. 3. ibi. *Tan bien a los pobres como a los ricos*. Et ad caſum noſtrum eſt bonus tex. in. l. 5. *Fuero*. tit. 15. parti. 2. ibi. *E los fijos dalgo, e los homes buenos, delas ciudades e delas villas*, &c.

NEC his refragantur, dicta ſententia arbitraria, & tranſactio, quibus dicta officia plebeys tantùm concedenda eſſe, conſtitutum eſt.

PRIMO, quia in dictis compromiſsis † & tranſactione, viginti homines 9
plebey tantum interuenerunt, & pauci nobiles: cùm quingenti ciues ibidem eſſent, poterant enim abſentes alios trahere, ad ſuam ſententiam, igitur iure minimè obtinent. ex tex. in. l. nominationum C. de decurio. lib. 10. & in. c. 1. & per totum de his quæ fi. à maio. par. capi. bonus tex. ad idem in authen. hoc ius porrectum. C. de ſac. ſanct. eccle. & tex. in. l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſita. nomi. & inibi Bald. col 2. verſi. tertiò requiritur. cum ſequentib. & ibi etiam Paul. Caſtren col. 2. verſi. nota etiam quòd in actionibus. cum ſequentib. cæteríque docto. id inibi aduertũt, & concludunt, quòd ad minus ſint cõgregatæ duæ partes, & idem probatur in l. fi. C. de vendend. reb. ciuita. lib. 11. & ibi Ioa. de Plate. id etiam inibi conſiderat. col. 2. verſi. ex tertia parte. & in verſi. & nota

ta in textu.quod & late docet Bart.in.l.2. C.de decurio.lib.10.col.1.& melius.idem Bart.in.l.omnes populi.col.5.verſi.quæro ſecundo.ff.de iuſti.& iur.& Pet. Rauena. in ſuo alphabeto aureo.in ver.vniuerſitas. & ſecũdum hanc partẽ cõſuluit Soci. (loquens in compromiſſo vniuerſitatis) in conſi.95.in cauſa communis. col.3. nu.4. lib.3.vbi refert Abb.dicentem, hanc eſſe communem opinionem. & idem conſuluit Curt.Iuni.(in tranſactione vniuerſitatis) in conſi.174.in cauſa vertẽte. col.fi. nu.34.vbi ſingulariter loquitur, & hanc dicit eſſe communem opinionem canoniſtarum.& legiſtarum Deci.in conſi. 466. ſtante ſtatuto.nu.12. & idem tenet Alex. in conſi.1.ponderatis.col.2.verſi. non obſtat etiam.lib.4.& Pet.Rebuf. in ſuo cõpendio.de aliena rer.eccleſiæ.nu.76.cum ſequen ſunt & aliæ concordantiæ de quibus Rolandus à Valle.in conſi.90. primò quidem.nu.19.cum plurib. ſequen. & nu. 58.cum ſequen li.1.& alibi ſæpæ traditur ad quod & facit tex.in.d.l.5. tit.15. parti.2. verſi. *Primeramente*. Et inibi Grego.Lup. & in terminis compromiſsi vniuerſitatis eſt tex.notabilis. in.l.24.verſi. *Pero ſi todos*. Titul.4.par.3.& ibi Grego. Lup.quibus & accedat tex.notabilis.in.d.l.1.tit.10 parti.2.& in l.24.verſi. *Pero ſi todos*. Tit. 4.parti.3.& eſt bona glo.in.d.authen. hoc ius porrectum.in verb.maioris.C. de ſac. ſanct.eccle.Imò.& ſunt aliqui qui tenent hoc in caſu maiorem partem non ſufficere, cùm agatur de auferendo iure alterius vt ex pluribus conſiderat Deci.in.c. cùm omnes.in.1.lectu.col.5.cum ſequẽ. & præcedentib.& in,2.lectu.per totam.de conſtitutionib.

10 Tum, quia omnes † nobiles ibi ad eſſe debebant, cùm de eorum quóque ageretur præiuditio.vt in propoſito ad notat Ioa.de Plat.in.d.l.fi. C. de venden.reb.ciuita.lib.11. col.2.verſi.ex tertia parte.& in verſi.& nota in textu, quod & ſatis probatur in prædictis iuribus.& facit, quia quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.vt in regul.quod omnes.de regul.iur. lib.6. cum alijs.maximè quia, de omniũ nobilium præiuditio agebatur, & tam notabili:ex tex.in.l.nam ita diuus.ff. de adoptionib.& in.l.ſæpæ.ff.de re iudica. & aliſæpę.

Tum, quia ignobiles † nihil agere potuerũt, in præiuditium nobilium. ex tex. in.d.§.plebiſcitum.inſtitu.de iur. natura. & illic in terminis Bar.ad notat.co.1.poſt principium.& tex.in authen. de defenſo. ciuita.§.1.colla.4.& idem etiã tenet Ioa. Baptiſt.Seueri.in repeti.l. omnes populi. ff.de iuſti.& iur.col.36.verſi.quam deciſionem tenemẽti.& facit quod in ſimili tradit Ludo.Roma.(referendo Innocen.)in ſingulari.485.incipien.heri fui interrogatus, & quod dicit in pratica Pet.de Auenda.in ſuo tracta.de exequend.manda. regum.c.4.nu.19.verſi.quod facit.& in.c.19. col.3.1.par.quod ſatis probatur in. d.l.2. §. deinde.ff.de origi.iur.quem tex.Albe. in. l.ſi quis ingenuã.§.in ciuilibus. col.2. ver. item quia per iura.ff. de capti.& poſt limi.reuer.ad hoc notat, quòd in ciuitate ſunt duæ † partes, nempe nobilium, & 12 plebeyorum. & quòd nobiles quandam vniuerſitatem, plebey aliam conſtituunt & facit, quia ſi actus à duobus collegijs, vniuerſitatibus vè, ex pediri debet, vtriúſque collegi, ſeu vniuerſitatis duæ partes exiguntur.ex tex.in.ca. paſtoralis. de reſcrip.& probatur.in.d.l.nulli.ff.quod cuiúſque vniuerſita.nomi.cum alijs ſupra adductis.& in terminis noſtris hoc ſingulariter ad notat Bald.in.l.ſi ad ſcribatum. C. de appel.col.2.verſi.pone dicit ſtatutum. ad quod ibi allegat tex.in.ca. à collatione de appel.lib.6.& idem Bald.in.c.cùm omnes.col.5.verſi.opponitur quòd etiam in in rebus.de conſtitu vbi & notanter concludit(allegando Bart.)quòd ſicut tale cõpromiſſum † non valet, in præiuditium 13 eorum, qui non conſenſerunt, quòd nec etiam valeuat in præiuditium ſucceſſorum qui tunc non erant in rerũ natura. & Feli.in.d. c. cùm omnes. col. 10. nu.18. verſi. octauò fallit. plura ſingularia in his terminis refert.

Tum

14 Tum, & quia cauſæ cognitio dictis † ſcripturis addeſſe debebat, vt potè quæ vniuerſitatis nomine confectis, ex tex. in d.l.fi.C.de venden.reb.ciui. libr. 11.& in.l. magis puto.§.nè paſsim.ff.de reb.cor.cũ alijs de quibus moderni. in.l. ciuitas.ff.ſi cert.peta. & alibi ſæpæ.& facit in noſtro propoſito tex.in.l.4. ti.5.parti.5.& ibi Gregor.Lup.ad idem eſt melior tex.in.l.18.in medio.titulo.16.parti.6.cum alijs de quibus Mencha.in dicto libro tertio primæ partis.§.30.num.295.quæ quidem in præſentia non interuenit.

TVM etiam, quia cùm dictum oppidum de Martimuños ciuitati Sego-
15 bienſi ſubſit, nec tranſigere † nec compromitere citra eius licentiam potuit. vt conſtat ex traditis.in.d.l.ciuitas. ff.ſi cert. peta.& in terminis hoc conſiderat Paulus Caſtrenſis in dicta.l.nulli.columna ſecunda verſicu.breuiter dic.in fine.ff.quod cuiúſque vniuer. nomi.& magis in terminis loquendo in compromiſſo ſic conſuluit Socin. in conſilio.95.in cauſa communis columna quarta numero octauo verſiculo tertiò & vltimo libro tertio ad quod ibi allegat text.in capitulo ędoceri. de reſcrip.& Bartolus in.l.acta.ff.rem rat. habe.quibus & accedat Bartolus ſententia.in.l.prima columna ſecunda verſiculo eſt tertia vniuerſitas. ff. de damno infect.& quæ notantur in.l.ſi pupilli.ff.de nego. geſt. & in.l. nulli.§. quod ſi in vico. C.de Epiſco.& cleric.& facit tex.in.l.vnica.C.de metropoli.beri.li.11.vbi Ioan. de Plat.& alij columna ſecunda verſiculo, & ideo notat, quòd communitates villarum & caſtrorum, non poterunt ſe vnire, vel diuidere ſine cauſa, & ſine authoritate ſuperioris. Et eo præcipuum, cùm etiam de dictæ ciuitatis præiuditio agebatur, ſiquidem, eius intererat, dictum oppidum non ſolis plebeys regi.

TVM, quia dicta tranſactio & ſententia lata ratione dicti cõpromiſsi ſubuerti etiam ex eo conſtat, quòd illis nobiles à regimine dicti oppidi abijciuntur, aduerſus publicam vtilitatem, cui priuatorum † pactis derogari minimè poteſt.
ff.de pact.l.ius publicum.&.l.ſi vnus.§.pa- 16
cta quæ turpem.ff.eod.ti.&.l.nec pignus. §.fi.ff.de regul.iur.& in.l.iura ſanguinis.ff. eod.tit.& in.c.ſi diligenti.de for.compe. & tex.in.l.11.tit.28.parti.3.&.l.34.tit.fi.parti.7.Imò & ſunt contra bonos mores dictæ ſcripturę, & ob id, etiam non tenent. C.de pact.l.pacta quæ contra.& facit regul.non eſt obligatorium.de reg. iur.li.6.
& hinc eſt quòd nobilis † non poteſt re- 17
nunciare priuilegio ſibi cõpetenti ratione nobilitatis, vt capiatur pro debito, vel tormentis ſubijciatur: cùm hoc priuilegium toti generi nobilitatis conceſſum ſit, cui per particulares derogari non poteſt, ex prædictis iuribus, & quia nobilib. & talia priuilegia cõceſſa fuerunt, ex cauſa publica, vt conſtat per plures leges ordinamenti regalis, & partitarum, loquentes de nobilibus, & de eorum priuilegijs, quod in terminis tenent omnes doctores in.l.79.Tauri maximè. Micael Ziſon. columna prima verſiculo quartò dubitatur.& Antonius Gometius numero tertio (vbi loquitur, etiam ſi renunciet cum iuramento, priuilegio nobilitatis) & idem Antonius Gometius in libro ſecundo varia.reſolut.capitulo vndecimo de qualitatibus contractuum, numero.54.& idem tenet Otalor.in ſuo tractatu nobilitatis ſecunda parte tertia partis.nu.8.verſicul.pro contraria tamen parte.vbi notanter loquitur in propoſito. & pro hac parte eſt text. nobilis in.l.alia. §.eleganter.ff.ſolut.matrim.eandem opinionem (& ſi ſub dubio forte) tenet Dominus Didacus de Couarru.in repetitio. capi.quamuis pactum.de pact.libro.6.in initio ſecundæ partis.num.5.cum ſequentibus, & Ferdinand. Mencha.libro tertio primæ partis.tractatus ſucceſsionum.§. 22.numero.78.& idem tenet Petrus de Auenda.in dictionario ſuo in verbo. *Cauallero*.columna tertia verſ.ſit ergo concluſio.& ſi in hoc contrarium tenere videatur Greg.Lup.in.d.l.34.tit.fi.parti.7.in verbo.*De ſangre.*

Ex quibus conſtat, dictam ſententiam, & tranſactionem non tantùm nobilibus hodiernis non nocere, quim nec nobilibus illius temporis, vt pote quod nullas, nec nobilibus dicto compromiſſo & tran
18 factio contentis. Quia quando † contractus ipſo iure nullus eſt, illum faciens aduerſus eum venire valet. ex text. notabili in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacro ſanctę eccleſiæ, & in capitulo ſi quis Præsbiterorum de reb. eccleſi. non alienand. & inibi doctores. & in. l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſi. libro vndecimo ſcribentes etiam in capitul. noſti. de elect. & eſt gloſ. in. l. 1. §. cùm autem. in verb. alienare. C. de rei vxo. act. & facit text. in regul. non præſtat impedimentum. de regulis iuris lib. 6. & in. l. quod ab initio. ff. eodem titu. cum alijs ſuis vulgatis.

QVID plura, & ſi aliquot nobiles dicti compromiſſo ſententiæ, & tranſactioni conſenſierunt (quando prædicta ceſſaſſent) à tamen alij † nobiles, eis non
19 aſſentientes (quim & plebey) poterant aduerſus eas agere, vt quia iniquas, & rei publicæ contrarias. ex text. in dicto capitulo ſi diligenti. de for. competen. cum ſimilibus, quibus conducit quod Compoſtel. ait in capitulo ſcriptum columna. 1. verſiculo ſed nunquid. de elect. & inibi Abb. col. 2. verſi. nota in verſ. & ſi partes. & Felin. in capitulo cùm omnes de conſtitu. columna. 10. nume. 18. verſiculo tertiò fallit vbi ex pluribus iuribus concludunt,
20 quòd vnus † tantùm de vniuerſitate aſſiſtere valet geſtis à maiore parte vniuerſitatis, cùm de admitendo extraneum ſeu forenſem officijs electioni vè agitur, quia cuiuſlibet intereſt, nè extraneus ad illa recipiatur, quod & præcipuè obtinet, cùm & aduerſus populi honorem compromiſſum, & dicta ſententia tranſactio quæ fuerit, ſi quidem nobiles ab officijs abijciantur. vt Innocent. tenet. in capitulo accedentibus (quod legit ſub capi. cùm olim papa) de priuileg. colum. fi. in fine. & idem tradunt doctores in capit. cùm acceſſiſſent. de conſtitutionib. & per modernos in. d. capit. cum omnes de conſtitutionibus.

CETERVM, & nobiles dicti tranſactioni & ſententiæ aſſentientes, contra eas agere poſſent, quia complura † inibi 21
contenta ignobilis hucúſque non obſeruarunt: & ita nec illis cuſtodiendæ à nobilibus ſunt. & frangenti fidem fides frangatur eidé. ex. l. cùm proponas. C. de pact. &. C. de tranſact. l. ſi quis maior. &. ff. de inoffi. teſta. l. ſi inſtituta. &. C. de donati. ant. nupt. l. pollicitatione bonus text. ad idem in. l. 28. in princip. titulo. 11. parti. 3. cum alijs vulgatis. Et ſi iure iurando munitæ eſſent. ex. tex. in capitulo peruenit. de iure iurando & in capitulo quemadmodum. eodem titulo. & in. l. fi. & inibi doctores. C. de non nume. pecu. cum alijs & eſt ad id optimus tex. in. d. l. 28. titul. 11. parti. 3.

Et ſicut dictum compromiſſum † & 22
ſentia, tranſactio quæ diruuntur, eodem modo & pœna inibi impoſita. ex text. in. l. 3. §. ſi ſeruus, & illic Bart. col. 1. verſi. item nota quòd qui venit. ff. de pecul. & in. l. nõ diſtinguemus. §. ſi ſeruus. ff. de arbit. & eſt ad idem glo. in ca. ſignificantibus. in verb. per formam. de offi. de lega. & in. l. ſi patronus. ff. ſi quid in fraud. patron. in verb. Fauiana. bonus text. in. l. apud Celſum. §. item quæritur. ff. de dol. except. quibus concordat text. in. l. 34. verſiculo. *Otroſi dezimos*. titulo quarto partita tertia vbi Gregorius Lup. refert plura iura ſimilia. & facit regul. cùm principalis. ff. de regu. iur. & in regul. acceſſorium eodem titulo, libro ſexto.

SANE, & conſtat, dictam ſententiam & tranſactionem nobilibus non aſſentientibus minimè nocere, quia cum loquantur expræſſim de nobilibus in eis contentis, ad alios ibidem non expræſſos trahendæ non ſunt. Quia † ex tricti ſunt iuris, vt traditur. in. l. 1. C. ſi plu. vna ſenten. fue. conde. & inibi Paul. Caſt. columi.

columna ſecunda verſiculo videbatur au
tem, & idem probatus. in.l.diui fratres.
verſiculo, nec enim.ff.de liber.cauſ.& in.
l.ſi a te.ff.de excepti.rei iudica.notat Bar-
tolus in lege ſi expræſsim columna ſe-
cunda,verſicu.mihi videtur.ff.de appel.&
ibi Imol. col.2.ſi autem nullam.idem &
notant docto.in.l.Iulianus verum debito
rem.ff.de condi.in debi.tex. & ibi ſcribē.
in.l.ſi iudex. ff.de his qui ſunt ſui vel alie.
24 iur.Nec pactum, † nec tranſactio à qui-
buſdam facta, alijs nocet.ff.de pact.l.ſi v-
nus.in princip.& text.in.l. debitorum.&
in.l. filius.C.eodem titulo, cum alijs.Nec
pactum nec † plebeyorum in conſuetu-
25 do, nobilibus nocet. vt in.d.§. plebiſci-
tum.Et illic Bart.colu.1.poſt principium.
inſtitu.de iur.natu.gen.& ciui. & Baptiſt.
Seueri.in relect. dictæ.l. omnes populi
columna.36.verſiculo quam deciſionem.
ff.de iuſti.& iur. Verùm & compromiſ-
ſum niſi compromitentibus † non præiu
26 dicat.ex tex.in.l. non diſtinguemus.§.de
officio.ff.de arbit.& in.l ſi.in ordine iudi-
ciario in pragmaticis antiquis (quæ habe
tur libro quarto nouæ recopila.titulo.21.
l.4)& ad notat in terminis Specul.in titu
lo arbitris.§.reſtat videre ſuper quibus co.
fin.verſiculo ſed nunquid vaſſallus.& ini-
bi Baldus in addictionibus ad Specul. in
rub.dicti tituli de arbitris columna ſecun
da verſiculo vaſſallus poteſt compromitte
re.Et ſatis probatur per totum titulo.C.
res int.al.act.quibus accedat, quod tradit
idem Specul.in titulo de inſtrumen. edi.
§.poſtquàm colum.2.verſiculo ſi autem
non contineatur.in fine.vbi ait, quòd in-
ſtrumentum non præiudicat niſi eis ſolũ
inter quos fit.& idem traditur per docto
res.in capitulo.fi.de fid.inſtrum.& in.l.ad
monendi.ff.de iure iurando maximè Bar
tolum.7.verſic.item quæro quid ſi inſtru
mentum publicum.& alibi ſæpæ per mo
dernos.Nec ſententia aduerſus quoſdam
lata † alijs nocet.ex.l.1.C.quibus res iudi.
27 non noc.& in.l.ſæpæ.ff.de re iudica. cum
alijs.verba enim ſententiæ ex tricte ſunt
intelligenda.l. prima, & per totum C.ſi
plur. vna ſenten. ſue condemna. & in.l.
Paulus in.2.ff.de re iudi.& tex.in.l.4.titu-
lo vigeſimo ſeptimo partita tertia cum
alijs adeo quòd in ſententia non habet lo
cum fictio tranſlatiua, de re ad rem nec
de perſona ad perſonam ita tenet ſingu-
lariter Angelus in conſilio.235.punctus co
lumna finali verſiculo habetur enim, &
ſat conſtat ex Alexand.in conſilio.84.in
cauſa quę vertitur columna ſecunda ver-
ſiculo vnde videmus,& in verſiculo, & i-
deo in caſibus, & in verſiculo per prædi-
cta libro tertio vbi ſingulariter ait, quòd
ſententia lata quæ valuit de iure ſpeciali,
quia approbata eſt, à principe de plenitu-
dine poteſtatis, quòd talis ſententia, nul-
lo modo præiudicat alteri, ſed ſolum illi
contra quem eſt lata, & eum refert & ſe-
quitur Deci.in lege ſecunda. C.de eden.
columna decima numero 47.et 48. cum
ſequentibus, vbi plura adducit, in propo-
ſito noſtro videnda, et hæc confirman-
tur ex pluribus quæ notanter tradit Præ-
poſit.in capitulo cauſam quæ in ſecunda
columna.4 verſiculo quæro ſeptimò, &
columna ſexta verſiculo octauò, quæro
qui fili.ſint legitim.vbi & notanter con-
cludit, ſententiam tantùm litigantus no
cere non verò non litigantibus in cauſa
illa, in qua mandatum non dederunt, nec
litigauerunt. & loquitur, & ſi talis ſen-
tentia, lata ſit ſuper legitimitate perſo-
næ. Et prædicta confirmantur, quia
quando negotium plures tangit, vt ſin-
gulos, niſi omnes conſentiant † mini- 28
mè omnibus nocet.vt in.l.per fundum,
& inibi Bartolus columna prima in no-
tabilis textus, cæteríque doctores. ff. de
ſeruitu.ruſti.prædio. text.in.l. ſiquis hac
lege.§.quotiens.ff.qui & a quibus. & in.l.
fin.ibi enim.& inibi Baldus columna pri-
ma verſiculo, nota quòd omnes.C.de au-
thor. præſtand. & in regul.quod omnes
tangit. de regulis iuris libro ſexto bonus
textu. in capitulo bonæ de poſtula. præ-
lato.quibus et concordat text.in lege de-
cima titulo trigeſimo primo partita.3.&
alibi ſędæ traditur.

QVO ad ſecundum dicimus, dictam præſcriptionem nobilibus non obeſſe. ex ſequentibus.

PRIMO, quia cùm agatur de præſcribendis officijs publicis, præſcriptio
29 iure † nõ ſubſiſtit. ex tex. in. l. præſcriptio. C. de ope. public. & in. l. vſucapionem. & in. l. fi. ff. de vſucap. & in. l. viam publicam. ff. de via publi. & gloſ. in. l. omnes. in verb. publicum. & ibi doctores. C. de præſcrip. 30. vel quadraginta annorum. & in. l. fi. C. de fund. limitro. libro vndecimo, & in. l. 7. titulo vigeſimo nono partit. tertia cum alijs. & in terminis, quòd officia publica præſcribi non poſsint. eſt tex. in. l. hærennius. ff. de decurionibus. & in lege actuarios. & ibi gloſ. in verb. tractauit. C. de numera. & actua. lib. 12.

Secũdò, quia dicta prȩſcriptio rei iníque
30 eſt † & rei publicæ (vt explicuimus) baldè nociba, quare non debet conſiderari. ex text. in capitulo final. de conſuetud. notatur in capitulo primo eodem titulo, libro ſexto & in capitulo erit autem lex. 4. diſtinct. cum alijs, & eſt ad ſupra dicta optimus tex. in. l. 5. verſ. *E otro ſi dezimos*. titul. 2. parti. 1. & in. l. 2. eodem titu. & parti. & in noſtris proprijs terminis ita conſiderat Hiſpanus noſter Pet. Auenda. in dicto eius tracta. de exequendis mandatis regum. capitu. 19. num. 12. verſicu. vtiliſsimum ergo eſt. vbi ait ex pluribus, conſuetudinem qua diſponitur, vt nobiles excludantur ab officijs ciuitatis eſſe irrationabilem, & in damnum rei publicæ. & ideo ibi dicit, priuilegium regium in contrarium obtentum non valere.

TERTIO, quia nullo tempore prȩ-
31 ſcriptio † aduerſus nobiles circa officia cauſari potuit (& ſi centum annis pluriuè tempore electi non fuerint) vt eſt tex. notabilis in. d. l. 2. §. deinde cùm poſt. & in verſi. deindè cùm placuiſſet. ff. de origi. iur. vbi et eſt bona gloſ. in verb. deindè cùm poſt. et etiam doctor. qui text. hanc cauſam determinat. nam ibi centum annis conſules ex nobilium corpore electi non fuerunt, nihilo ſecius tamen, tex. ibi dicit quòd ex nobilium, & ignobilium corpore, poſt modum fuerunt creati, & probatur in. d. authen. de defenſo. ciui. §. 1. colla. 4. & in propriis terminis quòd nõ valeat conſuetudo contra nobiles, vt non admittantur ad officia, & tradit etiam Auenda. 1. part. de exeq. mand. reg. in. d. capitul. 19. fol. 99. col. 3. verſ. vtiliſsimum ergo. Quæ præcipuè in caſu noſtro obtinent, quia hucuſque nobiles ipſi nunquàm fuerunt prohibiti, † & ſi non fue- 32
rint electi: & ob id, aduerſus eos nulla præſcriptio in electione eorum. decurrere valuit ex textu in capitulo abbatæ Sancti Siluani. verſiculo ad hoc authentica, & inibi doctores de verb. ſignifica. & tradunt doctores in capitulo cùm Eccleſia Sutrina. de cau. poſſeſſ. & propriè. Præſertim Imol columna. 4. & 5. verſiculo in gloſa habuiſſe. idem & tenet Abb. in capitulo ſignificante. colum. prima. verſiculo nota primò ex textu de appellat. & Abb. refert & ſequitur Deci. in conſ. 8. viſo puncto. columna. 4. verſi. quartò, et idem tenet Bald. in. l. 1. colum. 2. verſicul. ſecundò oppo. C. de ſerui. et aq. et Cin. in. l. 2. C. quȩ ſit long. conſue. colum. 8. verſi. in ciuitate iſta. et notabiliter Floria. in. l. ſeruitutes in magn. col. 8. nu. 27. verſ. item quod glo. cum ſequentibus. ff. de ſeruitutibus, vbi et ad hoc allegat text. in. l. qui luminibus. ff. de ſeruitut. vrba. prædio. et idem tenet Abb. in capitulo ex parte Aſtenſis. de conce. præben. columna ſecunda, verſiculo ſed contra hoc oppono. et decius in conſilio. 215. in cauſa. columna ſecunda verſi. tertiò: quia. et Angel. Aretin. in. §. ex non ſcripto. columna quinta verſiculo quæro an ſine aliqua contradictione. inſtitut. de iu. natu. gen. et ciui. et doctores in capitulo auditis. de præſcript. cum alijs de quibus Iaſo. in. l. quominus. ff. de fluminib. num. 30. et 31. et ibi Moderni. pro quibus eſt bonus text. in. l. 15. titulo. 31. partita tertia, in verbis. *O le contrallaſſe que no alçaſſe ſu caſa*. Et qui inibi ad notat Gregorius Lupus. in verb. *Contradiziendo*. Quibus et conducit tex. in. d. l. viam publicam.

cam.ff.de via publi.vbi ꝓbatur, etiã centũ
33 annis nõ ſufficere preſcriptionem † cùm
de rebus merę facultatis agitur, & idẽ di-
cit glo.in.c.vt priuilegia.in verb.in anno.
de priuileg.& ibi notanter Ant.de But.n.
16.col.fi.verſ.eadẽ gloſa, cum alijs de qui-
bus Deci.in.conſ.8.viſo pũcto.col.4.verſ.
4.& vltimò.& meliùs per Feli.in.ca.cùm
acceſsiſſent.nu.26.verſ.limita ſecũdò cũ
ſeq.de cõſtitu.& Balb.in tractatu præſcri
ptionũ in.4.parte.5.partis principal.ĩ.1.q.
34 nu.1.cũ ſeq.& facit tex.in.d.l.7.tit.29.par.
3.cum alijs. Vltra hoc ꝙ † in dubio iudicã
dum eſt, ꝙ præſcriptio non obſtet. vt ex
pluribus cõcludit Aym.Craue.in conſ.29
pro clariori.nu.9.& meliùs per eundem
Aym.in conſ.201.preſupponitur in facto.
num.29.& nu.37.& alibi ſæpæ.

Quartò, quia ex quo ea quæ ignobiles prę
tendunt, ſunt contra ius cõmune, ei quæ
aduerſentur, ſi res præſcriptibilis eſſet, tẽ
pus † immemoriale exigebatur, ſeu titu- 35
lus & quadraginta anni.(quę in præſentia
rũ deficiunt) ex tex.notabili.in.c.1.de præ
ſcript.li.6.cũ alijs de quibus.dd.in.c. per-
uenit de cenſib.& in.d.c cùm Eccleſia Su
trina.de cau.poſſe.& proprie.quibus dici
tur locis, ꝙ ſi agitur de abijciendo omni-
no aliquẽ ab electione, habentẽ intentio
nẽ ſuã munitam iure cõmuni ꝙ exigitur
immemorialis cõſuetudo, vel titulus cũ
quadraginta annis, ad idẽ eſt bonus tex.&
ibi notatur per.dd.in.c.cũ perſonæ.§.ꝙ ſi
tales.de priuileg.li.6.cum alijs.

Quibus dictorũ nobiliũ ius fulcitũ manet. Doctor Burg. Marcus Salõ de Pace.

## Summariũ ſuper Vndecimum conſilio.

1 *Teſtamentum a quo præſumatur eſſe ſciſum ſeu cancellatum.*

2 *Teſtamentum quãdo valeat etiam ſi ſit ſciſum vel cancellatum.*

3 *Inſtitutio in teſtamẽto facta quod igne fuit peremptum, duobus teſtibus probari poteſt.*

4 *Teſtator præſumitur ſanæ mentis cũ teſtamentũ facit, niſi contrariũ probetur.*

5 *Priuatio præſuponit habitum.*

6 *Demens ſeu mẽte captus ex quibus præſumatur & probetur. cum plurib. ſequẽ.*

9 *Demens ſeu mẽte captus quis probatur ex quo talis reputatur a conſanguineis eius, ſeu ex quo aliquis communiter demens reputatur.*

10 *Furioſus vel demens quod quis ſit probari poteſt teſtibus ſingularibus.*

12 *Demens ſeu furioſus non poteſt conficere teſtamentum, etiam ad pias cauſas.*

13 *Furioſus habẽs dilucida interualla ſemper præſumitur furioſus, & feciſſe teſtamentum furoris ſeu dementiæ tempore.*

14 *Aduocatus non poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua fuit aduocatus.*

15 *Solicitator non poteſt eſſe teſtis in eadẽ cauſa ĩ qua fuit ſolicitator, ſiue ei ſit aſſignatum ſalarium vel non.*

16 *Teſtis eſſe non poteſt, quando ei ſequeretur ex eius dicto opprobium vel laus.*

17 *Tabellioni aſſerenti in inſtrumento publico aliquẽ eſſe ſanæ mẽtis nõ creditur*

18 *Teſtes deponẽtes aliquẽ eſſe furioſũ vel non ſanæ mẽtis præferũtur teſtibus deponẽtibus de ſana mente, quando meliorem rationem aſsignant, & quando deponunt veriſimiliora.*

19 *Fatuus plerunque non fatua loquitur. & num.21.*

20 *Teſtes deponentes de ſana mente (etiam ſi non ſint interrogati) debent aſsignare rationem concludentem ſui dicti.*

22 *Teſtamẽtũ confectũ per teſtatorẽ vi vel ſuggeſtione alicuius, non valet nec tenet in præiuditium alterius hæredis inſtituti in alio priori teſtamento.*

## CONSILIVM VNDEcimum.

DEI optimi maximi auxilio petito: eiúſq; genitricis Mariæ lis eſt inter Antonium de Carauaxal ex vna parte, & ex alia Alfonſũ de Carauaxal Zamoren. Oppidanũ. in qua dicti Antonij

tonij de Carauaxal.ius fulciemus.

Et primò præmitendum eſt,ꝙ Antonius de Carauaxal difuntus pater naturalis dicti Antonij de Carauaxal anno dñi. 1541.ſuum condidit teſtamentũ, in quo inſtituit hæredẽ vniuerſalem dictum Antonium de Carauaxal eius filium naturalem.cuius teſtamenti nullum dubiũ eſſe poteſt,& ſi in parte ſit ſciſſum à matre dicti aduerſarij:vt ipſa fatetur. Præter hoc,
1 ꝙ ita præſumitur † & ſciſſum fuiſſe ab aduerſario eiúſque matre:ſiquidẽ apud eos ipſum fuerit teſtamentũ.& aduerſus eos tale teſtamentum ſit.ex tex.in.l.ſi Chirographum.ff.de probationib.& in.l.1.§.ille autem.C.de lati.liberta.tollen.& conſtat extraditis per docto.in.l.labeo.ff.de pact. &ex notatis in.l.proxime.ff.de his quę in teſtamẽ.delen.vbi Imol.ita tenet in proprijs terminis teſtamẽti.col.fi. verſ.in.gl. inſerat.& notabiliter idẽ tenet Alexã.in. l.ſi vnus.col.2.verſ.in textu.ibi ab altero. C.de teſtamen.& facit quod dicit Bal.de eo qui vtitur falſo inſtrumento quòd præſumatur illud confeciſſe in.l.maiorem. col.1.verſ.in glo.2.C.ad.l.Cornel. de falſ. & Bal.refert & ſequitur Alex.in conſ.77. in cauſa accuſationis.col.2.verſ.6.inditiũ li.1.& eũ etiã refert & ſequitur Iaſ.in cõſ. 168.in cauſa & litè.nu.3.verſi.vnde ex quo li.4.& Bal.etiã ſequitur vbi plura alia dicit Hipol.de Marſil.in conſ.52.miſericordia dñi.n.33.cum plurib.ſeq. & idẽ Hipol. in.l.qui fàlſam.n.115.cum multis ſequent. ff.ad.l.Cornel.de falſ.quibus accedát quæ de cancellatione inſtrumenti tradũt. dd. maximè Specul.in.titul.de inſtrumento. edit.§.poſtquàm.col.pe.verſ.porro ſi debitor.& Bart.in.l.fullo.§.qui tabulas.col.1. verſ.quæro an hoc ſit verũ.ff.de fur.& Cinus.in.l.ſi de poſſeſsione.col.1.verſ.ad legẽ iſtã.C.de probat.& alibi ſępę traditur, & hęc pręſumptio fortificatur pręſertim quia ex tali ſciſsione cõmodũ reſultabat dicto Alfonſo de Carauaxal, quare ab eo pręſumitur ſciſum ex tex.notabi.in.l.1.§. ſiquis ita in ſuo vbi in terminis Alberi.ff. ne quid in loco publi.Et ob id ex ipſa ſciſſione † ſiue cancellatione teſtamẽti prædicti tanquã ab aduerſario facta, ipſum teſtamentum minimè diruitur.ex tex.in l.pen.§.ſi autẽ ex alia.C.de teſtamẽ. & in. l.24.ti.1.parti.6.ad quod eſt melior tex.in ꝓpoſito.in.l.39.in fine.ti.9.part.6.cũ alijs. 2

Præmitimus etiã in facto,ꝙ dictus Antonius pater dicti Antonij de Carauaxal nunc litigantis,aliud cõfecit teſtamentũ anno.1544.in quo dictũ Antoniũ deCarauaxal eius filiũ etiã hæredẽ vniuerſalẽ inſtituit,quod teſtamentũ (vt eſt plenè ꝓbatũ)igne fuit perẽptũ:quod & ex prædictis ad aduerſario eiúſq; matre factũ præſumendũ eſt.ex reg.ſemel malus. de reg. iur.li.6.ad quod eſt bonus tex.in ſimili in. l.19.verſ.*La ſegũda*.ti.6.par.1.& in.l.3.verſ. *E de mas quando*.tit.4 part.2.l.nõ omnis. §.à barbaris.ff.de re milita.cũ alijs de quibus.Hipol.de Marſil.in ſua pratica criminali.§.diligenter.nu.99.cũ pluri.ſeq.& faciũt tradita per Ioan.de Amicis in conſ. 27.ſuper inquiſitione num.12.

Imò ex quo dictũ ſecundũ teſtamentũ igne fuit cõſumptũ,dicti Antonij inſtitutio in eo facta † duobus teſtibus ꝓbari potuit.(quibus nõ tãtũ eſt ꝓbata,ſed & quatuor teſtibus)ex tex.in.l.teſtiũ.C.de teſt. & inibi ad notat Bal.co.1.verſ.in dubitanter quarta,& melius col.2.verſ.vltimò nota.& ibi etiã Sali.col.1.verſ.& nota ꝙ caſus,idẽ etiã tenet Alex.in.l.fi.C.de bono. poſſe.ſecũd.tabul.col.2.verſ. & iſtud etiã facit.poſt Roma.inibi. col.pe.verſ.in eadem glo.ibi aut etiam, & tradũt.dd.in.c. cũ olim.in primo.de priuileg.&. dd. in.l. hæredes palã.in princ.& in.§.1.ff.de teſta. 3

Quæ duo teſtamẽta(vt probatũ eſt) tẽpore quo dictus Antonins ſenior condidit ſanę mentis erat † & de iure talis pręſumitur.ex text.in.l.nec codicillos.C.de codicil.quo in loco doctores dicunt præſertim Bar.col.1.verſ.dicendũ eſt ergo, ꝙ ille qui dicit aliquẽ eſſe ſanæ mentis, habet præſumptionem iuris pro ſe, ſcilicet quòd quis ſit ſanæ mentis, ad quod & eſt tex.notabilis in.l.2.verſi.*E otroſi dezimos que quando alguno*. Cum ſequenti.tit.14. parti. 4

parti.3.bonus tex.ad idem in.c.fi.verſ.nos
cauſam,& in verſ.ſi verò de ſucceſsionib.
ab in teſtat.cũ alijs quæ ſupra diximus in
conſ.7.num.4.cum ſequentibus.

Præmitendum etiam eſt,quòd dictus
Antonius Senior vt dicit aduerſarius a-
liud & vltimum confecit teſtamentũ,in
quo aduerſarium hęredem inſtituit,& in
eo dicta priora teſtamenta reuocauit, ex
qua immutatione & reuocatione cõſtat
de prędictis prioribus teſtamentis † quia
5 priuatio pręſupponit habitum.ex.l.decẽ.
ff.de verb.oblig.& in.l.manumiſsiões.ff.de
iuſti.& iur.& i.l.1.§.ſed ita demũ.ff.quib.
mod.vſu.fruc.amit.cũ alijs ſuis vulgatis.

In præſenti enim quęſtio vẽtilatur,an
dicto poſteriori teſtamẽto ſint reuocata
prædicta priora teſtamenta.In qua quæ-
ſtione conſtanter dicimus,ꝙ nõ ſunt re-
uocata ex ſequentibus.

Primò,quia cũ dictũ poſterius teſtamẽ
tũ conditũ dicitur, teſtator mẽte captus
6 erat † et ſine memoria,vt pleriſq; ꝓbatur
teſtibus,q cõcludũt, ꝙ tũc nec cognoſce
bat perſonas corã eo extãtes, & ꝙ genita
lia detegebat,& in honeſta & irridenda
loquebatur,& ꝙ blaſphemabat, alia quæ
nefanda cõtra ſolitũ morẽ dicebat:ex q-
bus ꝓbatur demẽtia dicti Antonij teſta-
toris.ex tex.notabili in.l. ob quæ vitia.in
princi.ff.de edil.edict.in verbis.*Vel per vi
cos more inſanorum deridenda loquãtur.*
Quẽ tex.ad hoc dicit ſingularẽ & meliorẽ
de iure Ang.in.l.ſi cum dotẽ.§.ſi maritus.
ff.ſolu.matri.col.fi. verſ.in glo.ſuper ver-
bo.eundẽ tex.dicit meliorẽ de iure Iaſ.in
conſ.141.circa primũ.n.6.in princ.li.4.ad
idẽ eſt bonus tex.in.l.15.qui §.diuus. & ibi
eſt bona glo.in verb.ex ſermonibus.ff.de
tuto.& curato.dat.ab his.tex.etiã in.l.1.§.
idẽ Iulianus.ff.de edil.edicto.ibi.*Et quaſi
demẽs reſpõſa daret.* Optimus tex.ad idẽ
in.d.c.fi.de ſucceſsion.ab in teſta.& ibi no-
tant cõmuniter.dd.facit ad idẽ tex.in.l.5.
iuglar.verſ.*E otroſi dezimos.* Cũ ſeq.tit.7.
par.6.& ꝙ ex ſermonibus demẽtia cõpe-
riatur eſt tex.i.c.fatuus.in prĩci.96.diſtin.
& tex.in.l.idẽ Iulian.§.cõſtat.& ibi cõmu
niter.dd.ff.de leg.1.& eſt gl.in d.l.nec co-
dicillos.C.de codicil.in verb.fidẽ ad eſſe.
in fine.& ꝙ ex factis & dictis demẽtia ꝓ-
betur.eſt tex.notabilis in.l.quidã ĩ ſuo.ff.
de cõdit.inſtitu.& in.l.2.C.de iude.& ce-
lico.& faciũt ſingulariter tradita per Ale.
ĩ.d.l.ſi cũ dotẽ.§.ſi maritus.col.pe.ver.no
ta in glo.cũ ſeq.poſt Domini.& alios per
tex.ibi in.c.1.§.ſi vero col.1.verſ.nota qui
dicatur demens.cũ ſeq.de cleri.egrotan.
li.6.& latiſsimè.Card.Pau.Pariſ.in conſ.
63.mortuus eſt.n.14.li.4.& plenius per eũ
dem Pau.Pariſ.in cõſ.87.ad veritatem.n.
4.cũ ſeq.li.3.poſt Roderic.Suarez in alle-
gat.1.col.2.verſ.ex multis enim.& Steph.
Bertrand.in conſ.48.ex proceſſu cauſę.n.
20.&.21.lib.1.& plenius Sebaſtia.Vanti.in
tractatu de nullitate ſententiæ.in rub.de
nullitate ex defectu.in habilitatis.nu.17.
&.18.In pręſenti etiã cõſtat de dicta de-
mẽtia,quia oẽs teſtes cõcludunt † ꝙ bla- 7
ſphemabat et iurabat.ſecundũ Card.Pau.
Pariſ.in.d. conſ.87.nu.6.lib.3.vbi & ait,i-
dem eſſe ſi ſtet nudus coram hominibus,
& idẽ dicit Carol Ruin.in conſil.67.in q.
nu.8.li.1.& Bertran.in.d.conſ.48.nu.21.li.
1.Vltra hoc dementia probatur † ex eo ꝙ 8
dictus teſtator tempore dicti poſterioris
teſtamenti non habebat memoriam or-
dinatam.ex tex.in.c.filij in princip.de hæ
reti.li.6.& ibi notat Dominic.col.1.verſi.
nota quòd ille non eſt ſanę mentis,& idẽ
Dominic.in.d.c.1.§. ſi vero.col.1.verſ.co-
gnoſcitur etiam.de cleri.egrotam. li.6.&
Alex.in.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus. ff.ſo
lut.matri.col.penul.verſi.quartus eſt. Ve-
rũm & de ipſa dementia conſtat † quia à 9
conſanguineis ſuis demens reputabatur.
ex text.notabili in.l.octaui. in fine.ff.vn-
de cogna.& in.l.ſi furioſo puberi.ff.de cu-
rato.furio.facit ad idem tex.in.l.de tute-
la.C.de in integ.reſtit.mino.& intermi-
nis ad hoc communiter allegatur Baldus
in.§.furioſi.inſtitu.quib.non eſt permi.fa
ce.teſtamen.qui nihil dicit.Sed hoc con-
ſtat ex eodem Baldus in lege congruit.§.
furioſi columna prima, verſic. item no-
ta quòd ille.ff de offi.præſid.& in exprſsò

idem tenet Alexan. qui benè loquitur in
conſ.3 breuiter.nu.3.lib.6.& idem Alexá.
in conſilio.54.breuiter columna.2.verſic.
vbi etiam dicit.cum ſequẽ.li.1.& Deci.in
conſ.86.viſo puncto.colum.4.verſic.vlti-
ma concluſio.& Boeri.in deciſio.23.n.79.
verſ.preterea.& plenius per Card.Pau.Pa
riſ.in d.conſ.87.ad veritatem.nu.7.li.3.&
faciunt plura iura quę pro hac parte addu
cit Bertrand.in.d.conſ.48.nu.21.poſt me-
dium.& nu.22.& 23.li.1.Præterea et fama
publica eſt ꝑbata, ꝙ ipſe Antonius teſta-
tor tũc demens erat.quę fama ad hãc ſpe
tiem conſideranda eſt.ſecundum docto-
res qui ad hoc citãt Bal.in.d.§.furioſi.in-
ſtit.quib.non eſt permi. face.teſtamẽ.qui
nihil dicit.licet ad hoc eum allegent do-
ctores præcipuè Alex.in conſ.54.ad quæ-
ſitum.col.2.verſ.vel ſi probatur. li.1.& idẽ
Alex.in cõſ.141.maturæ. col.4.verſ.quod
autem teſtes.eod.li.1.& in.d.con.3. breui-
ter.nu.3.li.6.& melius idem Alex.in conſ.
92.viſo& oportune.col.5.verſ.præterea đ
ponunt dicti teſtes.li.5.& Deci.in.d.conſ.
86.colu. 4.verſ.vltima concluſio.

Quam dementiá & † ſingulares teſtes
probant, quia ad probandũ quid in gene-
10 re vt aliquem eſſe furioſum, vel in famá,
ſeu hæreticum ſufficiũt teſtes ſingulares.
ſecundum Innoc.in.c.qualiter et quando
in ſecundo.đ accuſa.col.2.& eũ cõmuni-
ter doctores ſequuntur, & in proprijs ter
minis ꝙ teſtibus ſingularibus furor ſeu
dementia probetur, ſic conſuluit Alex.in
d.conſ.92.col.5.verſ.quia reſpõdeo.li.5.et
plenius idẽ Alex.in.d.conſ.141.col.2.verſ.
præterea teſtes diſcordes.li.1.& in cõſ.10.
maturæ nu.4.cum ſeq.li.6.& idẽ Alex.in
cõſ.147.viſo themate.n.19.verſ.præterea
teſtes ſingulares.li.7.& Boeri.in dicta de-
ciſio.23.n.44.& Carol.Ruin.in cõſ.67.in
quæſt.nu.9.li.1.& Bertrand.in.d.conſ.48.
nu.22.li.1.& ſingulariter Card.Pau.Pariſi.
in.d.cõſ.87.nu.8.9.&.35.li.3.& ibi ipſe Pa-
riſi.referẽdo in terminis plures doctores.
nu.29. tenet ꝙ ad probandum furorẽ vel
dementiam ſufficiunt teſtes conſangui-
nei, affines, & domeſtici.

ET ad probandum ipſam demẽtiam
multum viget prædictum poſterius teſta
mentum, ex quo inibi † aduerſarius hæ- 11
res inſtituitur, omiſſo dicto eius filio na-
turali.argumento tex.in.l.fi.in princip.C.
de curato.furio.& text.in.l.cùm acutiſſi-
mi.C.de fideicommi.& in.l.cum auus.ff.
de condi.& demonſtra.& in expræſſò ſic
conſuluit Alex.in.d.conſ.141.col.3.verſic.
conſidero ꝙ dictus.li.1.& faciũt ad idem
in expræſſò tradita per Roderi.Suarez in
d.allegatione.1.col.4.verſ.4.probatur.vbi
ad hoc ponderat plura iura notabilia quæ
hic non refero.Et ſat de dicta demẽtia cõ
ſtat ex tenore prædicti vltimi teſtamẽti,
& ex forma & modo ipſius.ex tex.in.d.l.
quidã in ſuo.ff.de condit.inſtitu.& id cõ-
ſiderant doctores in.l.furioſum.C.qui te-
ſta.face.po.& Bart.in tractatu de teſtibus
in.§.oppoſita prudentiæ col.1. &.2.& fa-
ciunt ad idem tradita per Alex.in.d.cõſ.
141.colum.3.&.4.li.1.

Cùm igitur dictus Anto.Senior demẽs
fuerit tempore quo dictũ poſterius teſta-
mentum confecit, benè ſequitur ꝙ dicta
duo teſtamenta priora non fuerunt reuo
cata per dictũ vltimũ teſtamentũ † quia 12
demens ſeu furioſus non poteſt teſtamẽ-
tum conficere.vt probat tex.in.d.l.furio-
ſum.verſ.Sãcimus.C.qui teſta.face.po.et
in.l.in aduerſa.ff.de teſta. & ĩ. §.itẽ furioſi
& ĩ.§ furioſi.inſtit. quib.nõ eſt ꝑmi. face.
teſtam.& in.c.fi.de ſucceſſio.ab ĩ teſta.ad
ꝙ etiã eſt optimus tex.in.l.13.ti.1.parti.6.
qua in ſigne diſpoſitũ eſt, ꝙ teſtari nõ po-
teſt ille qui memoriã nõ habet.in his ver
bis.*Otroſi el que fueſſe ſalido de memoria,
no puede fazer teſtamento, miẽtra que fue
re deſmemoriado*.Et adeò teſtamẽtũ mẽ-
te capti nullũ eſt, ꝙ nec ad pias cauſas va-
let, vt cõſtat ex Bar.in repeti.l.1.C.de ſac.
ſanct.eccle.col.4.verſ.1.quęro notat De-
ci.in.l.in negotijs contrahendis.n.2. verſ.
& hoc patet, quia.ff.de regul.iur. & Iaſ.in.
d.conſ.141.nu.6.verſ.iſti oẽs.li.4.& Greg.
Lup.in.d.l.13.ti.1.parti.6.in verb.*Salido de
memoria*.poſt mediũ ad quod allegat tex.
ĩ.d.c.fi.de ſucce.ab in teſta. & facit tex.in
§.fu-

§. furioſus. inſtitu. de in vtilib. ſtipul. & tex.in.l.4.titul.11.parti.5.ibi. *O deſmemoriado*. Et tex.in.d.l. in negotijs contrahédis.& in.l.furioſi.ff.de regul.iur. cum alijs de quibus doctores memores ſunt in locis ſupra proximè citatis. Et facit etiam tex.in.l.4.tit.34 parti.7.

IMO, & quando dictus Antonius teſtator haberet dilucida interualla, præſu-
13 meretur eſſe indementia † cùm dictum vltimum teſtamentum confecit: ex quo ante probatur furioſus.ex tex.iuncta glo. in.c. indicas. in verb. oſtenderis.3.q.9.& melius probatur in d.c.fi.de ſucceſsio. ab inteſta.vbi eſt optima glo. in verb. compotem.in fine.quam inibi communiter doctores ad hoc notant,& idem tenet Alberi.in.d.l. nec Codicillos. C. de Codicil. col. fi. prope finem. & Sali. & ibi docto. in.d.l. furioſum.C. qui teſta.face.po. col.2.verſi.quæro an debeat probari.& docto.in.c.cum inter canonicos.de elect.& in Clemen.1.de homicid vbi & notat Ancha.nu.6.& idem tenet Paul.Caſtren.in. l.qui teſtamento.§.nec furioſus.colum.2. verſi.item quæro.ff.de teſtamen. & ſingulariter Alex.in.d.conſi.141.col.2.verſi.his præſupoſitis.cum ſequentib.lib.1.& melius idem Alex.in.d.conſi.92. col.4. verſi. quod autem.cum ſequentib.lib.5.& in.d. conſi.147.viſo themate.nu.8.cum ſequentib.lib.7.& in.d.conſi.10.nu.6 lib.6.& glo. in.d.c.fi.de ſucce.ab in teſta.dicit cõmuniter approbatum Curt.Iuni.in conſi.151. habita nu.7.vbi hoc idem tenet pro conſtanti dicendo hanc eſſe communem opinionem etiam in furioſo vel mente capto qui habet dilucida inter valla. eamdẽ opinionem tenet Roderic. Suarez in allegatione.1.col.8 verſi. quarto & ad hoc. & melius.col.11.verſi.confirmatur etiam. & Carol.Ruin.in conſi.67.in quæſtione.nu. 9.cum ſequen.lib.1.& Card.Paul. Pari. in dicto conſi.87. adueritatem. nu.13.& .41. lib.3.& Stepha.Bertrand.in.d.cõſi.48.nu. 24.& 26.lib.1. Et quanto magis hæc opinio vera eſt in noſtro caſu, quia vt eſt probatur, prædicta dementia ſuboritur ex ſenectute & infirmitate dicti teſtatoris quare in eo potius dicendũ eſt, prædicta paſſio potius augeri, quàm minui. vt doctores conſiderant in dictis locis.& glo.in.d. c.cum inter canonicos.de elect. & ibi docto.& notanter Paul.Caſtren.in.l. qui teſtamento.§.nec furioſus.col.2.verſi.item quæro.ff.de teſtamẽt.& ſingulariter Car. Pariſi.cõſi.67.quærela nu.47.lib.3.& quia ſenectus debilitatem corporis inducit. vt in.c.ſi pro debilitate.de offi. de lega. & facit tex.in.l.ſenectus. C. de donationib. cum alijs. Et maximè iam dicta procedunt, quia prædicta demẽtia multo tempore durauerat:quam ob rem ſemper durare præſumitur.ex Bart.in l.2.col.fi. in fine.ff.de bono.poſſe.in.fan.de la.quem ſequuntur docto. in prædictis locis, & idẽ tenet Paul.Caſtren.in.d.l. qui teſtamento.§.nec furioſus.col.2.verſi.item quæro. & hec eſt communis opinio etiam in furioſo vel mente capto habente dilucida interualla.ſecundum Iaſo. in. l. patre furioſo.nu.5.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. & alibi ſæpæ traditur.

NEC omnibus ſuperioribus refragãtur teſtes contrarij, qui deponere volunt de ſanamenti dicti Antonij. ex ſequen-
tibus. 14

PRIMO, quia ex eis vnus eſt aduocatus aduerſarij † & ita teſtis eſſe in hoc negotio non poteſt. ex tex. in.l. fi. ff. de teſtib.& in.c.romana. de teſtib. lib.6. & in.l.fi.ff.de teſtib. ad quod eſt etiã tex. in.l.20.in princip.titul.16. parti.3. & interminis dementiæ probandæ ſic conſuluit Alex.in.d.conſi.141.col 3.verſi.facit quod dicitur.lib.1. Et hic teſtis erat etiam ſolicitator huius cauſæ † quod & ipſum a teſtimonio excludit.ex tex.in. d.c. romana.de teſtib.lib.6.& in.d.l.20.titul. 16 parti.3.& in expræſſo quòd ſolicitator non poſsit eſſe teſtis in cauſa quam ſolicitat, & quòd dicatur habere maiorem affectionem in illa cauſa quàm procurator, eſt ſingularis deciſio dominorum de Rota in nouis.in deciſio.154.ſolicitator. per totam.& idem tradunt docto.in.ca. cùm à nobis

nobis.& in.c.in ſuper.vbi Abb.col.fi.de te ſtib.& in terminis idem tenet Alex.in additionib.ad Bart.in.l. de ferre. in princip. in additione incipien. eſſe teſtis. in verſi. quid auté in ſolicitatore. ff. de iure fiſci. vbi ait in hoc caſu paria eſſe vtrum talis ſolicitator habeat ſalarium vel nõ, & idé tenet idem Alex.in conſi.64.& ſi celeberrime.col.3.verſi.ſecundo reſpondeo.lib.3. idem Alex.in conſi.152.in cauſa.nu.6.lib. 7.& Stephan. Aufreri. in ſuis quæſtionibus Tholoſanis.in.q.204.item fuit quæſitum.col.2.verſi.quid de ſolicitatore.

Similiter & ex eiſdem cauſis repellitur à teſtimonio frater dicti Alfonſi de Carauaxal ex prædictis.& ex his quæ traduntur in.l.admonendi. ff. de iur. iuran. & in.ca.qualiter, & quando. in.2. de accuſa. præſertim cùm ſit eius frater repelli debet à teſtimonio.vt ibi traditur ad quod & eſt bonus tex.in.l.15. *Muger*. Titul. 16. parti.3. & in.l.16.eod.tit. & parti. ad quod eſt melior tex.in noſtris terminis in.l.11. verſi. *Mas el que fueſſe*.titul.1.partit.6.

Depoſito etiam Petri Sanchez tollitur,quia eſt patruus.dicti Alfonſi de Carauaxal.ex traditis in.d.l. admonédi. & per docto.in.l. parentes. C. de teſtib. & alibi ſæpæ.

Item tabellionis dictum coram quo confectum eſt dictum poſterius teſtamétum,ad hanc litem conſiderandum non eſt: ſiquidem † in hac cauſa teſtis eſſe nõ
16 poſsit,quia eius eſſet opprobium ſi teſtamentum mente capti compoſuiſſet: & ob id ex.l.omnibus.C.de teſtib. & ſimilibus,eius teſtimonium eſt improbatum, ita in expræſſò tenet Alex in.d.conſi.141. col.4.verſi.præterea Ioannes Franciſcus. lib.1.& Nicol.Belen in conſi.57. nu.14. & Cardi Paul.Pariſi.in.d. conſi.87.ad veritatem.nu 43.& 44.lib.3.poſt Feder.de Sen. in conſi.199.col.1.in fine & Curti.Iuni.in conſi.165.præſupponitur.nu.21. in principio,& Pedemonta.in deciſio.79.quoniã. nu.40.quod et confirmatur,quia deponéti in cauſa,ex qua,ſi id quod teſtis ait verũ non eſſet,eius infamia ſubſequeretur,ſtã dum minimè eſt.vt in.l.7.verſi. *Otroſi dezimos*. Titul. 33. parti.7. ibi. *O de recebir deshonra porque fincaria enfamado*.. Et id notat Ioa.And.in addtionib.ad Specul. titul de teſte. §.1. col.7. in additione incipiente.dominicalis eſt.in fine.& Alex. in additionib.ad Bart.in.d.l.de ferre.in princip.ff.de iur.fiſci.in additione prima.col. 2.prope finem.& late idé Alex. in.d. cõſi. 10.nu.12.lib.6.& alibi ſæpæ.

Præterea(& quòd fortius eſt) etiam ſi ipſe tabellio in dicto aſſerto teſtamento affirmaret prædictum teſtatorem tunc temporis eſſe ſanæ mentis † non ex hoc 17
probaretur eum eſſe ſanæ mentis: cùm de hoc dictus tabellio non ſit rogatus,(& quia contrarium per noſtram partem eſt plenè probatum ) vt in expræſſò tenet Bald.in.l.2.ff.de teſtamen.col.1. ver. quid ſi notarius.& Angel.in.d.l.quidam in ſuo. col.2.verſi.caueant ergo notarij.ff.de condi.inſtitu.et Sali.in d.l.furioſum.C.qui teſta.face.po.col.2.verſi.ſed nunc inſurgit. et Alex.in.d.conſi.141.col.fi.verſi.non obſtat.cum ſequentib. lib.1. in. d. conſi.147. nu.20.lib.1.et in.d.conſi.10. nu.18. lib.6.et in.d.conſi.85.col.fi.in fine.lib.2. et notabiliter idem conſuluit Corne.in conſi.73.viſis.col.fi.verſi. nec obſtat. lib.1. & melius idem Corne.in cõſi. 216. licet in hac. col. 2.verſi.conſtat autem.cũ pluribus ſequentib.lib.4.et hæc eſt communis opinio ſecundum Iaſo.in.l.ſanũ mente.nu.2. verſi. breuiter.C.de tranſact. eãdem opinioné dicit communem eam expluribus cõfirmando Stephan.Bertrand.in.d. conſi.48. nu.32.in fine.cum ſequentib. vſque in finem conſilij.idem et tenet Boeri. in. d. deciſio.23 nu.73.et.74.et Guiller.Benedi. in repeti. c.Raynuntius. de teſtamen. in verb.in extremis poſitus.nu.7.et.8.et.dominus Greg.Lup.in.l.2.in verb.*Todo home* tit.14.par.3.

SECVNDO, teſtes dicti Antonij noſtræ partis hac inprobatione præferuntur, quia magis in ſpetiæ de ponunt † cùm in ſpetiæ de ponent de pleriſque 18
actibus furoris quos viderunt, veriſimilia

quæ

quæ concludunt & rationibus optimus furorem & dementiam concludentibus. extraditis in.c.auditis. & ibi doctores.de preſcript.bonus tex.in.l.ob carmen.§.fi. ff.de teſtibus.& in.c.præterea. eod. tit. & in.c.licet cauſam.de probat. cũ alijs ſuis ſimilibus,& in proprijs terminis quòd teſtes de non ſanamente deponentes præferantur ſi veriſimiliora deponant,& melioribus rationibus id concludant.conſuluit Alex.in.d.conſi.141.col.penul.verſic. præterea eſt probatum. cum plurib.ſeq. lib.1.& idem Alex.in conſi.10.maturè.nu. 5.cum plurib.ſequentib.lib. 6. & plenius idem Alex.in.d. conſi.147. nu. 15. lib.7. & idem tenent docto.in.d.c.fi. de ſucce. ab inteſta. & hoc notabiliter proſequitur Roderic.Suarez in dicta eius allegatione 1.col.7.verſi. tertio, quia teſtes. cum plurib.ſequentib.qui ad hanc cauſam videndus eſt. Et docto. qui dicunt teſtes de ſanamente deponentes præferendos eſſe teſtibus contrarijs,tunc enim loquuntur cùm inter vtróſque teſtes ęquabilitas datur,aliàs ſecus,vt notanter cõcludit Curt. Iuni.in dicto conſi.151.habita diligenti. col.fi.verſi.expræmiſsis.

TERTIO, quia ratio teſtium aduerſariæ partis(quæ in teſtibus eſt multũ conſideranda.ex tex.in.l.ſolam.C.de teſtib.cum alijs quæ ſupra diximus in cõſil. 7.nu 2.)nõn quidem concludit,ſiquidem ex eo deponant mente captum non eſſe, quia tunc temporis ipſe diſponens fatua verba non eſt loquutus, nam plerúnque
19 † fatuus fatua non loquitur: & ob id prædicta eorum ratio dementia non probat. vt concludit ſingulariter in noſtris terminis Corne.in dicto conſi.73. viſis & diligẽter.col.2.verſi.& in ſimili.cum ſequentibus,& in col.fi.verſi.nec etiam obſtat.lib. 1.& Alex.in.d.conſi.141.col.4.verſi.ſimiliter non obſtat.lib.1. & idem Alex. in cõſi. 85.viſo themate.col.4. verſi. plus dicunt. cum ſequentib.plurib. lib. 2. & Stephan. Bertrand. in dicto conſi. 48. ex proceſſu cauſe.nu.29. cum ſequentib. maxime nume.32.lib.1.& Card. Paul. Pariſi. in dicto conſi.87.ad veritatem.nu.44.lib.3.& Roderic. Suarez in dicta allegatione.1. col.8. verſi.& maxime hoc obtinet. cum ſequẽtibus,& alibi ſæpæ. Debent † enim te- 20
ſtes de ſanamente deponentes,concludẽtem etiam non interrogati rationem aſſignare.authore Bald.in. d.l. ſolam. col.2. C.de teſtib & per docto. communiter in d.l.furioſum.C.qui teſta.face.po.& notat latè Alex.in.d.conſi.85.col.penul.verſi.nã quando teſtis. cum ſequentib. lib.2. & in alijs conſilijs de quibus ſupra memores fuimus.& notabiliter idem tenet Roderic. Suarez in dicta allegatione.1. col.8. verſicul.quarto & ad hoc. cum ſequentibus, & Bertrand. in dicto conſi. 48. nu.31. lib.1.

QVARTO, noſtri teſtes præferuntur,& ſi aliquando prædictus teſtator coram teſtibus partis aduerſæ ſana verba protulerit:quia vt dictum eſt, † ſat con- 21
ſtat de dicti teſtantis in ſania: ſi quidem filium propriam excluſiſſet ſi dictum feciſſet teſtamentum,quare parum prodeſſe poteſt ſana alia loqui ex tex. in dicta.l. quidam in ſuo. ff. de condit. inſtitu. & in terminis ita tenet Alex.in dicto cõſi.141. col.3.verſi.circa.& meliùs in verſi. conſidero quòd dictus.lib.1.& Iaſo.in cõſi. 141. circa primum.nu.6.verſi.& per hoc etiã, lib.4. & Bertrand.in dicto cõſi.48. ex proceſſu cauſę.col penul.nu.32.& Card.Paul. Pariſi. in conſil. 67. querela. numer. 68. lib.3.

PRÆTEREA & quando prædicts locus nõ eſſet,ex alio dicto vltimo teſtamento priora teſtamenta non ſunt reuocata, quia aduerſarius eius quæ mater(vt plenè eſt probatum)dictum teſtatorem valdè infirmum in ſua domo habebant & importunis ſuggeſtionibus víque illud teſtamẽtum confeciſſe. quare in præſentiarum obtinet titulus.C.&.ff. ſiquis aliq. teſta prohibue. quæ ſubiectio & importunitas ex cõiecturis probatur. vt in.l.dolum.C.de dol. & in.l. nõ omnes §.à barbaris.ff. de remilita cum alijs.& in proprijs terminis quòd ſi quis importu-

nis

22 nis verbis † & ſuggeſtione teſtatorẽ mo uit ad mutandum teſtamentum prius fa ctum in cõmodum alterius, quòd ſucurritur hæredi inſtituto in priori teſtamento actione de dolo ſeu actione in factum & illi vltimum teſtamentum ſic factum minimè nocet. tenet Angel. per tex. ibi in l. non eſt enim. col. 1. verſi. in gloſa ſecunda ff. de in offi. teſtamen. (vbi ait ſic in ardua cauſa obtinuiſſe) & inibi etiam eſt bona glo. in verb. de limentis. idem & tenet idem Angel. in l. fi. C. ſi quis aliq. teſta. prohibuc. col. 2. verſi. in textu ibi non eſt criminoſum. idem & tenet Bartholo. Cæphol. in cautela. 38. licet cùm verbis per totam (vbi ait, ita fuiſſe praticatũ) & Matthæ. de Afflict. in deciſio. 69. quędã domina. nu. 7. & Iaſo. in cõſi. 141. circa primum. nu. 3. per totum. lib. 4. & inibi nu. 8. verſi. iſta ergo donatio. cum ſequentibus dicit, fraudulentas inſtigationes hac in ſpetiæ in ditijs probari. prædictam etiã opinionem tenet Roderic. Suarez in dicta allegatione. 1. col. 15. verſi. Imò & ſi tabellio. cum ſequentibus, pleriſque. & Mõtalb. in l. 3. titul. 9. lib. 3. fori leg. in verb. quãdo. col. 1. verſi. nota quòd ad ſupra dicta. & Guiller. Benedict. in repeti. c. Raynuntius. in verb. condidit. in. 2. nu. 21. in princip. de teſtamen. & Didac. à Segur. in repeti. l. 1. §. ſi vir vxori. col. 48. verſicul. ex hoc etiam infertur. ff. de adquiren. poſſe. & Ioa. Lup. à Palat. Rub. in repeti. rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 80. aliàs. 81. nume. 11. verſicul. ſecus dicerem. & num. 14. & Dominus Greg. Lup. in. l. 27. in verb. *Pierda*. titul. 1. partit. 6. quæ opinio confirmatur ex text. in. l. 1. C. ſi quis aliq. teſta. pohibue. &. in. l. quidquid. C. arbit. tutel. & in. l. 1. ff. de dol. except. & in. l. 1. C. de peti. bono. ſubla. lib. 10. & tex. in. d. l. 27. titul. 1. part. 6. poſt medium, & tex. melior de iure in. l. 4. verſi. *E demas dezimos*. Tit. 7. parti. 6. quibus & accedant tradita per Thom. Grama. in caſu ſimili in conſi. 26. in facti contingentia. nu. 1. cum ſequenti. vſque ad finem conſilij.

EX quibus omnibus notoriè conſtat de iuſtitia dicti Antonij de Carauaxal & in eius fauorem ferendam eſſe ſententiam. Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace.

Duode

# Vndecimum Conſilium.

1 OFFICIALIS recedere non poteſt ſine ſindicatu, a loco in quo officium tenet.

2 *Officialis ſi recedat a loco ſui officii antequam ſindicetur, poteſt ab omnibus tanquam fugitiuus cap. & ibi qualiter puniætur proter eius fugam.*

3 *Officialis fugiens a loco in quo officiũ exercet ante ſindicatum, comitit crimẽ læſæ mageſtatis.*

4 *Citatio non requiritur, quando proceditur contra officialem fugientem ſine ſindicatu.*

5 *Sententia ferri poteſt ſine aliquo libello contra officialem fugientem ante ſindicatum.*

6 *Officialis fugiens ante ſindicatum condemnari poteſt tanquam contumax.*

7 *Carceratus quis dicitur illo loco, in quo ſtare tenetur.*

8 *Fugiens a carcere, cenſetur confiteti delitum.*

9 *Iuramentum partis ſufficit ad condemnandum officialem recedentem ante ſindicatum.*

10 *Abſens condemnari poteſt proter eius contumatiam.*

11 *Contumax ſi compareat, non poteſt allegare contra proceſſum prius factũ contra eum in eius abſentia. ſed debet ſummere litem in eo ſtatu inquo eam inuenit.*

12 *Contumax non debet audiri, niſi prius ſoluerit expenſas, & ibi tractatur an etiam ſatiſdare debeat antequam audiatur.*

13 *Appellari debet a ſententia contra aliquam lata, intra tẽpus a lege ſtatutum ad appellandum a tempore ſcientiæ.*

14 *Appellatio producenda eſt coram iudice a quo appellatur.*

*Officialis fugiens ſine ſindicatu habetur pro vero cantumace.*

16 *Contumax verus incriminalibus non auditur apellans.*

17 *Sententia lata contra officialem recedentem ſine ſindicatu, ſtatim debet executioni mandari.*

18 *Spoliatus a iudice procedente iuris ordine non ſeruato, ante omnia reſtitui debet.*

19 *Solitus fenerari agere poteſt ad intereſſe lucri ceſſantis.*

20 *Valor rei pera liquem ſublatæ probatur iuramento ſpoliati.*

Duode-

# Duodecimum conſilio.

OPTIMI maximi dei fauore impetrato. In hac lite quę vertitur inter Ioannem Ortiz de Zarate, & Ludouicũ de Matamoros ex vna parte:& ex alia donnum Ludouicum Illiſonſum de Lugo. Sequentia videnda ſunt.

PRIMVM, an proceſſus factus aduerſus dictum donnum Ludouicum, ritè rectéque ſit factus: acta quæ eius probent, fidem quæ faciant.

SECVNDVM, nunquid ſentẽtia lata aduerſus dictum donnum Ludouicum in rem iudicatam tranſierit: non obſtantibus quæ in contrarium ſunt allegata.

TERTIVM, an quando omnia ceſſarent, prædicta ſententia ſit cõfirmãda ex actis dicti proceſſus.

QVO ad primum, affirmatiua placet reſponſio, ſi quidem dictus dõnus Ludouicus de Lugo noui Indicarum regni
1 præfectus fuit: quam ob rem † ab eo recedere non poterat abſque ſindicatu, nec excuſari potuit proter ſuam dignitatem. vt in authenti. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. per totum. colla.2. & in.l.1. per totam. C. vt omnes iudi. tã ciuil. quàm milita.& in.l. meminiſſe. in princip.ff. de offi. pro conſul.& lega.& ibi notat Bald. col.1. in princip. cum alijs de quibus Paris de Put. in tractatu ſindicatus. in verb. an ſi poteſtas condemnauit. nu.17. & melius in verbo. an ſi offitialis aufugit. nu.1. cum ſequentib.& in verb. viſo de modo procedendi. nu.1. cum ſequentib.& eſt ad idem tex. in.l.6. titul.16. lib.2. ordinamen. (quæ habetur lib.3. nouæ recopil. tit. 7.l.23.) & in.l.4. verſi. *E deſpues*. Titul.15. lib.2. ordina. (quæ habetur lib.3. nouæ recopila. tit. 9.l.3.) & idem probat tex. in.l 4. verſi. *Ordenamos*. titul.11 lib.3. ordinamen. & in.l. 6. verſi. *E deſpues*. Cum verſicul. ſequenti. titul.4. parti.3. & in.l.12. verſi. *E aun deximos*. Titul.5. parti.3. optimus tex. ad idẽ in.l.1. verſi. *Fueras ende el adelantado de alguna tierra*. Titul.16. partit.3.& in.l.135. verſi. *E ſi demandan*. in legibus ſtili. à deo quòd tex. in dicto authẽ. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag.§. ſiquis autem. verſi. neceſſitatem. colla.2. diſponit † quòd ſi officia- 2
lis antequàm ſindicetur, recedat à loco in quo officium gerit, quòd ab omnibus tanquàm fugitiuus capi poteſt, & idem in effectu diſponit tex. in dicta.l.6. verſic. *E otroſi el dicho ſeñor Rey*. Titul.16. lib.2. ordinamen.& glo. in dicto. verſi. neceſſitatem in verb. furti. dicit etiã, quòd quadrupli pena plectetur talis officialis fugiens ante ſindicatum, prout fur manifeſtus.& tex. in dicto verſi. neceſſitatem. cõmendat ad hoc Greg. Lup. in dicta.l.6. in verb. *Ellos deſpues*. Verſi. & quid ſi recederet. titul.4. parti.3. & late Paris de Put. in dicto eius tractatu ſindicatus. in verb. an ſi officialis aufugit. nu.1. cum ſequenti. & Iaſo. in dicta.l.1. C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm milita. nu.3. cum ſequentib.
Quin & officialis † qui aufugit ante ſin- 3
dicatum, quodammodo dicitur committere crimen læſæ mageſtatis. vt probat tex. in.l.2. in princip.ff. ad.l. iul. mag. & in dicta.l.1.§. quòd ſiquis temerarie. C. vt omn. iud. tam ciuil. quàm mili. cum alijs de quibus Matthæ. de Afflict. in.c. vnico. §.& bona comitentium. in titul. quæ ſint regal. nu.70.& Hirony. Gigans in ſuo tractatu de crimine læſæ mageſtatis. q.42. nu.1.&.2.& in effectu idẽ tenet Barthol. de Capua in ſua glo. ſuper capitulis regni Sicilæ. in rubri. quod tempus ſindicationis non labatur. col.1. verſic. ſed nunquid officialis qui recedit. pagina.285. ad quod eſt bona glo. in dicto authenti. vt iudi. ſi quoq. ſuffrag.§. ſi quis autem ver. neceſſitatẽ. in glo. in verb. furti. in fine colla.2.

SANE, & quòd contra officialem citra reſidentiam fugientem procedi poſ

ſit

4 ſit † abſque eius citatione, & ſine edictis & præconijs (quæ hic interuenerunt) ſatis probatur in prædictis iuribus. maximè in dicta. l. 1. C. vt omnes iudi. tã ciuil. quàm milita. & in dicto authen. vt iudi. ſine quo quo ſuffrag. §. ſiquis autem. verſi. neceſsitatem. colla. 2. ad idem eſt optimus tex. in authenti. de callatoribus. §. ſuper hoc ſancimus. cumſequentib. colla. 9. vbi probatur aduerſus eum ſine citatione procedi poſſe: et acta et proceſſus ſic cõtra illũ factus plene probant. & idem probatur in. c. ex literis. de exceſsib. prælato. & in proprijs terminis ſic Oldrad. conſuluit in conſi. 65. hic agitur. col. 1. ver. & quòd habeantur pro confeſsis. & melius in verſi. venio ad ſecundum an ſit citandi. (ſi quidem veri ſint contumaces, ex iuribus ibidem ab eo citatis) & Old. refert & ſequitur Ioa. And. in additionib. ad Specul. in titul. de præſumptionibus. §. ſpecies. in additione incipien. lex vnica. col. fi. in fine. & idem tenet Paris de Put. in dicto tractatu ſindicatus. in verb. an ſi officialis aufugit nu. 1. in fine. & ſingulariter Boeri. in deciſio. 206. & quia ſupra. nu. 5. in fine. & nume. 6. quibus accedat tex. in. l. pleríque ff. de in ius vocã. vbi probatur, quòd ſiquis à loco in quo ſtare obnoxius eſt, diſceſſerit, ibíque non inueniatur, quòd tunc nulla eius exigitur citatio. quod in expræſſo ad notat Innocen. in. c. ſi aduerſarius. col. 2. verſ. item nota. de eo qui miti. in poſſe. cau. rei ſeruan. & domini. de Rot. in deciſio. 48. valet citatio. colum. 1. & 2. in nouis. quod etiam confirmatur ex tex. in authẽti. de exhiben. & introdu. reis. §. ſi verò etiam. colla. 5. & ex tex. in. l. 1. ff. de requiren. reis. & ex tex. notabili in clemen. 1. de iudit.

PRÆTEREA in dicto authenti. de collatorib. §. ſuper hoc ſancimus. colla. 9. diſponitur, aduerſus officialem ſine ſindicatu recedentem † ſententiam etiam ſine libello ferri poſſe. & idem notat glo. in dicto authenti. vt iudi. ſine quo quo ſuffrag. §. ſiquis autem. verſ. neceſsitatem. in glo in verb. ex nõ ſcripto. colla. 2. quæ dicit, hoc in caſu ſententiam ſine actis pronunciari poſſe. quod eſt fortius: & quando magis erit vbi libellus, & acta, & præconia, & ędicta, & tot, præceſſerũt. vt in præſenti.

VERUM & glo. in dicto. §. ſi quis autem. verſ. neceſsitatem. ſentit. in verb. ex non ſcripto. officialem fugientem intra tempus à lege ſtatutum ad ſindicatũ † & citra ſuperioris licentiam, condemnari poſſe, & pro conuicto confeſſo quæ haberi. ad quod & præter illam gl. eſt tex. notabilis ſecundum Bart. in proprio loco in. l. conſiliarios. C. de aſſeſſorib. & notant doctores in. lege. ff. ad ſilenia. cum alijs de quibus Paris de Put. in dicto tractatu ſindicatus. in verb. dicitur autem ſindicatus. nu. 5. & in verb. fuga officialis. num. 1. poſt medium. poſt Ioa. And. in addi. ad Specul. in dicto titul. de præſumptionibus. §. ſpeties. in addi. lex vnica. col. 2. ad finem, & Old. in. d. conſi. 65. col. 2. & idem notat Pet. de Rau. in ſuo alpha. aureo. in litera. A. in verſi. in rub. C. de aſſeſſorib. & Felin. in. c. nullus. nu. 2. verſi. falit primo. de præſumptionib. & Hipolit. de Marſil. in ſua pratica criminali. §. diligenter. nu. 45. & Capizi. in deciſio. 121. in cauſa officij. nu. 22. Et idem Hipoli. in rub. C. de probationib. nu. 260. 6

OMMIA quæ dicta ſunt confirmantur, quia vbi quis in certo loco ſtare tenetur † cenſetur ibidem carceratus, & eſt ac ſi inibi vinculis. ꝯ tineretur vt cõſtat ĩ. l. in eadẽ ver. in vinculis & in. l nec nõ. in prin. ff. ex quib. cau. maio. & hoc in expræſſò tradit Guid. Pap in deciſio. 253. ſiquis dedit fideiuſſores. per totam. & latè Hipol. de Marſil. in dicta ſua pratica criminali. §. attingam. nume. 26. ſed à carcere fugiens confeſſus † iudicatur, crimen quæ confiteri videtur. vt in. l. 1. ff. de effractorib. & in. l. in eos. ff. de cuſtod. reo. & in l. milites agrum. §. penul ff. de remilita. & in. l. 13. verſi. *Ca ſe meja*. Titul. 29. parti. 7 & in. l. 34. titul. 19. lib. 8. ordinamen. quæ habetur lib. 8. nouæ recopil. ti. 26. l. 7. ſunt & aliæ concordantiæ quarũt meminit Pet. 7 8

Duẽ.

Duē.in reg.392.vbi in prima amplia. hoc extendit etiam ſi crimen non cōmiſiſſet ex tex.in.l.in eos.& ibi glo.in verb. puniē di.ff.de cuſto.reo.

9 PROINDE, ſaltem ad condem nationem † officialis recedentis ante ſin dicatum, partis iuramentum ſufficit.vt eſt tex.notabilis in dicto authenti.de col latoribus.§. ſuper hoc ſancimus. colla.9. & ibi notāt Angel.& docto.& docto poſt glo.inibi.in verb.ex acto.verſi. vel per fugam.in.l.admonendi. ff. de iur. iuran. citans ad id tex.in.l.non omnes.§.fi.ff.de re milita.eſt etiam ad idem glo. in.l. in bonæ fidei.in verb. res decidi. verſi. vel. per fugam.& illic docto. C. de reb. credit. & idem ad notat Angel. in dicto authenti. vt iudi.ſine quoquo ſuffrag.§.oportet.co. 1.verſi.in glo.quæ incipit.cum ſequentib. colla.2.& docto.in dicta.l.1. C. vt omnes iudi.tam ciuil.quàm milita.& in.l. conſiliarios.C.de aſſeſſorib. cū allis de quibus moderni in repeti.l. admonēdi. ff. de iur. iuran.poſt glo.etiam in dicto authenti.vt iudi.ſi.quóque ſuffrag.§. ſiquis autē.verſi. neceſsitatem. in glo. in verb.oſtenderit. & Luc. de Pen. in.l. ordinariorum. col.2. verſi.& ſi poſt depoſitum. C. de coharta-lib.lib.12.& Paris de Put.in dicto eius tra ctatu ſindicatus.in verb.probatio in ſindi catu.nu.1. &. 2. & Capizi. in dicta deciſi. 121.nu.22.& hæc videtur communis reſo lutio vt conſtat ex traditis per Ioa. Baptiſt.Plot.in eius tractatu de in litem iurā do.quem fecit ſuper.l.ſi quando .C. vnde vi.§.30.nu.1.& 2.

10 RVRSVS & in alijs abſentibus criminoſis in contumatiam fugientium iura ſantiunt † in eorum abſentia poſſe procedi,eo modo quo factum eſt aduerſus dictum donnum Ludouicum,& præter iura communia notiſsima probatur in.l.4.titul.3.lib.2.fori legum. & in.l.7..titul.8.parti.3.& in.l.9.titul.2. lib.3. ordinamen.& in.l.15.in fine.eodem titul. & lib. & in l.9.titul.11.lib.3.ordinamen.& idem probatur in pragmatica.206.verſi.*Otro ſi ordenamos*. Quæ eſt poſita in volumine pragmaticarum antiquarū.char. 355. quæ eſt ędita per Reges chatolicos in oppido de Alcala.anno.1503.(& habetur lib.4. nouæ recopil.tit.10.l.3. quæ leges iuſſæ ſunt ſeruari in.l.133. incurijs factis in hoc oppido Pintiano anno. domini noſtri Ieſu Chriſti.1537.

VERVM & ſi procurator dicti dōni Ludouici comparuerit, prædictis non obſtat & ſi non fuerit auditus.

Tum, quia comparuit inſtructo fere proceſſu.

Tum etiam,quia non potuit ex prædictis dictus procurator petere † dictū 11 proceſſum dirui,tanquam ſine citatione confectum. Quim & ſingulariter conclu dit Specul.in titul.de appellatione.§.qua liter autem appellatio.col.4.verſi. ſed ponè quòd proceſſum eſt, & idem Specul. in titu.de comparitione in termino.col. 3. verſic. attendas in ſuper. contumacem etiam expenſas ſoluentem,non admittē dum eſſe ad allegandū contra proceſſum iam factum.& idem in effectu tenet Innocen.in.c.2.col.2. verſi. ſed ſi poſtquàm de dilationib.vbi ait, quòd contumax auditur cōparens,ſcilicet in eo ſtatu in quo cauſam inuenit,nō vero vt præterita poſ ſit iterare. & ad hoc Innoc. allegat Alex. in additionib.ad Bar.in.l.ſi per luſorio. §. 1.in additione incipien.teſtes producere col.2.verſi.ſicut dicimus.ff.de appella.recipien. & hoc expræſſe hodie determinat prædicta pragma. 206. quæ eſt in dicto volumine antiquo pragmaticarum. char.355.& ita tenendum eſt quid quid in contrarium dixerit Iaſo. in.l. ſancimus. nu.19.C.de iudit.

Tū, & quia dictus procurator nolluit ſoluere expenſas factas,nec minus dictus donnus Ludouicus eas ſoluit: igitur non mirum eſt (citra prædicta) ſi non fuerint auditi.ſiquidem contumax † non ſit au- 12 diendus niſi ſolutis expenſis. vt in dicta.l. ſancimus.& ibi docto. C. de iudit. & tex. in.c.1.de dol.& contuma.lib.6.& in.d.l.4. titul.3 lib.2.fori leg.melior tex.in.l.8. ver. *E ſobre todo*. Titul.7.part.3.& in.l.1. verſi.

Pero

Pero ſi.tit.9.lib.3.ordi.( quæ habetur lib.3. nouæ recopila.tit.11.l.1.)& tex in.d.l.9.tit. 2.lib.3.ordinamen.& dicta pragmatica re gia.206.verſi.*Otro ſi ordenamos*. in dicto fol.355.Quim & cõtumax refectis expenſis antequam audiatur,de iure videtur ꝙ debeat ſatiſdare de iuditio ſiſti & de iuditij obſeruatione.vt diſponit tex.in dicto. c.1.de dol.& contuma.lib.6.& traditur in authenti.de exhibendis reis.§.ſi verò ſemel.colla.5.optimus tex.ad idem in.d.l.7 verſi. *E ſi por auentura viniesse*.tit.8.part. 3.& in.d.l.9.ad finem titul.11.lib.3. ordina. quod maximè in pratica admittendum cenſeo(ex ſupra dictis) cõtra officialem fugientem ante ſindicatum.& idem tradit Iaſo.in.d.l.ſancimus.num.1.verſi.adde quòd etiam.C.de iudit.

QVO ad ſecũdum dubium dicimus, etiam ſententiam latam contradictum donnum Ludouicum in rem iudicatam tranſlatam: ſiquidem infra quinque dies
13 † à die ſententiæ ab ea appellatum nõ ſit, tempus enim appellandi currit à tempore ſcientiæ.iuſta tex.in.l.1.§.fi.verſi.ſi aduerſus abſentem.& in verſi. quod autem. ff.quando appel.ſit in verbis. *Ex quo quis ſcit*.& ibi, *ex quo ſcit*.Et ibi eſt glo.notabilis in verb.ſi aduerſus.in verſi.in prædicto ergo caſu.ad idem eſt tex.in.l.1.ad finem. C.de tempo.appella.quem inibi ad hoc notant Bald.col.1.& Salic col.1.verſi.quęro modo.tex.etiam ad idem in.c. concertationi.de appellat.lib.6.&tradunt doctores per tex.ibi in authent.ſed hodie.C.de appellat.cum alijs de quibus Maranta in ſuo ſpeculo de ordine iuditiorum. in.2. actu principali.nume.202.203.&.204.ad idem eſt bonus tex.in.l.1. titu.16. lib.3.ordinamen.ibi.*E viniere a ſu noticia*..Et in. l.6.verſi.*Pero ſi qualquier*.eodem titul.& lib.(quæ habentur lib.4.nouæ recopil.tit. 18.li.1.&.7.)ad idem eſt tex.in.l.2.verſic. *E otro ſi dezimos*.titul.23. parti.3.in verbis. *Faſta a diez dias deſde el dia que lo ſupiere*. Et ibi notat dominus Gregor.Lup.in verbis.*Supiere*. et cùm dies appellationis elapſi ſint à die ſcientiæ, clarũ eſt ꝙ ſententia prędicta tranſiuit in rem iudicatã: & per conſequens mandari debet executioni.vt eſt tex.notabilis.in.c.quod ad cõſultationẽ.de ſenten.& re iudica.cũ alijs. Nec ipſam appellationẽ produxit ante dictum iudicem ſindicatus † prout de iure neceſſum etiam erat, & ante iudicem 14
à quo interponi.&extraditis in.l.1.§.quid ergo.ff.quand.appel.ſit.& eſt ad hoc text. notabilis in.c.appellatio.de appellationi. lib.6.& in clemen.1.eod.tit.& in.c. vt debitus honor.verſi.cum autem.de appella. & idem probatur in.l.14.ad finẽ in dicto titul.23.parti.3.cum alijs de quibus Bal.& moderni in.l.apertiſsimi.C.de iudit.col. 2.verſi.opponitur.& alibi ſæpe traditur, quod& cõfirmatur,quia nec ea facta ſunt quę deſertionem tollunt.de quibus in.l.1. C.de tempo.appella.& in authent.de iudicibus.§.appellationes.colla.6.& in.l.23. in dicto titu.23.parti.3.& in.l.2.titu.16.lib. 3.ordinamen(quæ habetur lib.4.nouæ recopila.tit.18.l.2.)& eſt ad idem tex.in.l.34 in ordine iuditiario Madritij. cum ſimilibus.

VERVM & hæc manifeſta fiunt, quia iura ſuperius citata clariſsimè diſponunt,ſententiam latam contra iudicem ſine ſindicatu recedentem executionĩ mandandam:& quanto magis tanto tempore elapſo. Et quia aduerſarius ex dicta fuga † verus contumax effectus fuit, vt 15
conſtat in dicta lege prima. C. vt omnes iudi.tam ciuil.quàm milita.& in expreſſo ſic conſuluit Oldrad.in dicto conſilio. 65.columna prima verſiculo,& quòd habeantur pro confeſsis,& idem tenet Luc. de Pen.in.l.ſi coloni. columna ſecunda verſiculo ſecundò nota de fuga. C. de agricol.& cenſit. libro vndecimo, & doctores in prædictis locis quos ſupra citauimus numero quarto. Nec contumax † verus auditur appellans.l.ex con- 16
ſenſu.§.fi.ff.de appellat.l.properandum.§ ſin autem reus.C.de iudit.l.1. C. quorum appellation.non recipian.cum alijs ad idem eſt textu.in lege nona verſiculo. *Pero ſi a queſte*. Cum verſiculo ſequentibus

bus in dicto. titul.23.parti.3.& in l.5.titul.
16.lib.3.ordinamen.Et in proprijs termi-
17 nis † quòd ſententia lata aduerſus officia
les(maximè ſine ſindicatu fugientes)ſta-
tim executioni demandetur,& quòd nõ
ſit locus appellationi.ex tex.notabilis in.
l.3.& ibi notat Cinus.C.quor.appella.non
recipi.& in expreſſo notat Ange.in dicto
authẽt.de iudicibus.§.noſtros.col.1.verſi.
in glo.quæ incipit.colla.6.& Luc.de Pen.
in. d.l.ſi coloni.col.2.verſi.nã delinquens.
C.de agricol.& cenſit.lib.11.& Boeri.in di
cta deciſio.206.num.8. & faciunt tradita
per Robert.Maran.in dicto eius tractatu
de ordine iuditiorum.6. parte.in.2.actu
principali.nu.290.&.291.

QVO ad tertium dicimus, quòd et ſi
prędicta ſententia non eſſet(prout eſt)in
rem iudicatam tranſlata,confirmãda ta-
men eſt ex actis dicti proceſſus.& ex quo
dicti donni Ludouici mandato aurea &
argentea quę dictus Ioannes Ortiz addu-
cebat,capta fuerũt,& hoc ſine cauſa & iu
18 ris ordine nõ ſeruato,quæ iure † ob id an-
te omnia reſtituẽda ſunt & ſi ſpoliatio ta
lis facta ſit iudicis mandato.vt eſt tex.no
tabilis in.c. conquerente.de reſtit.ſpolia.
quem ad hoc ibidem doctores cõmuni-
ter notant.ad idem eſt optimus tex.in.l.3
in princip.tit.14.li.3.ordinamen.(quę ha-
betur lib.4.nouæ recopila.tit.13.l.2.)& ali
bi ſæpe,in hoc enim caſu tanquam priua
tus iudicari debet ex tex.in.cap.cum cau
ſam de offi.de leg.cum alijs ſuis ſimilibus
quod cum de facto factum ſit,de facto e-
tiam & ſine alijs actis & proceſſu ſunt re-
ſtituenda.vt traditur in.l.minor.25.annis
in princip.ff.de euict.& in.l.ſi cum nulla.
ff.de re iudica.notat Bald.in.l.ſi pacto quo
pœnam.C.de pact.cum alijs de quibus Hi
pol.de Marſil.in.l.1.in princip. nu.31.ff.de
quæſtionibus,& contra iudecem nõ ritè
procedentem , competit reſtitutoriũ re-
medium.ex tex.in.d.c.conquerẽte.de re-
ſtitu.ſpolia.traditur per .dd. in.l.ſi quis ad
ſe fundum.C.ad.l.Iul.deui publi. ſeu pri-
ua.& alibi ſæpe.

ET aduerſarius ad intereſſe & lucrum
etiam tenetur,&ad omnia alia damna.vt
concludũt doctores in prædictis locis de
quibus ſupra memores fuimus. n.9.quod
maximè locum habet † cùm dictus Ioan 19
nes Ortiz lucrari conſueuerit:quod conſi
derãdum eſt.ex tex.in.l.non vtiq;. §.nũc
de officium.ff.de eo quod cert.loco.& ibi
doctores.& eſt ad idem bonus tex.in.l.ſo
tium qui in eo.in princip.ff.pro ſot.& no
tant doctores.in.c.conquęſtus.& in.c.ſa-
lubriter.de vſur.& in.l.vnica. C.de ſentẽ.
quæ pro eo quod intereſt profe.& ibi ſin-
gulariter Pet.Rebuf.in repeti.gl. vltima.
nu.23.verſi.ſi vero.cum ſequentibus& per
docto.in c.perveſtras per tex.ibi de dona
tionib.int.vir.& vxo.cum alijs de quibus
Benuenutus Straccha. in ſuo tractatu de
mercatura.in titul.de contractibus mer-
catorum.nu.3.cum ſequentibus.

ET rerùm ſublatarum † valor proba- 20
tur etiã iuramento ſpoliati.vt in.l.ſi quã-
do.C.vnde vi.per quem text.ita conclu-
dunt communiter doctores in prædictis
locis ſupra citatis.num.9.ad quod viden-
dus eſt Ioan.Baptiſt. Plot.in dicto tracta
tu de in litem iurando quem fecit ſuper
dicta.l.ſi quando.§.30.num.1.qui ſingula-
riter loquitur in hoc propoſito.
Et his hæc iuris allegatio finitur.

Doctor Burgen.Marcus Salon de Pace.

Summa-

# Summarium ſuper decimo tertio cõſilio.

1 *PROBATIONES luce meridianæ clariores requiruntur in criminalibus.*

2 *Delictum eſſe commiſſum ante omnia probari debet vt inquiſitio aduerſus aliquem formari poſſit.*

3 *Falſitas libri nec delictum non arguitur ex diuerſitate papiri, nec ex mutatione chartarum. & plenius. numer. 11. & 12.*

4 *Mercatores in ſuis manualibus, ſeu in ſuis libris priuatis, ſcribere poſſũt quod voluerint.*

5 *Mercatores non tenentur edere ſuos libros priuatos, ſed tantum illos libros quos habent in publico edere ſunt obnoxii.*

6 *Mercatores non puniuntur ex falſitate ſuorum librorum priuatorum.*

7 *Tabellio poteſt ante traditas ſcripturas partibus, eas corrigere ſine falſitatis pœna.*

8 *Delictum non dicitur comittere, qui facit illud, quod conſuetum eſt fieri.*

9 *Præſumptio illa ſemper ſummenda eſt, per quam delictum excluditur. & nu. 10.*

13 *Mutatio chartarum ſeu alterius rei vt alicui noceat, debet eſſe facta animo fraudandi.*

14 *Fraudem allegans debet eam concludenter probare.*

15 *Fama bona alicuius ſemper conſideratur in criminalibus.*

16 *Iuramentum rei in criminalibus, quando ſufficiat, vt quis non puniatur.*

17 *Intellectus ad leges regias prohibentes extra regnum pecunias non portari. Vide ibi remiſſiue.*

## Conſilium decimum Tertium.

DIVINO auxilio poſtulato, eiúſq; matris Santiſsimæ. Verſatur cauſa hæc inter Nicolaum Cataneum ex vna parte, & ex alia procuratorem fiſci. inqua breuiter fundauimus dictum Nicolaum Cataneum abſoluendum eſſe ab accuſatione dicti procuratoris fiſci.

Et primò, quia in proceſſu huius cauſę non eſt probatum, dictum Nicolaũ detuliſſe extra hoc regnũ quatuordecim mille aureos contentos in dicta accuſatione
1 † quod quidẽ clariſsimis ꝓbationibus erat probandũ. l. ſciant cuncti. C. de ꝓbat. quæ eſt canonizata in. c. ſciant cuncti. 2. q. 8. ad idẽ eſt tex. in. l. raptores. verſi. ſim aũt in fine. C. de epiſc. & cleri. & in. l. qui ſententiam. C. de pœnis. & in. l. abſentem in princi. ff. eod. tit. quibus conſonat tex. in. l. 12 in princ. tit. 14. parti. 3. nõ enim pręſumitur illud delictum perpetraſſe. l. meritò. ff. pro ſoc. cũ alijs infra allegandis. n. 9.

Præterea vt dictus Nicolaus condemnaretur † neceſſum erat conſtare dictos 2
aureos deductos fuiſſe extra hoc regnũ, vt ex hoc aduerſus eum inquiri poſſet: & an ipſe ſit qui eos portauerit. ex tex in. l. 1. §. item illud. in princip. ff. ad Sillania. & in l. neceſſarios. §. non aliàs. ff. eodem titul. ad quod etiam eſt text. notabilis in. l. 1. C. vbi cau. fiſcal. cũ alijs de quibus Hipol. de Marſi. in conſ. 8. in cauſa magiſtri. nu. 1. cũ ſeq. et in conſ. 63. in cauſa inquiſitionis. n. 2. cum ſequen. & alibi ſæpæ traditur.

NEC aduerſario ſuffragatur dicere, quòd in libro manuali dicti Nicolai aliquæ chartæ mutatæ ad inueniuntur.

TVM, quia vt nobis expoſitum eſt, de ipſa non conſtat mutatione, nec iure præſumitur cùm in facto conſiſtat. ex l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & poſt limi. reuer. cum alijs. Nec de ipſa conſtat mutatione ex eo etiã ꝙ aliquæ chartæ dicti libri magis albæ & alterius papiri videãtur
3 † quia hoc fieri potuit tempore quo ille liber confectus fuit à librario: nam nõ ſemper librari ponunt eundem papirũ in eodem met libro: imò & contingere id potuit ex eo, quia minus ipſæ chartæ quàm aliç vſitatæ fuerunt: vt quotidiè cõſueuit fieri, ex qua conſuetudine explicatio admittenda eſt ex l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & in l. librorum. §. quod tamen Caſius. ff. de leg. 3. quo & cõfirmatur ex tex. notabili in authẽ. de inſtrumẽ. fid. & cautel. §. 1. colla. 6. in quo tex cõſtat diſſimilitudinẽ in chartis diuerſis ex pleríſque cauſis ſuboriri. qui tex. probat ſecundũ Ang. ibi. col. 1. verſ. in tex. ibi literarum diſsimilitudinem. & in verſi. nota hoc. ex tali diſsimilitudine nullam prauam pręſumptionem aſſumendã, & ꝙ ex ea non oritur præſumptio falſitatis aduerſus tabellionem, quibus & accedãt tradita per Pau. Pariſ. in conſ. 28. viſis omnis. nu. 35. & pleniùs. nu. 58. lib. 2.

Tũ etiã, quia et ſi dictę chartæ à dicto Nicolao mutatæ eſſent, ex hoc enim nulla fraus cõtra eũ ſuboritur, ſiquidẽ cãpſores ſimiles quæ officiales in ſuis libris id
4 facere cõſueſcant. Et eo maximè † quia libri vulgo manuales nũcupati efficiũtur tantũ ad memoriã ipſorũ mercatorum, & ob id dici poteſt, licere eis ad libitum chartas mutare. ex tex. in l. in re mandata. C. manda. cum ſuis ſimilibus. & in expræſsò eſt ſingularis deciſio Abb. in ca. 1. col. 3. verſi. quędam ſunt perſonæ. de probat. & inibi Deci. col. 17. verſi. retẽta tamẽ & in verſi. ſed Alex. in quo loco ſingulari-
5 ter concludunt † ꝙ mercatores non tenẽtur edere libros quos non habẽt in publico, ſed in ſecreto in eorũ domibus ad ſui memoriã & inſtructionẽ, quia tales libri ſunt proprij, & de eis ad libitum & ꝙ voluerit facere poſſunt & quod ideo eos nõ tenẽtur edere. quod etiam Bald. tenet in. l. 1. §. rationes. col. 2. verſi. in contrarium ꝙ non cogatur. ff. de eden. & idem Bald. in rub. C. de cõſtitu. pecu. col. pen. verſi. ſi autem non eſt codex. & Cardi. in clemen. 1. §. cæterum. col. 2. verſi. quinto oppono. de vſur. vbi cõcludit, quòd mercatores non tenentur edere eorũ memoriale, ſed tantum librum quem habent publicæ, & ſingulariter idem concludit Franciſ. de Rip. in. l. 1. C. de eden. n. 8. verſi. tu aduerte. poſt Deci. ibi nu. 18. & ad notant moderni in l. admonendi. ff. de iur. iuran. & faciunt tradita per Venuenutum Stracha. in ſuo tractatu de mercatura. in titul. quomodo in cauſa mercaturę procedendum ſit. n. 40. parua impræſsione in pagina. 425. col. 1. & 2. & per Hipoli. in repeti. l. fi. nu. 169. cum ſequentib. ff. de iuriſdi. omni. iudi. & per Ioan. Baptiſt. Plot. in tracta. de in litem iurando quem fecit ſuper. l. ſi quando. C. vnde vi. §. 43. num. 16. vbi ſingulariter loquitur in hoc propoſito. magnum enim diſcrimen eſt inter hos libros, & inter libros confectos ab officiali publico ad eos publicè edendũ. vt notanter ponderant prædicti doctor. & Imol. in c. 2. de fid. inſtru. col. 4. ver. item aduerte. & eum refert & ſequitur Rip. in d. l. admonendi. ff. de iur. iuran. nu. 115. poſt Deci. in dicta. l. 1. C. de edend. nu. 18. cum ſequentib. Vndè doctores in dicta. l. 1 C. de edẽd. clare cõcludũt ꝙ qui propria ſcinderit inſtrumenta, ſeu ea ocultat non eſt plectẽdus aliqua pœna. Præterea vt traditur in. l. damus. iũcta. gl. ibi in verb. priuatas. C. de falſ. & ad notat Bart. in. l. 1. §. qui in rationibus. col. 1. verſi. iſtam legẽ debetis intelligere. ff. eod. titu. de falſ. & Alexan. in. l. quędam ſunt. §. numullarios co. fi. verſi. extra glo. quærit ꝑpè finem ff. de eden. ꝙ ſi mercatores † nõ 6
iurauerint fide, & abſq; dolo officiũ exercituri, ꝙ tunc ſi in eorum libris priuatis aliquid falſsi reperiatur, quòd nõ ex hoc

falſi

falſi pœna punientur: cùm id fecerint in ſuis libris priuatis, qui nullam fidē faciūt. iuſta glo. in dicta.l.damus. in verb. priuatas: ſunt et aliæ concordantiæ de quibus Hipol. de Marſil. in dicta.l.1.§.qui in rationibus.nu.3.ff.de falſ.& meliùs idē Hipol. in.l.§.præterea.nu.15.cum pluribus ſequē. ff.ad.l.Cornel.de ſicca.& hæc eſt communis opinio ſecundum Ioan. Baptiſt. Plot. in tracta.de in litem iurando quem fecit ſuper.l.ſi quando. C.vnde vi.§.43.nu.16. ad quo ibi refert plures deciſiones doctorum.

7 Imò & tabellio † poteſt antequā partibus tradat ſcripturas, eas corrigere ſine falſitatis pœna.ex text.in.l. actorū verba. ff.de re iudica.& notant Bart.& doctores in.l.imperator.col.2.verſic.diſtinguè aut. incontinenti. ff.de ſta.homi.& idē Barto. in.l.ſi librarius.colum.2.verſic.ſed de vno dubitatur.ff.de regul.iur. & idem conſuluit idem Bart.in conſi.197.reperitur.col. 1.verſic.ſed quid ſi tabellio.& Bald.in rub. C.de fid.inſtrument. columna ſeptima verſiculo: ſed pone quòd tabellio.tradunt moder.in.ca.ex literis.de fid.inſtrumen. cum alijs de quibus Card.Pau.Pariſ.in cōſil.28.viſus omnibus.nu.41.42.& 48.cum ſequentibus. libro.2. quanto ergo magis hoc obtinebit in libro priuato & proprio, prout eſt in prædicto de quo agimus in præſenti. & faciunt ſingulariter tradita per Deci.in conſil.175.in cauſa falſitatis. columna.4.&.5.verſic.ſecundò præmitto. vbi allegando plures deciſiones cōcludit, quòd ſemper in dubio debet fieri interpretatio quòd falſitas excludatur. & late idem fundat Hipol.de Marſil.in conſi.21 diligenter.nu.7.cum ſequentibus.

8 VERVM & ad dicti Nicolai excuſationem † ſat eſt feciſſe, quod eſt conſuetum fieri.ex tex.notabili in.l.ſi pignore.§ fi.ff.de pigno.act.in verbis. *Nam vſu hoc euenerat.* Quem ibidem Bartolus,& alij ad hoc notant.colum.1. verſic.nota quòd non eſt in culpa.& idem tenet Roma.in. l.certi conditio.§.ſi numos.col.1.verſi.ſecundo.ff.ſi cert.peta.& ibi eſt ad idē text. in verb.quotidie.ad idem etiam eſt bonus tex.in.l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de edil.edict.cum alijs de quibus Hipolit.de Marſil.in conſi.100.intellecto tenore.nu.8.cum plurib. ſequentib. & Franciſ.Cremen.in ſingulari.149.mos eſt puerorum Bonomie.& Aym.Crauet. in conſi.44.nobilis Guido.nu.5.& eſt ad idem notabilis glo.in.ca.cùm venerabilis.in verb.conſuetudinem. de conſuetu. ſimilis glo.in.c.deníque.per tex.ibi.in.gl. in verb.conſuetudine.4.diſtin.& dicit ſingulariter Barto.in.d.l.quis ſit fugitiuus.§. apud Labeonem.col.1.verſi.ex iſto.§.nota ff.de edil.edict.facientem actum communi conſuetudine licitum, & ſi in veritate illicitus ſit, quòd ex hoc puniendus non eſt tanquam faciēs actum illicitum: cùm in tali caſu non adſit fraus nec dolus.vt probatur in.l.quotiens.§.qui dolo. ff.de probationib.& in.l.aliud eſt fraus.in princip.ff.de verb. ſignifica. notatur in.l. non amplius.§.ſi certum. & inibi Baldus columna prima verſiculo in gloſa hic.ff. de leg.1.& ibi etiam Iaſo.numero quinto & notat Bartolus in dicta.l.ſi pignore.§. fi.columna prima.ff.de pignora.act.cum alijs de quibus Hipolit.de Marſil in dicto conſilio.100.numer.decimo.cum ſequentibus.

PROINDE † & ſemper præſumendum eſt in eam partem per quam delictum excluditur.ex.l.ſemper in obſcuris. de regul.iur. & in.l.proximè.ff.de his qui in teſtamen. delen. cum alijs de quibus Alciatus in tractatu pręſumptionum.regula.tertia pręſumptione.45.numero primo cum ſequentibus quibus & fauet tex. in.l.meritò.(cum ſua materia.)ff.pro ſot. & in.l.penultima.ff. de pœnis.& quæ notantur in.l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff. de noui oper.nuncia.& per Abb.in capitulo auditis.de præſcript.columna penultima verſiculo fuit quidam accuſatus. cū pluribus ſequentibus & ſingulariter per Hipolit.de Marſil.in dicto conſilio.21.diligenter. nu.2.cum ſequenti.& per eundē Hipol.in rub.ff.de fideiuſſorib.nu.21.cum plurib.ſequent.& facit.l.fi.titu.10. parti.5. 9

SVADENTVR & ex alio ſu-
10 periora † quia ſi ſtatuto prohibetur ali-
quid portari extra regnum, ſi aliquis actus
fiat, ex quo aduerſus ſtatutum veniſſe di-
catur, qui ex alio propoſito fieri poſsit
quàm veniendi contra ſtatutum, ſemper
præſumendum eſt ipſum actum factum
fuiſſe, non ex fine veniendi contra tale
ſtatutum. vt concludunt doctores in.l.ſi
fugitiui.C.de ſeru.fugi.cum alijs de qui-
bus Ioan.Franciſc.de Rip.in ſuo tractatu
peſtis.in titulo de remedijs iuridicis. 7.
quæſt.num.307.&.308. cum ſequentibus
charta.93.& faciunt quæ in terminis no-
tant Iaſ.in repeti.l. quominus. nu.18.ff. de
fluminib.& Hipoli de Marſil.in repetit.l.
fi.nu.106.&.107.ff.de iuriſdict.omni.iudi.

Præterea, ꝙ non conſtet de dicto deli
cto ex mutatione dictarum chartarum
11 †& ſi de ipſa cõſtaret mutatione ſatis cõ
ſtat ex text.in.l.ceſſar.ff.de publica.& ex
traditis per Bart.per tex.ibi in.l.cætera.§.
fi.col.2.verſi.oppono ꝙ res.& in verſi.per
hoc determinat.& ibi etiam Iaſ.nu.16.ff.
de leg.1.& Matthę.de Afflict.in deciſi.72.
Nardus Andreas.nu.8.verſi.nec obſtat ꝙ
vltimò.& Feli.in.c.2.n.22.de conſtit.poſt
Alex.in conſi.7.viſo themate.col.fi. verſi.
quintò lib.3.& alibi ſæpę. Quod maximè
in caſu noſtro eſt verum, quia non quidẽ
conſtat ꝙ in dictis chartis quæ mutatę di
cuntur ſcriptum erat, quòd dictus Nico-
laus dictos aureos extra regnum portaue
rit: quam ob rem de dicta mutatione ſeu
cancellatione tractari nequaquã poteſt.
nec de aliqua falſitate ex traditis in.l.ſi v-
nus.C.de teſtamen.& per doctores in.l.fi.
C.de edict.diui adria.tollẽ.& in.l.ſi ex fal
ſis.C.de trãſact.& quæ notat Alex.in cõſ.
13.conſideratis hijs.n.9.verſi.commiſſum
etiam diceretur.li.6.& prædicta in termi
nis proprijs falſitatis ſingulariter cõſuluit
Aym.Crau.in cõſ.6.plura.nu.69.verſi.ſed
ſto ſine vero præiuditio cum ſequentib.
quem refert & ſequitur Ioann. Baptiſt.
Plot.in tractatu de in litem iurando.
quem fecit ſuper.l.ſi quando.C.vnde vi.§
35.num.4.

SANE nec mutatio dictarum char-
tarum † eſſe poteſt inditium ſeu proba- 12
tio, quòd dictus Nicolaus dictos aureos
extra regnum perduxerit ex traditis in.l.
cùm citra.C.de iur.doti.& in.l.ſciant cun
cti.C.de probat.& in.l.abſentem.in prin
cip.ff.de pœnis.cum alijs de quibus Hi-
pol.de Marſil.in conſ.63.in cauſa inquiſi
tionis.nu.13.& 14.

VERVM vt alicuius rei mutatio no
ceat † animo fraudandi eſſe debet.ex tex. 13
in.l.vnica.C.de muta.nomi.& in.l.facta.
§.ſi ſub conditione. in fine.ff.ad Trebell.
cum alijs de quibus Pet.de Rauena.in ſuo
alphabeto aureo.in verb.nominis muta-
tio.& Guillerm.Benedict.in repeti. capi.
Raynuntius de teſtamen.in verb. Ray-
nuntius de Clera num.56.&.57. cum alijs
quæ in propoſito ales at Matthæ.de Af-
flict.in deciſio.404. fuit.nu.8.&.9. quam
fraudem † aduerſarius erat probaturus ex 14
tex.in.d.l.quotiens. §.qui dolo.ff. de ꝓba
tioni.& in.l.merito.ff.proſot.& in.l.aliud
eſt fraus.ff.de verb.ſignifica. cũ alijs ſupra
allegatis in hoc cõſ.n.9.& prędicta fraus
erat probanda probationibus lucis meri-
dianę clarioribus: cum fraus dicatur deli
ctum. vt expræſſe determina Ancha.in
conſ.385.licet pridie.col.2.verſ.item quia
fraus.quem refert & ſequitur plura alia re
ferendo Aym.Craue.in conſ.21. homines
n.4.&.5.& alibi ſępę ꝑ ſcribẽtes traditur.

Proinde & in caſu noſtro † conſideran 15
da eſt bona fama prędicti Nicolai.ex tex.
in.c.cùm in iuuentute.de præſumptioni.
& in.l. nõ omnes.§.à Barbaris.ff.de re mi
lita.cum alijs.probatio enim bonæ famę
tolit præſumptionem delicti.vt ad notat
Bald.in.l.1.col.fi.verſi.niſi bona & laudabi
lis eorũ fama. C.loca.& meliùs ſecundũ
eundẽ Bal.in.l.fi.col.pen.verſi.ſed & ter-
tia.C.de probat.& Alex.in additionibus
ad Bar.in.l.fi.ff.de quęſtionib.in additiõe
incipiẽ.§.ſi tutitiũ.col.2.verſ.& nota qua
liter.cum alijs de quibus Deci.in cõſ.189.
lætatus ſum plurimum.col.penu.verſi.ac
cedit bona fama.&Hipo.de Marſi.in cõſ.

120.in

120.in hac cauſa.nu.36.vna enim præſumptio aliam tollit.l.diuus.verſ.itáque.ff.de in integ.reſtitu.& in.l.non ſolum.ff.de ritu nupt.& in.l.fi.in princip.ff. quod met. cau.& in cap.tranſmiſſa.qui fil.ſint legiti. cum alijs.

PRÆTEREA & cùm dictus Ni-
16 colaus iuramento † profitetur ſe dictos aureos extra regnum non portaſſe, hoc enim iuramentum valde conſiderãdum eſt,vt immunis à pœna reddatur dictus Nicolaus, vt in terminis falſitatis in expræſsò tenent Cinus & doctores in.l.vbi falſi.columna.2.verſic.ad legem iſtam oppono.C.ad.l.Corne.de falſ.& quòd ſtetur iuramento dicentis ſe pecunias extra regnum non portaſſe.eſt text.notabilis in.l. 1.ad finem.C.de littorum & itinerum cuſtodia.lib.12.& ibi notant doctores.

NEC dictus Nicolaus ex dubitato iuditio puniendus eſt.l.abſentem.in princi.ff.de pœnis.&.l.fi.C.de probat.c.in præſentia.de probat.cum ſuis ſimilibus.

ET circa leges regias † prohibentes 17
aureum vel argentum ab hoc regno extrahi.videndus eſt Ferdinan. Mencha.in prima parte tractatus ſucceſsionum.lib.3 §.30.num.315.per totum.vbi plura ſingularia ponit circa illas leges regias ad hunc caſum videnda.

ET ita ex pluribus conſtat dictum Nicolaum abſoluendum eſſe à dicta accuſatione & ita poſtea fuit iudicatum.

Burgen.Doctor Marcus Salon de Pace.

## Summarium ſuper decimo quarto conſilio.

1 *SVBSTITVTIO perpetua cenſetur: & non ſufficit ſemel verificari.*

2 *Conſeruatio familiæ non poteſt in primis dari.*

3 *Subſtitutus admittitur etiam data caducitate.*

4 *Conſuetudo non requirens ſubſcriptionem in prothocollo tabellionis valida eſt,& inibi cum ſequentibus laſæ de intellectu pragmaticæ editæ Compluti circa ſolemnitatẽ inſtrumentorũ,quæ habetur in noua recopil.ll.Regni.lib.4.tit. 25.l.13.*

5 *Iudex poteſt conſuetudinem inveſtigare,etiam abſque citatione partis.*

6 *Signum tabellionis non requiritur in prothocollo, nec eſt de eius ſubſtantia.*

7 *Tabellionis prothacollum carens ſigno & ſubſcriptione efficax eſt, vt ex eo iudicis mandato inſtrumentum publicum educi poſsit.*

8 *Citatio non eſt neceſſaria in extractione inſtrumenti de prothocollo.& ibi quomodo hoc intelligatur.*

9 *Prothocollum ſi ſit cancellatum in parte non ſubſtantiali non nocet.*

10 *Pater poteſt venire aduerſus contractum factum cum eius filio ex cauſa matrimonii.*

11 *Donatio propter nuptias in Hiſpania dicitur arra quæ ſponſæ conſtituitur.*

12 *Pater non poteſt facere donationem ob cauſam matrimonii filio quem habet in poteſtate.*

13 *Intellectus.l.Pomponius Philadelphus. ff.famil.hærciſcun.*

14 *Donatio facta filio niſi traditio rerum donatarum interueniat,non confirmatur emancipatione ſuperueniente.*

15 *Donotio facta filio in poteſtate etiam iurata non valet.& nu.16.&.17.*

17 *Melioratio filio facta ſui natura ante leges Tauri,& ſecundum eas eſt reuocabilis.& multis ſequentibus.*

18 *Iuramentum ſuper actu libero præſtitũ, ipſum actum neceſſarium non facit.*

19 *Iuramentum non debet operari in ter-*

*tii præiuditium.*

20 *Donatio ſeu melioratio facta filio ſi non fuerit acceptata, ante acceptationem reuocabilis iudicatur: etiam ſtante.l.3.titulo.8.lib.3.ordina.(quæ habetur in noua recopila.lib.5.titul.16.l.2.) cum ſequentibus nume.*

21 *Acceptatio donationis requiritur, etiã ſi donatio fuerit iurata.& ſequentibus.*

22 *Diſpoſitio tex.in.l.17.Tauri(quæ habetur libro.5.nouæ recopil.titulo.6.l.1.)an extendatur ad præterita.*

23 *Donans ante acceptationem donatarii remanet dominus rei donatæ.*

24 *Donatarius ſecundus cui res tradita eſt, præfertur ſecundo donatario cui res non fuit tradita. Et inibi de intellectu.l.quotiens.cum ſimilibus.C.de rei vendicat.*

25 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti. Et inibi de intellectu.l. cum a matre.C.de rei vendica.*

26 *Melioratio cum tertio facta ex cauſa matrimonii et ſi non valeat ex diſpoſitione.d.l.17.Tauri, tamen ſi filius fuerit hæres patris meliorantis tenetur ſtare tali meliorationi.*

27 *Teſtator bona fideicommiſſi ante hæredi ſuo donata legare poteſt.*

28 *Si in contractu matrimonii actum ſit, quod primogenitus ſuccedat, licet ipſi primogenito non ſit datus ſubſtitutus, nihilominus pater ex poſt facto primogenito ſubſtitutos adiicere poteſt.*

29 *Additio hæreditatis probatur verbis enunciatiuis ob aliud emiſſis.*

30 *Teſtamentum alterius quis cenſetur approbare, faciendo diuiſionem bonorum ſecundum contenta in ipſo teſtamento.*

31 *Diuiſionis actus ex conſenſu probatur.*

32 *Acceptatio alicuius ſcripturæ cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus clauſulis & conditionibus.& nu.33.*

34 *Hæres ſoluendo legata, ſeu recipiendo bona contenta in teſtamento, vel legatum in eo ei relictum, cenſetur approbare teſtamentum defuncti.& num.35.& 36.& ſequen.pleriſque.*

37 *Hæres ſcientiam teſtamenti ex quibus præſumatur habuiſſe.& nu.38.*

38 *Inſtrumentum pœnes ſe habens, præſumatur habere ſcientiam omnium in eo contentorum.*

40 *Intellectus.l.de his.ff.de tranſact.*

41 *Acceptans vnam partem ſcripturæ, aliam partem ipſius ſcripturæ acceptare videtur.*

42 *Maioricatum quis facere poteſt de re aliena de voluntate domini.*

43 *Producens ſcripturam teſtamenti in iuditio cenſetur eam tacite approbare.*

44 *Intellectus doctrinæ Alexand.in conſil.20.ponderatis his.lib.3.*

45 *Taciturnitas alicuius an ſufficiat, quãdo agitur de eius præiuditio.*

46 *Remuneratio ſemper habetur in conſideratione.*

47 *Approbatio probatur per declaratione͂ extra iudicialem.& ſequentibus.*

48 *Additio hæreditatis ex quo capite cenſeatur facta.*

49 *Poſsidens quo titulo præſumatur poſſidere.& nu.54.*

50 *Voluntas teſtatoris explicatur ex his quæ ipſe dixit extra teſtamentum.*

51 *Teſtes conteſtes cenſeri debent, & non ſingulares: et ſi vnus deponat de loco & tempore: & alius ſine tempore & loco.*

52 *Approbatio quod per aliquem fuerit facta, probatur teſtibus ſingularibus.*

53 *Additio hæreditatis probatur per teſtes ſingulares.*

54 *Intellectus doctrinæ Bartolus & aliarum in.l.gerit.columna ſexta verſiculo ſi vero non poterat facere.ff.de acquir.hæredi.*

55 *Filius conſentire poteſt grauamini maioricatus appoſito ſuæ legitimæ.*

56 *Intellectus.l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inoffi.teſta.*

57 *Iuramentum habet vim expræſſi.*

58 *Aprobatio fieri poteſt per approbantem, etiam in abſentia eius in cuius fauorem ſit approbatio.*

*Appro-*

59 *Approbans aliquem actum, puta teſtamentum alterius, poſt modum nõ poteſt venire contra talem ſuam approbationem.*

60 *Contractus non debet extendi de re ad rem.*

61 *Donatio non compræhendit ea bona quæ donans in futurum habuit.*

62 *Melioratio filio facta intelligitur de bonis præſentibus: non vero de futuris. Et inibi de intellectu l. 23. Tauri. quæ habetur lib. 5. nouæ recopila. tit. 6. l. 7.*

63 *Melioratio ſi fiat alicui filio de aliqua domo, an cenſeatur melioratio illa facta de area, vel de hortu, vel de alijs rebus immobilibus ex iſtentibus prope talem domum.*

64 *Sententia ſine actis non præiudicat.*

65 *Acta proceſſus conſtat non interueniſſe, ex quo in proceſſu non reperiũtur.*

66 *Sententia non nocet non citatis.*

67 *Citatio non præſumitur, quod alicui fuerit facta.*

68 *Citatus ad aliquam litem quis non dicitur, & ſi citatus ſit ad audiendã ſententiam.*

69 *Sententia lata ſuper rebus maioricatus nõ nocet ſucceſſoribus in tali maioricatu: præſertim ſi poſſeſſor nõ appellauerit.*

70 *Succeſſor in maioricatu poteſt appellare a ſentẽtia lata contra ſuum prædeceſſorem.*

71 *Hæres vltimi poſſeſſoris bonorum maioricatus, & in eis ſucceſſor, poteſt venire contra proprium factum defuncti cuius eſt hæres.*

*Conſiliũ*

# Conſilium Decimum Quartum:

DEI optimi maximi poſtulato auxilio. In præſenti cauſa quæ eſt inter donnum Didacum Oſorio de Cazeres fratrem vxoris meæ & Franciſcum Oſorio de Cazeres, ciuites Segouien. ius dicti donni Didaci Oſorio ex pleriſque conſtat.

PRIMO, quia pater dicti donni Didaci Oſorio teſtaméto hac in lite producto ſubſtitutus eſt ad bona maioricatus ſuper quibus eſt hæc lis † cuius ſubſti-
1 tutio non ceſſauit, quia dictæ ſubſtitutiones perpetuæ fuerunt, ita quòd ſemel extare, non ſatis eſt, & quia in his quæ requirunt tractum ſucceſsiuum, non ſufficit momentaneum implementum. ex tex. in l. inter Caſtelianum. ff. de arbit. & ibi doctores. & ex tex. in l. ſiquis ita legauerit. ff. de condit. & demóſtra. & eſt ad idé text. notabilis in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitu. & in l. alia C. de his quib. vt in dig. & in l. cùm maior. §. accuſaſſe. ff. de bon. liberto. & in l. in ſeruituté §. petijſſe ff. eod. titul. cum alijs de quibus Angel. in conſi. 34. Conſtantinus. col. 1. & Deci. in cóſi. 23. & protenui facultate col. 2. verſi. qnintò quia verba. & moderni in l. ſiquis hæredem. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub condi. fact. maximè Deci. num. 3. poſt Ancha. in conſi. 27. non ſeruato ordine. col. penul. verſi. eſt enim mihi iſta ſubſtitutio. cum ſequentibus. & idem probatur in l. 40. Tauri. quæ habetur lib. 5. nouæ recopilat. titulo. 7. l. 5. & quia cùm in præſenti cauſa agatur de conſeruatione fa-
2 miliæ † non poteſt in primis dari. vt in l. cùm ita legatur. §. in fidei cómiſſo. ff. de leg. 2. & in l. peto. §. fratre. & in l. codicillis. §. inſtituto. ff. eod. titul. cum alijs de quibus Areti. & doctores in l. qui Romę. §. cohæredes. ff. de verb. obligat. & alibi ſępæ traditur. Quæ omnia confirmantur, quia vbi ſunt alij ſubſtituti (vt hic ſunt) dictus donnus Didacus Oſorio & ſui filij admittuntur † etiam data caducitate. ex 3
tex. in l. vnica. §. in primo. & in. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollen. & facit text. & quæ illic doctores notant in l. 1. C. de his qui ant. apert. tabul. cum alijs de quibus Ancha. in dicto conſi. 27. col. penul. & idé probatur in dicta l. 40. Tauri. in princip. & in l. 2. verſi. *E aun mandaron*. Titul. 15. parti. 2.

NEC omnibus prædictis obſtat, ſi dicatur, dictum teſtamentum ex eo fidé non facere, quia eſt cancellatum, & quia non habet, ſignum nec ſubſcriptionem tabellionis prout requiritur per pragmaticam Compluti editam, quę habetur li. 4. recopil. tit. 25. l. 13. 4

Tum quia, ante regiam Cópluti pragmaticam dictum teſtamentum confectum fuit: quo tempore † conſuetudo erat (vt probatum eſt) quòd prothocolla ſine dicta ſubſcriptione tabellionis (& eo modo quo prothocollum dicti teſtamenti extat) confici conſueuerant, cui conſuetudini ſtandum eſt. vt conſtat in ca. cùm dilectus. de fid. inſtrumé. & ad notat Bart. in l. ad teſtium. §. ſiquis. ff. de teſtamé. col. fi. in fine. & idem Bart. in conſi. 163. quæritur ſi aliqua. col. 1. & Cardi. in c. cum. P. tabellio. de fid. inſtrumé. col. fi. in fine. & in propoſito eſt ad hoc glo. notabilis in authenti. de tabellionibus. §. illud. in verb. prothocollum. colla. 4. & idem conſulit Alex. in conſi. 14. viſis & cóſideratis. nu. 8. lib. 6. & Deci. in conſi. 447. in donatione facta. nu. 10. & Feli. in c. inter dilectos. nu. 29. verſi. primus. de fid. inſtrumen. & laté idem conſuluit Curt. Iuni. in conſi. 162. habita diligenti. per totum cóſilium. & Ioa. de Neuiza. in conſi. 25. circa donationem nu. 5. quam conſuetudinem † iudex inue- 5
ſtigare poteſt, interrogando tabelliones & alios, an ita ſit de conſuetudine, & hoc ſine citatione partium. vt traditur in l. in hac. in fine. ff. de teſtib. notat Cinus in l. 2.

col.

col.13.verſi.ſecũdo quæritur circa hoc. C. quæ ſit long.cõſue.& doctores in.l.de qui bus.ff.de leg.& idem notat Bart. per text. ibi in.l.lege Iulia.col.fi.in fine ff.de teſtib. & latè Deci.in dicto conſi.447.nu.10.cũ ſequentib.& Boeri.in conſi.8.nu.17.& Ro land.à Valle in conſi.44.præſens conſul-tatio.nu.36.& alibi ſæpe traditur.

6 Tum, etiam quia in prothocollo † nõ requiritur ſignum tabellionis, nec eſt de ſubſtantia prothocolli etiam extante di-cta pragmatica Compluti, vt ex eadem lege regia conſtat.& in proprijs terminis ita tenet Ioa.And.in additionib. ad Spe-cul.in tit. de inſtrumento.editione.§.bre uiter. col.fi. in additione incipiẽ.colla:6. vbi & dicit, nullu iure caueri, quòd ſignũ notarij requiratur in prothocollo. & idẽ tenet Bart.in.d.conſi.163. quæritur ſi ali-qua.col.1.& Bald.in.l.fideicõmiſſa.§. quo tiens.col.fi.in fine.ff. de leg.3. & notabili-ter Card.in.d.c.cũ.P.tabellio.de fid.inſtru men.col.2.verſi.quæro an in prothocollo & idem Card.in conſi.133.& primò ad pri mum.col.2.verſi.tertio obiicitur.& Paul. Caſtren.qui idem conſuluit in conſi.125. dubitatur primo an comes Palatinus.nu. 6.lib.2.& Ioa.de Imol.qui dicit ita cõmu niter doctores tenere. in. c.1. col.2. verſi. item ex igitur.de fid. inſtrumen. & hanc dicit eſſe communem opinionem Alex. in rub.ff.de noui ope. nuncia. col.4. verſi. Roma.& Imol.hic tractant. & eſtãte ver ſicul. circa ſecundum notabile. & idem tenet idem Alex.in.d.conſi.14.viſis & cõ ſideratis his.nu.8.lib.6.vbi refert & ſequi-tur plures ex antiquioribus idem tenen-tes, & dicentes ita ſeruari de conſuetudi ne.idem & conſuluit Deci.in.d.cõſi.447 in donatione.nu.8.& ſecundum hanc opi nionem pluries cõſuluit Hiſpanus noſter Roderic. Suar.vt ipſe refert. in repeti.l. poſt rem iudicatam. in declaratione ad legem regni.in ſecunda extenſione. col.8 verſi.ſupra dicta.ff. de re iudica. & idem conſuluit Curt.Iuni.in.d.conſi.162.habita diligenti.nu.1.cum ſequentib.vbi & hanc dicit eſſe veram iuris concluſionem. & Card. Paul. Pariſi.in conſil. 28. viſis omni bus.nu.62. lib.2. & hæc eſt communis & veriſsima reſolutio ſecundum Roland. à Valle.in.d.conſi.44.præſens conſultatio. nu.40.& nouiſsimè hãc dicit eſſe magis communem opinionem Ioa.de Neuiza. in conſi.24. quòd non probet. nu.5. & in conſi.25. circa donationem.nu.5.quòd ibi maximè procede redicit, quando cõſtat contractum fuiſſe perfectum, per plura quæ inibi ad hoc refert.

Tum, quia tabellio qui dictũ protho-collum edidit erat legalis probatæ quæ vi tæ (vt probatum eſt) & ipſe ex iudicis mã dato ex dicto prothocollo ſcripturã ſum pſit ſuo ſigno munitam, in hac lite produ- 7
ctam.nam & iuris eſt † quòd tabellionis prothocollum carens ſigno & ſubſcriptio ne ipſius tabellionis, efficax eſt vt ex eo iudicis mandato inſtrumentum publicũ educi poſsit. vt traditur in.l. contractus. C.de fid inſtrumẽ.& ibi Cinus.col.fi. ver. quidam vt Fran.vbi & dicit ita ſeruari de conſuetudine.& idem affirmat inibi Sa-lic.col.4.verſi.quæro ſexto.ad quod inibi allegat text.in.d.c.cum.P.tabellio. de fid. inſtrumen.& late idem tenet Alex.in di-cto conſi.14.nu.8.lib.6 & Curt. Iuni. in di cto conſi.162. nu.1. cum ſequentib. vbi & refert plures doctores idem tenentes. & Matthæ. de Afflict. in conſtitutionib. Neapolit.lib.1 rub.73. nu.29. ad finem & Ioa.de Neuiza.in dicto conſi.25.nu.20. & Aym.Craue.in conſi. 158. viſis actis. nu.7. verſi.ſimiliter videmus. & copioſe Ro-land.à Valle in.d.conſi.44.nu.27.& ſequẽ
tib.lib.1.& in hac † extractione inſtrumẽ 8
ti de prothocollo non eſt neceſſaria cita-tio aliqua.vt eſt magis communis opinio ſecundum Ioa.de Neuiza. in dicto conſi. 25.nu.13.ad quòd ibi refert plures docto-res idem tenẽtes.quòd verum credimus, quando inſtrumentum publicum ſummi tur per ſucceſſorem tabellionis corã quo confectum fuit prothocollũ, nam in hoc caſu clarũ eſt, quòd nullius citatio requi-ritur, nec interuenire debent aliæ ſolem-nitates de quibus fit mentio in.d.ca.cùm

P.

R. tabellio.& ita hodiè praticatur vt notã
ter aduertit Do. Couarru.in.c.21.pratica.
qq.nu.3 verſi.hoc ipſum.& Greg. Lup.in.
l.55.in verb. quæ ſino. in princip. titul.18.
parti.3.

Tum,etiam quia & ſi dictum protho
collum cancellatum ſit, non quidem in
9 parte ſubſtantiali, vnde fit † ipſas cancel
lationes non nocere. vt eſt tex.in.c. ex li
teris.de fid.inſtrumen.& tradũt commu
niter doctores in.l.ſi vnus.C. de teſtamẽ.
& in.l.ſi ex falſis.C.de trãſact.& facit glo.
notabilis in.l. fi.in verb. viciatum. C. de
edict.diui adria.tollen.cum qua glo.com
muniter doctores transeunt ſecundum
Alex. qui hoc ſingulariter diſputat in.d.
conſi.14. nu.9. cum ſequentib. lib.6.( vbi
alijs modis reſpondit ſimili cancellatio
ni) & ibi Alex. loquitur in cancellatione
& in inter lineaturã prothocolli.& reſolu
tiuè materiam cancellationis & inter li
neaturã prothocolli latè diſputat Card.
Paul.Pariſi.in.d.conſi.28.per totum. ma
ximè nu.41. cum plurib. ſequentib.lib.2.
vbi & in noſtris terminis refert plura ſin
gularia ſcitu digna. & dicit notabiliter
Bald. per tex.ibi. in.l. Tribunus.§. cùm
quis.col.1.in princip.ff.de mili.teſtamen.
quòd licet inſtrumentum non valeat in
illa parte in qua eſt inter lineatum, quòd
in alijs omnibus eius partibus valet & te
net.

NEC ſuperioribus aduerſatur dice
re, quòd in dicto teſtamento prædictus
maioricatus fieri non potuit,ſiquidem te
ſtator antè dona verit prædicta bona di
cti maioricatus titulo oneroſo matrimo
nij patruo dicti Franciſci. ſiquidem huic
rationi reſponderi poſſit ex ſequentibus.

10 PRIMO,quia † dictus contractus
oneroſus matrimonij & donationis con
fectus patruo dicti Franciſci Oſorio,fuit
factus ante.l.17. Tauri.( quæ habetur lib.
5.nouæ recopila.titul.6.l.1.)antequam le
gem patri liceat venire contra meliora
tionem ſiue prælegatum filio factũ etiã
ex cauſa matrimonij. ſiquidem iure do
natio inter patrem & filium fieri non po-
terat.l.donationes quas parẽtes.C.de do
nat.int.vir.& vxor.l.ſi pater. C. de in offi.
donat.&.l.1.§. ſi pater.ff. pro donato. &.l.
cùm de bonis.C.de donat.titul. generali.
quibus concordat tex.in.l.3. verſic. *E eſſo
miſmo dezimos*. Titul. 4. parti.5. licet ex
cauſa dotis fieri poterat vel donationis
propter nuptias. l. Pomponius Philadel
phus.ff.famil.hærciſcun.ad quod eſt opti
ma glo.in.dicta.l.ſi pater.in glo.1. in prin
cip.C.de in offi.donat.& alibi ſæpæ. & in
præſenti non tantum prædicta meliora
tio nõ fuit nec dici poteſt dos, quim nec
donatio propter nuptias: ſiquidẽ † in his 11
regnis Hiſpaniæ propriè ſit arra quæ ſpõ
ſæ conſtituitur. vt expræſſe diſponit tex.
in.l.1.in princip.titul.11. partit.4. & idem
probatur in.l.87.tit.18.parti.3.& id expræſ
ſe notat Ioa.Lup.de Pala. Rub.in repeti.
rub.de donationib.int.vir.& vxo.§.12.nu.
1.& Roderic.Suar.in repeti.l.1.titul.2.*De
las barras*. Lib.3.fori leg.col.2.ver.& iſtæ
de quibus hæc lex.& Didac.Caſtel.in.l.50
Tauri.in verb. *Arras*.Col.1.verſi.& nota.
& Didac.à Couarru.ſuper lib.4.decretal.
c.3.§.7.ſecundæ partis.nu.12.& de iure cõ
muni donatio propter nuptias erat quæ
ab ſpõſo ſponſæ conſtituebatur. vt in.l.
cùm te.C.de donat.ant.nupt.cum allijs.

Verum & in proprijs terminis † quòd 12
donationem ob cauſam matrimonij pa
ter non poterat facere filio quem habet
in ſua poteſtate.conſuluit Paul. Caſtren.
in conſi.345.circa bona.nu.1. verſi. primò
quia filius famil.per totum verſicul. lib.1.
(& ſi in hoc aliqui doctores magnæ au
thoritatis contrarium teneant). Imò vt
dicta.l. Pomponius Philadelphus. proce
deret, † neceſſaria erat traditio bonorũ 13
donatorum.vt conſtat ex eadem lege. in
verbis. *In poteſtate tradidit*, Quæ traditio
in hoc caſu non interuenit: & ob id dicta
donatio confirmari non potuit, etiam ſi
filio emancipato fieret, ſiuè vera ſeu illa
quæ oritur ex legibus regis,quibus ſtabili
tum eſt,ex contractatu matrimonij filiũ
emancipari:donatio enim filio facta, † ſi 14
traditio rerum non interuenerit, non cõ
firma-

firmatur emancipatione ſuperuenien-
te.ex tex.in.l.2.C.ſi quis alte. vel ſib. & ibi
eſt bona gl.in verb. emancipatis & idē ꝓ
batur in.l. Papinianus & ibi notat glo. in
verb.mariti.in fine.ff. de donat.int. vir.&
vxo.& notat Cinus in.l.1.col.1. ver. modo
ad declaratione.C.de donat.ante nupt.

NEC his refragatur dicere, quòd di-
15 cta donatio & melioratio fuerunt confir
matæ iuramento, † ſiquidem donatio
confecta filio exiſtenti in poteſtate (etiā
iurata)non teneat,quia cùm nō valet do
natio,iuramentum ei ad hærens non dat
robur nec firmitatē tali donationi cùm
eius naturam ſequatur.& tex.in.l.fi. C.de
non nume. pecu. & in.l. non dubium. C.
de legib.& in.l.cum principalis. ff. de re-
gul.iur.& in.c.quemadmodum. de iur.iu
ran.quibus conſonat tex.in.l.56.verſi. *E co*
16 *moquier*. & in verſi. *Ca deſpues*.titul.5. par
ti.5.& in proprijs terminis † quòd nō va
leat donatio iurata inter patrem & filiū
conſuluit Paul.Caſtren.in dicto cōſi.345.
nu.3.verſi.tertiò videtur,& melius in ver.
dic ergo melius.lib.1.& ante eum idē con
ſuluit Oldrad.in conſi.245.quidam pater
famil.col.2.verſi.non obſtat reuocationi.
& idem conſuluit Barba.in conſi. 28. à Io
ue.col.5.verſicul. & ex iſtis apparet. lib 3.
ad quod inibi refert glo. quā dicit ad hoc
communiter in cognitam in.ca.1.§. hæc
ſacramenta. de pac. iuramen. firman. &
idem tenet Guid.Pap.in conſi.173. hone-
ſta mulier.nu.2. verſi. nec confirmatur iu
ramēto.li.3.& Corne.in conſi. 238. quam-
quam videatur.col.4.verſi.cōtrarium ta-
men.cum ſequen.lib.1.vbi ait ita fuiſſe iu
dicatum.idem & conſuluit idem Corne.
in conſi.104.ad euidentiam.col.2.in prin
cip.ante verſi. & licet donatio. lib. 4. vbi
ait ſecundum hanc opinionem fuiſſe iu-
dicatum. & idem tenet ipſe Corne. in
conſi.289.circa primum.col.10.verſi.hoc
præſuppoſito. eod. lib. 4. & notabiliter
hanc partem tenet & defendit per plura
fundamenta Florian.in.l.quæ pater.ff. fa-
mil.herciſcund.col.5.&.6.verſi.ſed his nō
obſtantibus.cum plurib.ſequentib.& Al-
ciat.in.c.cùm contingat.de iur.iuran. nu.
209.cùm ſequentib.poſt Deci. in conſil.
631.caſus de quo quæritur.nu.5.vbi & plus
dicit,quòd & ſi contraria opinio probabi
lior eſſet,id obtineret,cùm talis donatio
non induceret in equalitatē inter filios,
vt in præſenti caſu.& id probatur in.l. in-
ter filios.C.famil.herciſcum.cùm ſuis no
tiſsimis.& faciunt quæ abundè diximus
in repeti.l.3. Taurinarum conſtitutionū
nu.55.cum ſequentibus.

RVRSVS iam dicta ſuadentur 17
† quia melioratio filio facta ſui natura an
te leges Tauri,& ſecundum eas eſt reuo-
cabilis.& ſat probatur in.l.cùm pater.§. à
filia.& in.l.vnum ex familia. in princip.ff.
de leg.2.cùm ſuis ſimilibus de quibus do
cto.in.l.poſt mortem.C. de fideicōmi. &
facit.l.10.verſi.*E ſi alguno*.titul.12 lib.3.fo.
ll.& alibi ſæpæ,electio enim ad meliorā-
dum datur parentibus tempore mortis.
vt in.l.9.titul.5.lib.3.for.leg.ſi igitur ſui na
tura mutari poteſt, iuramentum eam
irreuocabilem non efficiet.ex tex. in.d.l.
fi.C.de non nume.pecu.& in.d l. 56. titul.
5.part.5.cùm alijs ſupra adductis nu.15. &
quia iuramentum ſuper actu libero prę- 18
ſtitum † ipſum actum neceſſarium non
facit.ex tex.in.d.l.fi.C. de non nume. pe-
cu.traditur per docto.in.l. nō dubiū.C de
legib. & in.l. qui iurato.ff.qui ſatiſda. cog.
ad quod eſt optima.gl.in.c.fi.in verb.reuo
catus.de procurato.lib 6. ſimilis glo.in c.
vltima voluntas.in glo.1.verſi.ſed pone.13
q.2.& in expræſſo ad notat Bald.in.l.1.co.
fi.verſi.ſed Specul. dicit.C. de ſac. ſanct.
eccle.& Ioa.de Imol.in. c. cùm cōtingat.
col.31.&32.verſi. item per prædicta vide-
tur.cum plurib.ſequentib.de iur.iuran. &
ſingulariter Feli.in.c.ex.parte de cani.co.
5.nu.12.de reſcript.& in.c. ſi diligenti. nu.
32.verſi.amplia etiam. de for. cōpeten. &
alibi ſæpæ traditur. Quod & confirma-
tur,quia cùm illa reuocatio ſit facta fauo
re aliorum filiorum non melioratorum,
eiuſdem meliorationis reuocatio & ſi ſit
iurata † nō debet operari in filiorum prę 19
iuditium & ſic tertij.ex tex.in. c. cum cō
tingat.

tingat.de iur.iuran.& in. ca. quamuis pactum.de pact.lib.6.& ad notat Bald. in.l. pactũ quod dotali. C. de collationib. col. 2.verſi.ſecundò quæro.& Alex. in cõſi. 55. conſideratis verbis.col.fi.verſi. nec prædictis obſtat.lib.1.& idem in effectu tenent docto.in prædictis locis.

20 ET hæc præcipuum obtinent † quia dicta donatio & melioratio facta patruo dicti Fráciſci Oſorio de Cazeres, ab eo acceptata nõ fuit, & ob id ante acceptationem reuocabilis iudicatur. ex traditis in l.ſi abſenti. ff. de donationib. & probatur in.l.ſi ego. ff. de nego. geſt. ad quod facit tex.in.l.4.titul.4. parti.5. in verbis. *Ca eſtonce no la pueden fazer.* Et ibi hoc notat Grego. Lup. ad idem eſt bonus tex. in. l.63.in media eius ibi. *E da a fulan recibiente por ſi, e por ſus herederos tal caſa.* Titul.18.parti.3.& in.l.68.eod.titul.& parti.ibi. *A fulan recibiente por ſi e por ſus fijos, e ſus nietos e todos los otros que del deſcendieren de legitimo matrimonio.* Et in terminis ita tenet Deci.in.l. contractus. nu.16.ff.de regul.iur.vbi refert alios idem tenentes.& idem Deci.in conſi.226. magiſter.nu.7.& hæc eſt communis opinio ſecundum Curt.Iuni.in conſi.120.præſupponitur in facto nu.1.cum ſequentibus.& ſingulariter idem tenet And. Tiraquel. in tractatu de iure conſtituti.3.parte.limita. 30.nu.1.cum plurib.ſequentib. & Dominus Didac.Coua.in rub.de teſtamẽ.3.par. nu.13.& Auguſti.Bero.in.ca. in præſentia. nu.78.& 79.de probat. & ſi contrarium teneat Carol.Moline.in conſi.60.quod præfata.nu.10.cum ſequentib. Quæ concluſio vera eſt etiam ſtante.l.3.titul.8.lib.3.ordinamen.quæ habetur lib.5.nouæ recopi. tit.16.l.2.vt per plura notabiliter determinat domi.Greg Lup.in.d.l.4. in verb. *No la puede fazer.* col.1.verſi. ſed an hodie. & idem tenet in proprijs terminis dictæ legis ordina.Do.Couarru.lib.1.varia.reſolut.c.14.nu.13.& vide quæ infra dicemus. in conſi.33.præter ea.nu.12. Procedit etiã ſi in tali donatione iuramentum ſit appo
21 ſitum per donantem † nam non obſtante tali iuramento, requiritur acceptatio donatarij: aliàs enim ante acceptationẽ poſſet reuocari talis donatio.ex text.in.l. certum.§.ſiquis abſente. ff. de conſe. vbi iuramentum factum parte abſente, & nemine acceptante, non præiudicat. Quòd confirmatur, quia ſicut donatio habet tacitam conditionem, ſi acceptetur, ita & eodem modo iuramentum appoſitum in tali donatione.ex dicta.l.fi.C.de nõ nume.pecu.cum alijs ſupra citatis nu.15. & in terminis noſtris ita determinat Alciat. (dicens, hanc eſſe veriorem opinionem) in.d.c.cùm contingat.de iur.iurã.nu.241. & 242.& ante eum idem videtur tenere Bald.in authenti.generaliter. col. pe. ver. quæritur vtrũ ex ſcriptura.C. de epiſcop. & cleri.& Archid.in.ca. quacũque.col.1. verſi.in.1.glo. in fine. 22.q.5. & Corne. in conſi.126.licet in hac col.2.verſic. & iuramentum.lib.1.& Deci.in conſi.432. cùm ſit.nu.25. & 26.verſi. vltimò in caſu. & in conſi.305 iuridicam eſſe.nu.6.

NEC dicta.l.17. Taurinarum conſtitutionum (præter iam dicta) ad hunc caſum eſt trahænda † ſiquidem ante eam 22
hæc res erat iã perfecta, & deciſa ex maioricatu edito in dicto teſtamento poſt dictam meliorationẽ, & ex eo ius dictis ſubſtitutis (& ſic dicto dõno Didaco Oſorio) quæſitum.vt conſtat in.l.cauſas vel lites. C. de tranſact. quam ibidem docto. ponderant ad hoc, ſcilicet, legem etiam declaratoriã ad caſus ante eas perfectos ſeu deciſſos non trahendam. & ad idem eſt caſus in.l.relegatorũ.§. ad tempus. ff. de inter dict.& re leg.cùm alijs de quibus Iaſo.in.l.iuſtitia.nu.11.verſi.quartò. & vltimò.ff.de iuſti.& iur.& moder.in. ca. fi.de conſtitu.

SANE & ex alio aſſerimus, quòd dictus maioricatus confici valuit poſt dictam melioriam ante in contrarium editam in fauorem patrui prædicti Franciſci Oſorio, quia tempore dictæ meliorię conficiens maioricatum prædictum, nec ante bonorum poſſeſſionem meliorato minimè tradidit, quo fit, dictum maiori

catum

catum ipſorum bonorũ potuiſſe poſtea facere: vt poteque bonorum dominus. l. in re mandata. C. manda. cum ſimilibus. quibus & conducit tex. in. l. fi. §. Lutius. ff. de donationib. Quæ ſancit † donantem
23 ante traditionem dominum remanere, & ob id rem donatam poſſe pignorare. & notat Bart. in. l. 1. col. 2. verſi. ſed quantum ad præſentem. C. de iur. fiſc. li. 10. vbi hoc dicit eſſe notabile in pratica. & latè proſequitur Deci. in conſi. 645. præſuppoſita. nu. 4. vbi ad prædicta dicit eſſe tex. notabil. in. d. §. Lutius. Quim & tex. in. l. quo-
24 tiens. C. de rei vendica. ſancit † ſecundũ donatariũ cui res donata tradita eſt, priori donatario præferendum. ad idem text. in. l. ſi ea res. §. fi. ff. de act. emp. cum alijs de quibus Iaſo. in. d. l. quotiens. nu. 10. & quia donans rem tradendo præſumitur durare ſemper in eadẽ voluntate. ex tex. in. c. maiores. de baptiſm. Quæ iura obtinent, etiam ſi prior donatio iurata fuerit, authore Imol. quem refert & ſequitur Iaſo. in. d. l. quotiens. nu. 36. & quanto magis cùm ſecunda donatio maioricatum contineat, quo primogeniti ſubſtituuntur. ex ſententia Paul. Caſt. in conſi. 164. aliàs. 179. in cauſa quam magnificus. col. 3. & 4. lib. 1. cui Iaſo. conſentit in conſi. 107. in præſenti conſultatione. col. 3. nu. 1. ver. ad idem benefacit. lib. 4. & alibi ſæpe idẽ traditur.

VERVM & dictus maioricatus firmus ex eo quóque eſt, quia patrus dicti Franciſci primus melioratus fuit hæres
25 conſtituentis dictum maioricatum † & ob id dictum maioricatum inpugnare non valet. C. de rei vẽdica. l. cùm à matre. quæ & in hærede ſola legitima inſtituto obtinet. vt palam conſtat ex eadem lege. iuncta glo. magna ibi. & eſt commune doctorum votum vt conſtat ex Iaſo. in. l. fi. § in cõputatione. nu. 10. poſt princip. C. de iur. de libe. quæ omnia ſatis conſtãt ex tex. notabili. in. l. 24. tit. 13. parti. 5. & in. c. 1. in tit. an agna. vel fili. defuncti. & in regul. ex qua perſona. ff. de regul. iur. & alijs in locis à Deci. congeſtis in conſi. 547. viſo puncto. col. 1. nu. 3. & 4. quibus & accedant quæ copioſe adducit Ioan. Lup. à Palac. Rub. in. d. l. 17. Tauri. nu. 71. & 72. vbi & dicit † quòd & ſi melioratio cum tertio fa 26
cta ex contractu matrimonij ex diſpoſitione dictæ. l. 17. Tauri non valeat, quòd tamen ipſa lex temperanda eſt, niſi filius fuerit hæres patris. & tex. in. l. cùm pater. §. ſi Titio. ff. de leg 2. & in. l. imperator. §. ſi centum. ff. eod. tit. & ait, ibi Ioã. Lup. ſic palàm tenere Paul. Caſt. in authẽti. ex teſtamento. in fine. C. de collat. & citat etiã tex. in. l. ſi ea. C. ad. l. Falcid. quæ ſententia & probatur in. §. nõ ſolum. inſtitu. de leg. & in. l. vnum ex familia. §. ſi rem ff. de leg. 2. & faciunt quæ in terminis cõſuluit Corne. in conſi. 87. videtur. col. 2. & ſequentib. lib. 2. & Card. Paul. Pariſi. in cõſi. 2. in alio conſilio. nu. 32. & 33. lib. 3. & Guid. Pap. in conſi. 194. Iacobus col. 2. verſi. ad ſecundũ lib. 3. dicens, quòd ſi pater in cõtractu matrimonij filio bona quædam pure donauit, ex contractu quæ inter viuos irreuocabili, quòd ſi hic filius deindè hæres à patre inſtituitur in teſtamento, in quo dicta bona ante filio donata fidei cõmiſſi vinculo colligauit, & filius hæreditatem ipſam adierit, quòd tale fideicõmiſſum firmum eſt. ex tex. in. d. §. nõ ſolum. inſtitu. de legat. & ſimilibus † & quia teſtator 27
fideicõmiſſi bona antè hæredi ſuo donata, legare poteſt. ff. ad Trebel. l. Lutius. §. maritus. & C. de fideicõmi. l. hæredum. & ex tex. notabil. in. l. fi. §. filiæ. ff. de leg. 2. & inibi Bald. col. 1. & Paul. Caſtren. etiam inibi col. 1. poſt principium. & idem tenet Bart. in. d. l. Lutius. §. maritus. colu. 2. verſi. ſi vero pater. Quibus & fauent quę adducit Boeri. in deciſio. 204. quæritur vtrum. nu. 33. nempè † quòd & ſi pacto in 28
contractu matrimonij inito actum ſit, quòd primogenitus ſuccedat, quòd licet ipſi primogenito ſubſtitutos adijcere valet. Hæc tamen ſcrupulo non carent, ſiquidẽ filius in legitima onerari nequeat. C. de in offi. teſta. l. quoniam in prioribus & ex tex. in. d. l. fi. §. filiæ. & inibi Bart. ff. de leg. 2. ideo in his ex cogitandũ quidẽ eſt.

Proindè

PROINDE & dictus maioricatus (quo dictus donnus Didacus Oſorio ſubſtitutus eſt) ex alio obſeruandus videtur (minimè obſiſtentibus dicta donatione, & bonorum melioratione prædicta patruo dicti Franciſci factis) quia patruus aduerſariæ partis palàm ipſum maioricatum cõprobauit, vt conſtat ex ſcriptura diuiſionis in hac lite producta, iure iurando munita: de cuius approbatione & conſtare videtur, hæreditaria bona in dicto maioricatu & teſtamento (quo dictus maioricatus eſt erectus) patruo dicti Franciſci relicta, ipſo patruo recipiente. ex text. in l. imperatores. §. fi. & inibi Bart. col. 1. ff. de trãſact. & idem notat idẽ Bart. in. l. gerit. col. 2. verſi. circa primum. ff. de adqui. hæred. cũ alijs de quibus Franciſc. de Rip. in. l. in quartam. nu. 31. & 32. ff.
29 ad. l. Falcid. Quim † & verbis enunciatiuis ob aliud emiſsis, hæreditatis probatur aditio, & vinculi maioricatus quæ approbatio. l. pro hærede. §. 1. ff. de adqui. hæred. notat Bart. in. d. l. gerit. col. 4. verſi. circa terrium & ſequentib. & Matheſila. in notabil. 34. nota quòd ſiue inſtrumento. & Iaſo. in. l. ex his. col. 2. verſi. octauo limita. C. de teſta. mil. & alibi ſæpe traditur.

Et ex eo tantùm quòd diuiſionem fecit
30 ſecundum contenta in teſtamento † teſtamẽtum ipſum comprobare eſt ex iſti mandum C. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. litibus. & C. de cõdit. in debi. l. indebitum. tex. etiam in. l. ſed Iulianus. §. fi. ff. ad Macedo. & l. Paulus ff. rem rat. habe. & ad notat Specul in tit. de ſindica. §. 1. in verſi. ſed pone quòd vniuerſitas. & Alex. in conſi. 88. plura. col. 9. verſi. præterea ipſa ratificatio. lib. 5. & in conſi. 127. viſo inſtrumento col. 1. verſi. aut mandatum. eod. lib. 5. cum alijs de quibus Deci. in. l. ſemper qui non prohibet. colũ. 2. ff. de regul. iur. optimus tex. in. l. ſi proponas. §. ſi hæreditatem. ff. de in offi. teſta. & in. §. pro hęrede. inſti. de hæred. qual. & dif. tex. etiam in. l. ſi præteritus. iuncta glo. 1 ff. de bono. poſſe. cont. tab. & in. l. quidam ex parte. ff. de euict. Et ait Deci. in conſi. 267. non excidit. col. 2. nu. 3. quòd hic † actus diuiſionis ex con- 31
ſenſu probatur, ad quod & citat Abb. in. c. non ne. col. penul. verſi. item fallit. de præſumpt.

ET cùm in dicta bonorum diuiſione dictum maioricatum dictus patruus partis aduerſæ comprobauerit † cũ om- 32
nibus qualitatibus in dicta maioricatus ſcriptura explicitis videtur ipſa comprobatio confecta. ex tex. & ibi Bart. in. l. 1. §. fi. ff. ſi famil. furt. feci. dica. tradit idẽ Bart. in. l. ſi quis ſeruum. §. fi. col. 2. verſi. ſed quęro. quid ſi teſtator. ff. de leg. 2. cum alijs de quibus Deci. in conſi. 687. viſis & diligenter. col. 1. nu. 3. & eſt optimus text. in. l. Caius. ff. de manumi. cuius meminit Bald. in ſua margarita. in verb. approbatio. verſi. penul. quẽ ibi ad hoc expendit † ꝙ appro 33
bans alterius diſpoſitionem, ipſam cùm omnibus clauſulis & conditionibus ſuis comprobare cenſetur. tradit etiam in noſtris terminis Card. Paul. Pariſi. in conſi. 26. ex tenore. nu. 30. cum ſequentib. lib. 2. vbi plura refert in propoſito videnda.

Verùm & ex eo † quòd patruus dicti 34
Franciſci ſoluit legata contenta in dicta ſcriptura maioricatus, eam approbare dicendum eſt. ex text. notabili in. l. 2. C. de iur. de libe. & in. l. ad ſolutionem. C. de re iudica. optimus tex. in authẽti. de hæred. & Falcid. §. non autem. & ibi docto. colla. 1. idem & traditur in authenti. ſed cum teſtator. C. ad. l. Falcid. & in. l. 2. C. de fid. cõmi.

QVÆ approbatio etiam cõſtat ex eo † quòd ipſe prius recepit bona quæ in 35
dicta ſcriptura maioricatus continentur. bonus text. in. l. 5. & ibi latè Greg. Lup. in verb. *Caſi la recibieſſe*. Tit. 8. part. 6. & eod. tit. l. 6. & tex. in. l. ſi pars. §. fi. ff. de inoffi. teſta. & in. l. poſtquam legatũ. ff. de peti. hæred. & in. l. fi. §. fi. ff. de in offi. teſta. & quæ egregiæ ad caſum tradit Bald. in. l. 1. colũ. penul. verſi. item pone. C. de iur. fiſci. lib. 10. & Guiller. Bened. in repeti. c. Raynuntius. de teſta. in verb. reliquit. nu. 40. poſt Paul. Caſtren. in conſi. 296. viſis actis & actitatis. col. penul. nu. 5. lib. 1. quibus accedat

dat bonus text. in capitulo officij.de teſtament.in quo text.conſtat † quòd ex
36 ſimplici receptione legati quis videtur teſtamentum acceptare.ad notat etiam Paulus Caſtrenſis in.l.filio præterito. columna ſecunda verſiculo in text.ibi abſtinuit ff.de iniuſt.rupt. quibus accedat optimus text.in.l.ſi quis filium. C.de in offic.teſtament.& text.in l.cùm ab vno. & ibidem doctores.ff.de leg.2.& in.l.ſi ea. C.ad.l. Falcid.& quæ Alexandrinus tradit in.l.ſi cùm dotem.§. pater. columna ſecunda verſiculo ſed de vno dubito.ff. ſolut. matrimon. poſt Paulus Caſtrenſis ibidem columna ſecunda, verſiculo in text.ibi quantum.idem Paulus Caſtrenſis in conſilio.59.pro pleniori numero tertio verſiculo breuiter contrarium, libro primo ex textu.in.l.ſi filius familias.ff.ad Macedonia.& ſat conſtat † quòd pa-
37 truus dicti Franciſci dictam viderit diuiſionem bonorum ſui patris:vt eius ſcientiam habuiſſe præſumatur. ex his quæ habentur in lege qui Romæ. §.duo fratres. ff.de verbor.obligation.& inibi notanter Ripanus columna vndecima numero.52 & ſequentibus & Deci.in conſilio. 287.in ciuitate numero decimo quinto verſiculo tertiò: quia facta diuiſione. poſt Baldus in.l.cætera.§.fin.columna prima verſiculo ſecundò nota.ff.de leg.1.& in.l.ſi tutor columna prima verſiculo ſextò fallit.
38 C.de pericul.tuto. Et ſat eſt † dictæ ſcripturæ partem vidiſſe, vt eam totam legiſſe præſumendum ſit.ex tex.in.l.non eſt ferendus.ff.de tranſact.& inibi Baldus columna prima verſiculo nota in hac lege.& Deci.in conſilio.267. non excidit. columna ſecunda verſicul. ſed tamen his & ſimilibus. cum ſequentibus. Et ex
39 quo † quis habet inſtrumentum penes ſe præſumitur habere ſcientiam omnium in eo contentorum. ex.d.l.non eſt ferendus.quam ad hoc notant vltra doctores ibi Alexandrinus in conſilio.147. ponderatis.columna prima verſiculo pro hoc etiam.libro ſecundo,& Deci.in conſilio.607.viſo puncto. numero quarto & Socinus conſilio.75.circa præſentem.numero decimo ſexto verſiculo tertio, libro primo Matthæus de Afflictis in deciſion.13.vertitur.numero vndecimo, & ad prædicta videndus eſt AymonCraue.qui in propoſito noſtro notabiliter loquitur in conſ.197.minor.numero.7.

NEC ad dictam diuiſionem faciendam exigebatur in ea dicere, vidiſſe cognouiſſe quæ verba prædicti teſtamenti, ſeu maioricatus inſtituti in dicto teſtamento.Nec diſpoſitio.l.de his. ff.de tranſactio.ad hunc pertinet caſum. ſiquidem † lex illa in alio quàm tranſactionis contractu non ſubſiſtit. authoribus ibidem 40
Guillerm.de Cug.& Albericus numero tertio Fulgo.& Paulus Caſtrenſis columna ſecunda verſiculo in glo.ibi item quid ſi hæres.& Iaſo.columna ſecunda numero quinto,& eſt communis opinio doctorum vt teſtatur Socinus Iunius in conſili. 116.viſo puncto.numero.66. libro primo & in terminis quòd.d.l.de his.in diuiſione minimè obtineat conſuluit Signo.de Homod.in conſilio.189.quæſtio præſupponitur.columna. fin.verſiculo quòd hoc ſit verum. Quin et ex quo in dicta diuiſionis ſcriptura omni legum auxilio renunciatur, & dictæ.l.de his renunciatio facta videtur.vt aduertunt Iaſo.& doctores in eadem.l.de his.numero vndecimo verſiculo concludo ergo. Verùm nec dicta.l.de his.locum habet extante iuramento (de quo in dicta diuiſionis ſcriptura) vt tenent magis communiter doctores in.d.l.de his.& Bartolus & doctores in.d.l. qui Romæ.§. duo fratres.ff.de verb.obliga.cum alijs de quibus meminit Iaſo.in.d.l.de his.nume.11.& Socinus. Iuni.in dicto conſ.116.nu.75.

ET NON TANTVM dicta maioricatus ſcriptura confirmata cenſetur à patruo dicti Franciſci in dicta diuiſionis ſcriptura,ſed & ex alia ſcriptura in hac lite producta,in qua facit diuiſionem cuiuſdam areæ, iuſta ea quæ in di-

in dicta maioricatus ſcriptura ab eius pa tre præcipiuntur: & quia mihi vinculis di cti maioricatus tantùm quo ad dictam
41 aream renunciauit † quarè quo ad alia bona vinculis ipſius maioricatus conſentire videtur.ex text.in.l.ſi quis argentum. §.ſed & ſiquidem.& inibi Baldus columna prima verſiculo ibi ſupra dictis.C.de donat. & text. & ibidem ſcribentes in.l. tribunus.§.fi.ff.de teſtam.mil.& text.in.l. legata in vtiliter.ff.de leg.1.& abundè Socinus in conſilio.258 in cauſa vicariæ. numero decimo libro ſecundo quibus accedat tex.in capitu.non nè de præſumpt.& in.l.maritus.cum ſua materia.C.de procurato.

PROINDE cùm patrus dicti Franciſci dictum approbauerit maioricatum,et ſi eius fuerint bona dictę melio
42 riæ ei prius factæ † de illis eius pater in dicta maioricatus ſcriptura diſponere va luit eo conſentiente.ex tex.notabili in.l. ſicut.§.venditionis.ff.quib.mod.pign. vel hypothe.ſolui. cuius meminit Baldus in capitulo Imperialem. colum.6.verſiculo deindè.nota in titulo de prohibi.feud.alie.per Federi.& in.l. venditioni. columna prima verſiculo oppono quòd ſuo nomine.C.de vſucap.pro empt.& in.l.quotiens.in.1.column.2.verſiculo quęro quid ſiquis.C.de fideicommiſſ.& in.l.ſi tibi.§. pignore.columna ſecunda verſicu.in eadem ibi vendit.ff.de pact.& abundè Iaſo. in conſilio.57.in cauſa mota. numero tertio verſiculo quartò & vltimò. libro primo cum alijs quorum meminit Andreas Tiraquellus in tracta de legibus Conubialibus poſt ipſas leges.contracter.gloſ.3.numer.137.cum pluribus ſequentibus & Rodericus Suarez in repet.l.quoniã in prioribus.C.de in offic.teſtamen.5.limita. columna.14.verſiculo vnum tamen tenebis menti.

QVIM;& Iaſo.in dicto conſilio.57 columna quarta, verſiculo quòd autem
43 plus voluit,nempè † quòd in hac ſpecie tacitus ſufficiat conſenſus: puta ſi ſcripturam teſtamenti in iuditio produxerit.ex gloſ.ſingulari in capitulo præſentium. de teſtibus in gloſ.1.quòd etiam inſignè tenet Thom.Grammat.in deſicione.103. Illuſtris numero.30.citans ad hoc l.poſt legatum.ff.de his quibus vt indig.quibus accedant tradita per Stephan. Bertrand.in conſilio.173.quia difficultas numero.19.libro primo, & inibi eodem numero, verſiculo tertio: quia poſt mortem ponit aliud exemplum taciti conſenſus:vt ſiquis cæſionem confecerit iuxta teſtamẽtum, ſeu aliquam ſcripturam.

NEC his oberit Alexandrinus ſen-
tentia † in conſilio.20.ponderatis his.li 44
bro tertio cuius meminit Iaſo.in.l.cùm proponas filios.numero.12.C.de pact.quibus dicunt locis, non ſatis eſſe in caſu dictæ.l.ſicut.§.venditionis domini rei pręſentiam:& ſic tacitum conſenſum. ſiquidem vt Bertrand.ait in dicto conſilio.173 numero.20. Alexand.ſententia loquitur, cùm ſola domini præſentia interuenerit: at non ſi dominus aliquid facit ſcripturæ conforme.cuius rei diſcrimen hoc ſat probat text.in.l.ſi fundum per fideicommiſſum.ff.de leg.1.ibi.*Præſente & aſſignante.*Et idem in terminis tenet Bartolus.in.l.quæ dotis.vbi etiam moder. ff. ſolut.matrim. Et ſi in contrarium faciat text.in.l.cùm quis decedens. ff.de leg.3.& Pauli Caſtren. dictum in.l.non dubium. C.de legibus.

QVIBVS &alludit † quia vbi
de alterius agitur præiuditio, ſi citra ta- 45
citurnitatem ille facit actum, qui ad alicuius actus approbationem tendit,tali actui ipſe aſſentire videtur.ex text.in cle. prima de procura.& in.l.ſi filius familias patre abſente.ff.ad Macedo.& tex.in capitulo ad id.de ſponſal. & in capitulo in ſuper.qui matrimonio.accuſa.po.cum alijs de quibus Iaſo.in dicta.l.quę dotis numero.90. ff.ſolu. matrimo.poſt Bartolus in.l.quo enim.§.rem haberi.columna final.prope finem.ff.rem rat. habe. & Feli. in dicto. capitul. non nè. numero. 1. de præ-

præſumptione idem Felinus in capitulo ſecundo numero vigecimo de fide inſtrument. & Socinus in regu.393. & Iaſ.in petitione.al. admonendi. numero.138.ff. de iure iurando Alexandrinus in conſilio 147.ponderatis.columna tertia verſiculo fortificantur libro ſecundo, & alibi ſæpe traditur.

ET DICTI patrui conſenſus facilius cenſendus eſt ex donatione an-
46 tidorali † qua ipſe prius ſuo patri tot bona contenta in dicta meliorationis ſcriptura donanti.ex text.in.l.ſi verò non remunerandi.§.item Papinianus.ff.manda.& Bartolus.in.l.ſi fundum per fideicommiſſum columna ſecunda verſiculo, & ideo.ff. de leg.1.& in.l.cùm oportet.§. cùm autem columna prima verſiculo nota quòd pater.C.de bon.quæ libe.cum alijs.

SVADENTVR quoque iã dicta, & de dicti maioricatus approbatione etiam conſtat, ex his quæ teſtibus probantur, qui deponunt, à dicto patruo dicti Franciſci audiuiſſe, ipſa poſſediſſe
47 bona ex dicti maioricatus titulo † ex cuius declaratione, ſic extra iudicialiter facta, & dicta colligitur approbatio: ſiquidé ſit rei quæ in animo conſiſtit.ex text.in.l. Labeo.§.idem Tubero.ff.de ſupelect.lega.& in.l.quæro.§.final.ff.de edil.edict.& traditur in.§.aliæ.inſtitut. de act.& inibi gloſ.in verb.dicit.& eſt ſimilis gloſ.in.l. Fulcinius.§.quid ſit autem latitare.in verbis animus.ff.quibus ex cau.in poſſeſ.eat. & inibi doctores. Vndè & conſuluit Baldus in conſilio.403. Ioannes Simonem. numero ſecundo verſiculo præterea. & ſequentibus libro tertio, quòd ſi quis hæreditate adierit † dubitetur tamen an ex
48 teſtamento, ab in teſtato ve, quòd hoc verbis extra iuditium prolatis probatur, ſiquidem animo conſiſtat.& ſat hæc conſtant ex glo.in.l.apud Celſum.in princip. in verb.cauſa.ff.de dol.except.& quæ Bartolus, & alij notant inibi columna prima verſiculo quæro quomodo.& doctores in lege prima.ff.de eo per quem fact.erit.optimus text. in.l.pro hærede.in princip. ff.de acqui.hære. quem ibi.lem Bald. columna prima verſiculo ſecundo nota.ad
hoc ad notat † q ſi dubitatur quo titulo 49
quis poſſederit, probatur ex his quæ extra iudicialiter poſsidens enunciauerit. & quæ Baldus tradit in.l.cùm proponas. C.de bon.authorita.iudi.poſsi.columna prima verſiculo modo quæro quibus & accedat text.in l. quotiens.§.primo.ff.de hæred.inſti.cuius meminit Bartolus in.l. moribus.in princip.ff.de vulg.& pup.ſubſtitut.columna penultima verſiculo quęro ex quibus.quo ait loco † teſtantis ani-
mum ex his quę extra teſtamentum edicit, explicari.& ſequuntur doctores in.l. precibus.C.de im pub.& al.ſubſti.cum alijs de quibus ſupra memores fuimus in conſilio ſeptimo, numero decimo tertio huius primæ partis.

NEC teſtes de dicta voluntate deponentes, ſingulares ſunt cenſendi: quandoquidem & ſi vnus deponat de loco & tempore, alius ſine tempore & loco
† conteſtes ſunt cenſendi.ex text.in ca- 51
pitulo cùm tu. de teſtibus & in terminis ita tenet Baldus in.l.ſecunda. C.de bono. poſſeſſ. ſecund. tabul. columna ſecunda verſicul.ſi autem eſt quæſtio. & inibi Paulus Caſtrenſis columna finali verſiculo dicit etiam notabiliter.& Alexandrinus columna finali verſiculo vltimò tenementi.& Iaſo.numero ſexto, ſeptimo, octauo & nono ſiquidem pluralitas non præſumatur.ff. de iure iurando. l. eum qui.§. in popularibus.&.ff.de prob.l. quingenta. &.ff.de verbo.obliga.l.qui decem.cum alijs quod etiam tenet Baldus in.l.de quibus.columna.18.verſiculo & nota quòd ſi teſtes ff.de legibus & Aretinus in conſilio 36.caſus talis columna ſecunda verſiculo nec poteſt dici. & conſuluit Alexandrinus in conſilio.185.viſo proceſſu numero ſecundo libro ſeptimo ad quod ibi citat Innocent.in.c.qualiter & quando.in.2.de

accuſat. et in conſilio. 146. in cauſa et lite columna ſexta verſiculo viſo ergo libro quinto, et Deci. in conſilio. 650. in cauſa vt vulgo. numero octauo cum alijs de quibus Aymon. Crauet. in conſilio. 78. de anno. numero nono.

QVIM et ſi teſtes ſingulares eſſent
52 † eorum depoſitionibus dicta approbatio etiam probatur, eiúſque conſenſus dicto maioricatui præſtitus. ita ſingulariter Paulus Caſtrēſis conſuluit in conſilio. 395 in cauſa quæ vertitur in curia domini columna ſecunda in fine verſiculo teſtes autem, cum ſequentibus libro ſecundo argumento eorum quæ habentur in dicto capitulo qualiter & quando. & idem conſuluit ipſe Paulus Caſtrenſis in conſilio. 113. contra ſuperius conſulta. numero tertio & quarto: libro primo & inſignè Anchar. in ſuo conſilio incipien. viſis dictis & atteſtationibus quem refert & ſequitur Socinus in conſilio. 295. in cauſa contra filios columna ſecunda verſiculo poſtremò confirmatur libro ſecundo vbi re
53 ferendo Anchar. concludit † quod additio hæreditatis probatur per teſtes ſingulares. & ſuadentur ex pleríſq; congeſtis à Decio. in dicto conſilio 650. numero decimo. & ſequentibus, & à Felinus in capitulo licet ex quadam numero ſecundo de teſtibus & faciunt quæ conſuluit Gozadinus in conſilio tertio in cauſa mihi. numero decimo tertio.

VERVM nec ſupra dictis aduerſatur † quòd titulo vtiliori præſumen
54 dum eſt, patruum dicti Franciſci Oſorio bona prædicta poſſediſſe, & ſic titulo libero, & non maioricatus. vt per Barto. in. d. l. gerit. col. 6. verſic. ſi verò non poterat facere. ff. de acquiren. hæred. & Alexand. in. l. 2. C. quod met. cau. ex text. in. l. merito. ff. pro ſot. Quia ſententia Bartol. & Alexand. in caſu dubio ſubſiſtit: at non in claro, & vbi conſtat, teſtibus eiúſque ex verbis quo titulo poſſederit. ff. de verbo. oblig. l. continus. §. cùm ita cum ſuis ſimilibus. Rurſum & Bartol. eiúſque aſſeclæ tunc loquuntur, cùm ille de cuius animo dubitatur, nullum geſſerit actum, ex quo pręſumi queat, aliquo certo poſſediſſe titulo: nempè quia in domo hæreditaria tantum habitabat. vt hic dictum Franciſci patruum geſiſſe conſtat. ex ſupradictis.

CVM IGITVR patruus dicto maioricatui conſenſerit, aduerſus illum venire nequit.

TVM, quia ex regul. quod ſemel placuit de regulis iuris in. 6. cum ſimilibus.

TVM ETIAM † quia & ſi eſ 55
ſet filius condentis maioricatum, grauamini ſuæ legitimæ appoſito conſentire poteſt. ff. de in offic. teſtament. l. fi. §. fi. & C. eodem titulo. l. parentibus. & ff. de iniuſt. rup. l. filio præterito &. ff. de bon. poſſeſſ. cont. tab. l. non putauit. §. ſi quis ſua manu. & traditur in l. quoniã in prioribus. C. de in offic. teſtament. cum alijs de quibus meminit Ioannes Lup. in repetitione rub. de donatione int. vir. & vxor. §. 47. numero ſecundo & tertio quo in loco & ait, filium maioricatum à patre confectum approbare poſſe, ita quòd eius filius noceat. idem etiam tenet Rodericus Suarez in repetitione. d. l. quoniam in prioribus. 10. extenſione. columna. 37. verſiculo ſeptimò facit. 56

QVIBVS non refragatur † textu. in. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtament. quo in text. videtur exigi ſpecialis approbatio oneris legitimæ.

TVM, quia in dicta diuiſionis ſcriptura de eius legitima fit mentio.

TVM ETIAM, quia et Paulus Caſtrenſis in dicto. §. & generaliter. columna ſecunda verſiculo & conclude. & in verſiculo præcedentibus & Carolus Ruin. in conſil. 56. quamuis teſtator. col. 4 libro ſecundo dicunt, & generalibus verbis quibus teſtantis factum comprobatur

batur, & etiam onus legitimæ annexum approbatum cenſetur.

TVM, quia text.in dicto.§. & generaliter. cùm iuramentum interuenit (vt in dicta diuiſionis ſcriptura interfuit) minimè obtinet.ex text.in capitulo quamuis pactum de pact.libro ſexto ita palam tenet Paulus Caſtrenſis in.l.in ratione in.2.in princi.2.ff.ad.l.Falcid.col. finali verſiculo breuiter ſi filius.& recentio.in dicto.§. & generaliter.& Ludouic. Roman.in.l.prima.§.ſi quis ita numero. 23. ff. de verbo. obliga.& eſt doctorum commune votum vt Ripan.teſtatur libro primo in reſponſo.6.nepotibus numero octauo & libro tertio ipſorum reſponſo.in reſponſo.5.pater quinque nu. quinto in fine & Deci.in conſilio.26.& diligenter. columna ſecunda verſiculo præterea etiam renunciatio. & in conſilio.89.viſo puncto columna finali verſiculo ſi ergo & Stephanus Bertrandus in conſilio.284.venio ad primum.columna finali libro tertio & Gregorius Nat.in repetitione dicto capitulo quamuis pactum.columna octaua & nona& Iaſon in conſilio.207.in præſenti.numero tertio libro ſecundo & late Rodericus Suarez in repetitione.d.l.quoniam in prioribus. in quarta limitatione columna ſecunda verſiculo ad propoſitum ergo.& Socinus Iunius in conſilio.136.habita diligenti.numero.24.libro primo. Et ſat conſtat † quia iuramentum habet vim expræſ-
57 ſim ex text.in.l.cùm pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.quem ad hoc Baldus allegat in lege prima columna tertia verſiculo ſecundò quæritur. C.commod.& alibi ſæpe.

VERVM NEC dicta approbatio, & conſenſus ex eo dirui valent, quòd in abſentia fratruum interuenerint. Quia præter hoc, quòd dicta diuiſio dictorum bonorum paternorum
58 coram fratribus facta eſt † iure optimo ad vim dictæ approbationis, non quidem partium exigebatur præſentia. ſiquidem ipſa approbatio à conſenſu approbantis dependebat. text.eſt ſingularis in authentica de hæredibus & Falci. §.ſi verò expræſſim collatione prima & inibi notabiliter in noſtris terminis Angelus columna tertia verſiculo ſed ſi non tendit. & Bartolus in lege certum confeſſus. §.ſiquis abſentem columna prima verſiculo ſemper reprobaui.ff.de confeſſi.idem Bartolus in lege cùm quis decedens.§.codicillis.columna prima verſiculo prædicta vera niſi.ff.de leg.3.& Baldus in rub.C.res int.al.act.columna ſecunda verſicul.ſi autem eſt actus.ad quod ibi citat notata in lege Ponponius.ff.de neg.geſt.idem etiam tenet Antonius de Butrius in capitulo finali de ſucceſsione ab in teſtamen.numer.31.verſiculo quandóque iſta confeſsio.& Salicetus in lege prima in.15.oppoſi.C.de confeſſ. Bartolus etiam in.l.15.poteſt.columna quarta. ff.de acquirend.hæredit.& Florian.in lege hæredes.§.idem ſcribit.numero ſecundo.ff.famil.hærciſcun.& alibi ſæpe.

ET CVM patruus dicti Franciſci dicti maioricatus fecerit prædictam approbationem † non potuit poſtea aduerſus eam venire: & alium maiorica- 59
tum dictorum bonorum facere in fauorem dicti Franciſci.text.eſt in dicto capitulo officij deſtament.& ibi Ancharra. columna prima, numero ſecundo & tex. in dicta.l.Pomponius.et in regul.quod ſemel.de regul.iur.libro ſexto,et in capitulo ſolicitudinis de appellat.et.l.ſi quis teſtibus.C.de teſtibus.l.licet.C.de falſ.notatur in capitulo ex orc.de his quæ fin.à maior.part.capi.et inibi gloſ.in verb.renunciaſſe.poſt medium.et text.in.l.parentibus.C.de inoffic.teſtamen.et ad notat Abb in capitulo ſecundo columna prima verſiculo vndè dicerem.de except.bonus text.in.l.ſi.ff.de inoffic.teſtam.quem ad hoc Alexandrinus expendit in conſilio.14.viſis et conſideratis.numero.19. poſt medium libro ſexto, quòd teſtamẽ-

tum ſemel approbatum, improbari poſtea non poteſt, eſt quoque text. ad prædicta. in l. non dubium. in fine. C. de teſtamen. cum alijs de quibus meminit Iaſo. in conſilio. 57. in cauſa mota. columna quarta verſiculo quarto & vltimo, libro primo vbi ex pluribus iuribus tenet, quòd conſentiens ſemel teſtamento alterius, minimè poſtea valeuit hunc conſenſum ab rogare. & inſignè prædicta pro ſequitur. Cardinal. Paulus Pariſi. conſilio. 61. aduerſus. numero. 42. libro tertio ad quod ibi allegat dictam. l. non dubium. & eſt etiã inſignis tex. ad idem. in. l. nec fratris. C. de donat. cau. mor. quem ad hoc allegat Rodericus Suarez Hiſpanus noſter in relect. l. quoniam in prioribus, quinta limitatione. columna quarta verſiculo vnum tamen. Et maximè hæc obſtinent, cùm ex ipſa approbatione ſuis fratribus & omnibus ad ipſum maioricatum ſubſtitutis fuit ius quæſitum. ex text. in. l. quotiens ab omnibus. & inibi notatis. C. de fideicommiſſo. cum ſimilibus.

ITEM ſuperiora omnia ex eo etiam pate fiunt, quòd in dicta meliorationis ſcriptura non dantur dicto patruo dicti Franciſci omnia bona in dicto maioricatu contenta: nanque nec illi dantur ea bona quæ eius pater habebat in oppidis de Caſtilnouo, & Mazuelos, & Sagrameña, & Valuerde, & Hontanares: nec alia quæ domui principali augit.
60 Nanque contractatus † de re ad rem extendi minimè debet. lege fideiuſſores magiſtratum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſſor. cum ſimilibus. & ad notat Baldus in capitulo primo columna prima verſiculo ſecus in conuentionali. in titulo qualitate. domin. proprie. feud. priue. & Deci. in conſilio. 555. licet in caſu numero primo cum ſequentibus. Quæ & confirmantur † quia donatio minimè com-
61 præhendit ea bona, quæ donans in futurum habuit, & augit etiam in bonis in dicta melioratione contentis. ex text. notabili in. l. ſi ita. ff. de aureum & argentum leg. quem ad hoc Baldus allegat et ſi corruptè. in lege finali columna prima verſiculo nota quòd verba. C. quæ res pignor. obligat. po. & Paulus Caſtrenſis in. l. fin. columna penultima verſiculo in gloſ. ibi per ſtipulationem. C. de pact. & inibi Claudi. columna penultima verſiculo nec obſtat. vbi Paulus Caſtrenſ. dicit, quòd hæreditate donata non compræhenduntur bona futura in ea quæſita. ex tex. in. l. ſi mandauero. §. is cuius. ff. de leg. 2. & in. l. fi. §. 1. ff. eodem titulo. Et donato fundo, nunquam venit augmentum ſuperueniens. vt tenent antiqui & Alexandrinus in. l. ſi ex toto. in princip. columna finali. ff. de leg. 1. & Bartolus in. l. prima columna finali verſiculo vltimò iſta lex. ff. de reb. dub. Quid multa † & 62
melioratio facta filio, de bonis præſentibus intelligenda quidem eſt, non verò de futuris. ex textu. in dicta. l. ſi ita. quem in terminis meliorationis ad hoc allegat. Ioan. Lup. in repetitione capitulo per veſtras. de donatio. int. vir. & vxor. §. 49. numero quinto verſiculo, item ſi mater. folio. 28. columna quarta. Quod quidem differt à. l. Taurina. 23. (quæ habetur libro quinto nouæ recopilationis titulo ſexto. l. 7.) vbi diſponitur tempus mortis eſſe attendendum in meliorijs. Et idem Ioannes Lup. in eadem. l. 23. Tauri. numero primo verſiculo intellige ſecundò ait, quòd & in contractu ex cauſa matrimonij confecto tempus mortis, futurum vè non eſt conſiderandum: ſed tantùm tempus donationis vel meliorationis. allegat inter allia Baldus in. l. in ſucceſſione. C. de reuocand. his quæ in fraudib. credend. Rurſum nec in dicta domu contenta in prædicta meliorationis ſcriptura † comprætenduntur areæ, & alia 63
quæ apud ipſam domum ſunt, ad quæ ex dicta domu non habetur tranſitus. ex text. in capitulo Raynuntius. & inibi Ioannes Andreas & Guillermus Benedictus in eius repetitione in verbis. & hortum

& hortum.nu.1. cum ſequen. char.215.de teſta.& ad idem eſt tex.in l. pe.ff.de verb. ſigni.& in.l.prædijs.§.ff.de leg.3.& habetur in l.Olimpio.ff.de ſerui.vrba.præd.& conſtat etiam in.l.2.C.de metal.lib.12.& ibi Ioan. de Plat.& Bald.in.l.2.C. de bon. natali.li.10 notant etiam docto.in.l. plerique.ff.de in ius vocan. & alibi ſæpe.

NEC dicto dõno Didaco Oſorio ſententia arbitraria refragatur, quæ quidem
64 ſine actis producta eſt. Quia ſentẽtia † ſine actis nihil valet.vt traditur in.ca.quoniam contra.de probat.& in.l.emancipatione. & inibi Bald.C.de fid.inſtru. cum
65 alijs † & conſtat ipſa acta non interueniſſe,ex quo in proceſſu non reperiuntur. vt probatur in.d.c.quoniam contra falſam. de probat.& in.l.fin.C.de red.cred. & ſi cert.peta.& ibi Barto.& latè Deci.in conſilio.483.pro reſolutione.columna.1.nu.4 & ſequentibus,cum alijs de quibus Sebaſtia.Vanti.in tracta.de nullitatib.in titulo de nullita.ſentent.ex defectu cita.nu. 12.cum ſequentibus. pagina.402.&.403. Nec conſtat partem dicti donni Didaci
56 Oſorio ad dictã cauſam citatum † & ob id vtrique minimè nocet. ex tex.in.l.fin. vbi gloſa.& Bald. C.de legibus,& in Clemen.paſtoralis.de re iud.& in.l.1.§.item cum edicto.ff.quæ ſententia.ſine appella. reſcin.& in.l.5.titulo.26.parti.tertia facit. l.nam ita diuus.ff.de adopt.& in.l.de vnoquòque.ff.de re iud.cum alijs. Quæ ci-
67 tatio iure non præſumitur †( præcipuum de ea non conſtando in proceſſu dictæ cauſæ) ex tex.& inibi Bald.in capitulo vnico§.ad hæc in verbis, quòd imperator. in titulo de pact iur firman. & ex text.in capitulo quòd ſicut de elect.in verbis. *Quod ſi eos vocatos non fuiſſe conſtiterit.* Sunt & aliæ concordan.de quibus meminit Sebaſtia. Vanti.in dicto titulo de nu.lita.ſenten.ex defect.cita.numer.12.cum ſequentibus.Ned ad cauſam citatus pa-
68 ter dicti donni Didaci habetur † & ſi ad ſententiam prædictam audiendam,fuerit citatus.ex tex.in.l.qui repudiantis.§.fi. ff.de inoffic.teſtamen.& abundè notat Signorol.de Hõmed.in conſilio.257.in quęſtione columna final.numero ſexto cum alijs de quibus Vanti.in.d.tracta. nullita. in.tit.de nullita. ſenten. ex defectu cita. nu.111.& ſequentib.pag. mihi. 445.Denìque dicta ſententia dicto donno Didaco
non nocet, cùm ſuper rebus † maiorica- 69
tus lata fuerit: & ob id ſequentibus ſubſtitutis præiudicare non valet ſententia lata cum prædeceſſore: præſertim cùm prædeceſſor ab ea non appellauerit.vt conſtat.in.l.ſi ſeruus plurium.§.1.ff.de leg. 1.& in dicta.l cùm repudiantis.§.cùm cõtra.ff.de inoffic.teſta.& in proprijs terminis ad notat Andreas de Iſern.in capitulo primo.§.ſi vaſſallus.columna ſecunda, in titulo ſi de feud.fue.controuer.int.dom. & agna. & inibi Albero.columna finali, & quæ abundè Alexand.tradit in.l. ſæpe. char.6.verſiculo nonò & vltimo congerit ff.de re iudi.& Felin.in capitulo finali colu.ſecunda de maior. & ibiden.& Rip.in repet.l.filius familias.§. diui.numero.63. ff.de leg.1.poſt eundem Iſern. in capitulo ſi vaſallus de feudo ſuo.columna ſecunda verſiculo item ſi feudum non eſſet hæreditarium.in titulo ſi de feud. defun.mili. controuer.fue.& in puncto iuris hanc partem vt veriorem tenet dominus Gregorius Lup.in.l.20.in verbis. *Pero coſas.* columna ſecunda verſiculo,& quid quando. titulo.22.partita tertia,ad quod ibi refert Deci. in loco de quo ibi dicentem hanc eſſe communem opinionem , & in caſu noſtro prædicta opinio Iſern. veriſsima ma eſt:et ſi indiſtinctè & generaliter contrarium teneat Oldr.in conſilio.94. eleganter columna penultima & fina. quem optimè defendit Pinelus Luſita.vir quidem eruditiſsimus in repet.l.1.C.de bon. mater.3.part.numero.48.verſicu. ſed contraria , & videas ad prædicta Sigiſmund. Neapolit.qui notabiliter loquitur in conſilio .10. per totum. in materia feudali.
Verùm et ſi omnia cęſarent † dictus dõ- 70
nus Didacus Oſorio iure optimo à dicta ſententia potuit appellare à tẽpore ſcientiæ,& notificationis dictæ ſententię infra

ſra quinque dies ſecundum leges regias (de quibus nos ſupra memores fuimus in conſilio.12.in hac litè numero.13.)& inſigne Alexand.tradit in.d.§.diui.columna quarta, & etiam Felinus.in capitul.quam uis.columm. penultima de re iud.& Curt. in tracta.feudo.in.7. part. quæſtione.9.& Grægorius.Lup.in.d.l.20.in verbis. *Pero coſas*.columna ſecunda verſiculo non tamen.quibus accedat text.in.l.7.titulo.23. parti.3. Et pleríque tenuerunt, quòd in rebus maioratus etiam ſi dictus donnus Didacus Oſorio hæres ſui patris fuerat, poterat aduerſus dictam ſententiam
71 allegare † & patris,ſeu defuncti facto aduerſari.vt notat gloſ.in capitulo.1.§. hoc quoque in titulo.de ſucceſſ. feud. quæ loquitur in feudo antiquo.cui inibi Baldus conſentit columna.3. & idem Baldus in conſilio.82.proponitur quòd in veſtituræ col.2.lib.1.& copioſe Iaſo.in conſil.7. vertitur.col.8.lib.3.& in conſ.168.in cauſa & lite.col.fina.libr.4.(vbi & refert duo conſilia Alexand.ſingularia in propoſito,quæ videnda ſunt) & idem tenet Socinus Iunius in conſi.77.licet in præſenti.nu.134. & melius num.137.& ſequentibus.lib.1 & Thom.Grammat.in deciſio.93.in cauſa il. luſtr.num.8.&.9 quibus accedat tex.in l.3 ff.de interd.& releg.& in.l.ſi arrog tor.ff. de adopt.& in.l.1.&.2. C.ſi quis in fraud. patro.& prædicta opinio communis eſt & equior vt teſtatur Luſitanus Pine.in repeti.l.1.C.de bon.mater.3 part.nume.99. verſic.ſed pro ſucceſſore.cum ſequentib. et ſi inibi in principio dicti num.99.referat plures contrariam opinionem tenuiſſe in terminis.l.cum à matre.C.de rei vendicat.& vltra per eum ibi citatos idem in efectu in contrarium tenuit domini Gregorius Lup.in verbis. *Entonce.* verſiculo & quid ſi pater titulo.13 partita quinta, & vide quæ nos etiam in contrarium citauimus in conſilio.34. numero.38. & ſequentibus.

ET HIS hoc firnitur conſilium: & de dicti donni Didaci Oſorio de Cazeres ( qui fuit frater vxoris meæ ) iure optimo conſtat.

Doctor Burgen.Marcus Salon de Pace.

# Summarium ſuper decimo quinto cõſilio.

1 VERBA enunciatiua propter ſe emiſſa plene probant inter eaſdem perſonas.

2 Verba laudi & ſententiæ arbitrorũ præiudicant non contradicentibus laudo.

3 Scripturæ cum fuerint antiquæ, & ſecũdum earum tenorem obſeruatum, non poteſt tractari, an fuerint ſolemnes vel non. & nu.7. cum ſequentib.

4 Contractus præſumitur præceſsiſſe ex antiquiſsima præſtatione,

5 Vniuerſitas obligatur ex proprio cõtractu. & nu.38.

6 Vaſalli conſtringuntur obſeruare conuentionem cum ſuo domino factam.

7 Solemnitas præſumitur interueniſſe in contractu vniuerſitatis ex temporis antiquitate. & ibi nu.8. idem dicitur, de cõtractu facto cum eccleſia.

10 Præſcriptio immemorialis non tantum teſtibus, ſed etiam ſcripturis (maxime antiquis) probari poteſt.

11 Vaſalli tenentur ſuis dominus temporalibus ſoluere, quæ a tempore immemoriali eis præſtiterunt. & nu.15. & ſequẽ

12 Immemorialis præſcriptio vim tituli habet.

13 Immemorialis præſcriptio tantũ poteſt. quantum princeps cum cauſa.

14 Immemorialis conſuetudo habet vin legis.

16 Veſtigal præſcriui poteſt.

17 Immemoriali præſcriptione ex tate, nulla cauſa præſcriptionis allegãda probanda ve eſt.

18 Immemorialis conſuetudo iuris & de iure præſumptionẽ inducit.

19 Immemorialis præſcriptio nõ diruatur, & ſi conſtet de inito.

20 Immemorialis conſuetudo non requiritur, quod dominus eam probet, quando ei vaſalli aliquid ſolbũt ex aliqua cauſa, nempe pro laborerio. & nu.21.

22 Conſuetudo inter prætatur priuilegium, etiam contra eius verba.

23 Domini temporales fundant intentionem ſuam, in eis quæ ad regem concedẽtem pertinebant.

24 Læſio probari debet ab eam allegante, & nu.39.

25 Contractus probatur geſtus in vtilitatem vniuerſitatis, ex aſſertione facta per ipſam vniuerſitatem in ipſo contractu de tali vtilitate.

26 Læſio debet probari habita conſideratione ad tempus contractus.

27 Reſtitutio non competit populo aduerſus contractũ de curſis triginta annis,

28 Contractus præſumitur factus in fauorem eccleſiæ: & in eius vtilitatem prætium fuiſſe conuerſum propter antiquitatem temporis.

29 Vaſalli non præſumantur metu contractum feciſſe cum ſuo domino temporali. & multis ſequentib. Et inibi late de intellectu doctrine Innoc. et. dd. in c. quod latenter. de verb. ſignifica.

30 Metus non præſumitur: & contrarium dicenti in cumbit onus probandi. & nume.32.

31 Solutio per vaſallos ſuo domino temporali præſumitur facta ex titulis præcentibus, etiam nullis.

33 Præſcriptione immemoriali probata, præſumitur titulus & bona fides: & purgat quælibet præſumptio. quæ fuerit in.93.

36 Domini temporales ex conſuetudine habent ius creandi tabelliones.

37 Dominum probatur ad dominos temporales pertinere, ex ſolutione eis facta per ſuos vaſallos.

Decimũ

# Decimum Quintum conſilium.

IN hac litè Venauenta
ni comitis ( *Optimi
maximi dei auxilio po-
ſtulato* ) quam ipſe co-
mes controuerſatur.
cùm eius oppido Tur-
ris Mormojon.

IVRE probauimus, primum quidẽ
iuſtè dictum comitem defferre panis an
nui. 200. pỗdera: & more petinorum quæ
& acto millia & quigenti. dictum quæ co
mitem eſſe ab aduerſarium petitione ab
ſoluendum. ex ſequentib.

PRIMO ex permutationis cỗtra-
ctu, quo conſtat, dominum dicti oppidi
complura ex ſuis bonis ipſi oppido de diſ
ſe pro dicto annuo pane. de quo contra-
ctu ſat conſtat ex ſcriptura compromiſ-
ſi & ſententiæ arbitrorum hac in litè pro
ducta, edita era. 1182. & ex verbis enuncia
1 tiuis ibidẽ propter ſe emiſsis † quę cùm
fuerint inter eaſdem partes( nempè quia
inter ipſius populi dominũ & ipſum op-
pidum ) plenè probant. ex text. in. l. opti-
mam. C. de contra. & cỗmi. ſtipul. cũ alijs
quæ ſcriben. tradunt in. l. ſciedum. ff. de
verb. oblig & in. l. talis ſcriptura. ff. de le-
gat. 1. & in. l. ex his verbis. C. de teſta. mi
li. Et quòd confeſsio dictæ permutatio
nis in dicto compromiſſo & ſententia à
dicto oppido facta probet, ſatis conſtat
ex tex. in. l ſi deſiderium. C. de poſi. & ini
bi Bald. & Paul. Caſtren. poſt Bart. & alios
in. l. admonendi ff. de iur. iuran. Verba
2 enim laudi † & ſententiæ arbitrorũ præ
iudicant non contradicentibus laudo. vt
ait Bart. in authenti. ſiquis in aliquo docu
mento ad finem. C. de edend. cum alijs
de quibus meminit in noſtro propoſito
Aym. Craue. in conſi. 54. quæritur. nu. 12.
& 13 Et hæc maximè obtinent, quia di-
ctæ ſcripturæ ſunt antiquiſsimæ fere du
centorum annorum. ex his quæ habẽtur
in d. l. ex his verbis & inibi Iaſo. col. 2. 4. li
mita. & in. l. cùm aliquis. C. de iur. delibe.
& in clemen. 1. de probat. & alibi ſæpe.

Verũ & iam dicta fortificãtur † quia 3
à tempore & initio dictarum ſcriptura-
rum, ſolutio dicti annui panis hucúſque
vniformis facta eſt quare non eſt tractan
dum an tales ſcripturæ fuerint ſolemnes
vel non cùm ſecundum earum tenorem
fuerit obſeruatum. vt probatur in. l. ſcri-
pturas. C. qui potio. in pigno. habean. & id
conſuluit Cinus inter cỗſilia Bald. in cỗſi.
400. col. 1. lib. 4. eandem opinionem te-
net idem Bald. in alijs conſilijs de quibus
meminit Aym. Craue. in conſi. 158. viſis
actis. nu. 1. cum ſequentib. vbi plura refert
ad hoc noſtrum negotium vidẽda & Are
ti. in cỗſi. 11. procedendum. col. fi. & Soci.
in conſi. 25. num. 25 lib. 1. & idem Aym. in
conſi. 101. nobilis Guigo. nu. 4. & in conſi.
277. in hac cauſa. nu. 2.

ET quòd † de dicto conſtet contra 4
ctu(vltra iã dicta) ex tã antiquiſsima præ
ſtatione. probat text. in. l. cùm de in rem
verſo. ff. de vſur. & inibi Bart col. pe. &. fi.
idem Bart. in. l. ſolent. §. fi. ff. de offi. pro cỗ
ſul. & lega. & idem conſtat in. l. litibus. C.
de agricol. & cenſi. lib. 11. & illic Bar. & do
cto. & Specul. in tit. de locato. §. nunc ali-
qua. col. 21. verſi. ſeſageſsimo. Feli. in. cap.
cùm Bertoldus. col. 3. de re iud. & docto.
in. l. ſi certis annis. C. de pact. cum alis quo
rum Deci. meminit in conſi. 146. & pro
tenui. col. 5. verſi. ſecundò hoc deducitur.
cum ſequẽtib. & Balb. in tracta. præſcrib.
3. part princip. q. 10. col. 11. verſi. an autem
obligatio ſeu titulus. & in pluribus partti
bus illius met tractatus. poſt Abb in. ca. fi.
de præſcript. & alibi ſæpe idem tradi-
tur.

CVM ergo dicta ineat permutatio,
(& tàm antiquiſsima ) illam dictum op-
pidum cuſtodire tenetur † ſiquidem op 5
pidum ciuitas quæ ex proprio obligatur
contractu. ff. ſi cert. peta. l. ciuitas. & illic
latè docto. moder. maximè Alex. nu. 12.
idem & traditur in. l. præſes. C. de trãſact.

vbi Paul.Caſt.& alij. Quibus & accedat, quia & ſi nobiles à vaſallis collectas ex ige re nequeant, ſi tamen conuentionem ſu-
6 per eis cum eorũ vaſallis conficiant † va ſalli eam obſeruare conſtringuntur. vt notabiliter concludit Bald.in.l.hi quibus. col.1.verſi.item quo ad paſſiuam.C.de fideicō.liberta.& Alex.in conſi.35. viſo the mate. & ſecundum aliam impræſsionẽ eſt conſi.177.col.1.lib.2. vbi citat Specul. in.tit.de feudis.§.quoniam.col. pe.& idẽ tenet Albert.Brun.in conſi.103. caſus iſte multas.col.2.in princip.& Iacob. de Sancto Georg.in tracta.feudo. in rub. de homagijs.nu.12.& 13.& nu.33.col.3. illius nume.verſi.& hoc niſi.& prius idem tenuit Bart.in.d.l.cùm de in rem verſo. col. fi.& Luc.de Pen.in.l.1.C. ne ruſti. ad vllum obſequi.lib.11.col.3.in fine. idem notãter in noſtris terminis tenet Albarus Pelagi. in ſuo libro de plantu eccleſiæ.lib.2.arti.46. §.quibus ergo.col.5.verſi.quid de queſtis. char.151.& Pet.de Auenda. de exequend. manda.reg.2.part.c.4.nu.12.

NEC nunc poſt tot & longeua tempora dici poteſt, dictum permutationis contractum informen non quæ ſolemnẽ ſiquidem vltra tam antiquiſsimam ſolu-
7 tionem † ipſa temporis antiquitas ſolem nem præſumi efficit.ex traditis in.l.filius vbi probatur. C. de peti. hæredi. & in.d.l. ſciendum.ff. de verb. oblig. cum alijs de quibus Iaſo.in.l.1.nu.10.cum ſequẽtib. C. qui admi.& Feli.in.ca. Albericus.nu.3. de teſtib.& Aym.Craue.in.d. tracta. de anti qui.tempo.3.part.nu.18.cum pluri b.ſequẽ
8 tib.& idem conſtat † in contractu cùm eccleſia facto in.c.peruenit.iuncta glo.de cenſib.& in ſigne ſic etiam tenet Ant. de Butr.in.c.ea noſcitur.de his quæ fi. à præla.ſine conſen.cap.& Ancha. in conſil.135. ex conſilijs.& Alex.in conſi.79.circa primum.col.3.in.2.dubio.lib.1. & in conſi.43 viſa facti.col.fi. lib.3. & Areti. in conſi.36. caſus talis.col.2.Deci. in conſi. 409. viſo conſilio.nu.8.cum ſequentib.& in conſil. 36.& pro tenui.col.5.verſi.vltimò non ob ſtat.poſt Soci.in conſi.15.col.pe.verſi.con firmatur etiam prædicta concluſio. lib 1. & idem Deci.in conſi.341.viſo pũcto.nu. 13.& in conſi.329. pro defenſione. nu.5. & Soci.Iuni.in conſi.22.pulchra eſt.nu.16.li. 1.& Hierony.Grat.in conſi.142.decreueram.nu.19.&.20. lib.2. Pet. Rebuf. in ſuo tracta.de aliena.rer.eccle.nu.37.cum ſimilibus de quibus Aym.Craue.in.d.ſuo tracta.de antiqui.3.part.nu.8.ver. ſed iſta opinio.& adde videndum in propoſito Iaſo. in.l.2.nu.155.& 160.C.de iur.emphi.

PROINDE & ſi † ipſe contra- 9
ctus citra ſolemnitatem factus eſſet, ex tanti temporis lapſu aduerſarij cõtra illũ venire nequiſſent.ex his quæ habentur in c.cùm perſonæ.§. quòd ſi tales. de priuileg.lib.6. & ibidem docto. & in.l.fi. C. de fund.patrimo.lib.11.& in.c. cùm olim. de præſcrip.Ang.in.l.comperit.col.fi.& inibi etiam Sali.col.fi.C.de præſcrip.30.vel. 40.anno.& Corne in conſi.144.lib.2.tradũt docto.in.l.imperium.ff.de iuriſd.omni.iud.& in.c.cùm nõ liceat. de præſcrip. cum alijs de quibus late Franciſc. Balb.in d.tracta.præſcriptio.2.part.quintæ partis q.7.per totam.

RVRSVM & iam dicta ſuadentur, quia à tempore immemoriali dicti annui panis pondera præſcripta fuerunt
† quæ immemorialis non tantùm teſti- 10
bus, ſed ſcripturis maximè antiquis probari valet.vt palàm glo. dicit in. cap.1. de præſcrip.lib.6.cum alijs de quibus Card. Pariſi.in conſi.27.in præſenti.nu.95. lib.1. & in ſpetiè eſt tex.in.l.6.tit.13.lib.3. ordina.(quæ habetur lib.4.nouæ recopila.tit. 15.l.1.) ibi dum dicit. *Y mandamos, que ſi los tales ſeñores vſaren dela dicha juriſdicion por tanto tiempo que memoria de hombres no es encontrario.* Sequitur & facit. *Y lo probaren por cartas y eſcripturas.* Et idẽ traditur in.c.cùm nobis. de præſcrip. & ita conſuluit Lauren.Calca.in conſil.8. in cauſa pendente.col.5. ante verſi. & idẽ voluit.& Aym.Craue.in.d.eius tracta. de antiqui.tempo.4.par.nu.184. Quæ immemorialis præſcriptio ſeu conſuetudo
cùm ita euidenter ſit probata † aduerſa- 11
rij

rij minimè euadere queunt ſolutionem dicti annui panis. vt conſtat ex.l.27. curiarum Madri.anni.1528.(quæ habetur lib.4. nouæ recopila.tit.15.l.8.)quæ lex ordi. fortiùs hoc tractat, ſiquidem loquatur in impoſitionibus.idem & cõſtat in.l.24. in capitulis correctorum. ( quæ habetur lib.3. nouæ recop.tit.6.l.19.)&.l.2.tit.11. ordi.li. 4.(quæ habetur lib.6.recop.tit.3.l.2.)& in l.12.tit.22.par.1.& 2.par.tit.1.l.12. quæ etiã loquitur de longa conſuetudine:& ita minori quàm immemoriali. vt cõſtat in toto titul.C. de præſcrip.long. tẽpo. & hæc etiam conſtant ex tex.in.d.cap.1. de præſcrip.li.6. & quia etiam regalia immemorato tempore præſcribuntur.vt in.ca. ſuper quibuſdã.§. præterea. de verb. ſignifi. & in.d.l.6.tit.13.lib.3.ordina. Immemo-
12 rialis enim † vim tituli habet.l. hoc iure. §.ductus à quæ.ff.de aq. quotid. & ſti. c.ſuper quibuſdã.§. præterea.de verb. ſignifi. l.8.tit.1.ordina.lib.7.quæ habetur lib.7.nouæ recopila. titul. 2.l.5. cum ſimilibus de quibus docto.memores ſunt in.d. ca.1.de
13 præſcrip.lib.6.Quæ immemorialis † tantùm poteſt,ſicut princeps cum cauſa.authore Iſern.in.c.1.in verb.flumina. colũ.3. in tit.quæ ſint regal.&Iaſo.in.l.quominus nu.42.ff.de fluminib.cũ ſimilibus de quibus Nicol.Bellon in conſi. 55. in propoſito.num.3. & plenius Card. Paul. Pariſi.in conſi.101.bona.nu.7.cum ſequentib. lib.1. & Balb.in tracta. præſcrip.2. part. principali.in.3.parte.q.6.col.4.ver.limita iſtam concluſionem.& ſequentib.habet quæ ip-
14 ſa immemorata conſuetudo † vin legis. l.1.§.fi.&.l.in ſumma.in princip. ff. de aq. plu.arcen.& notat Hoſtien.in.c. peruenit
15 de cenſib.col.3.vbi & ait † annua ſeruitia iure communi prohibita tẽpore immemorato quæri poſſe cõtra vaſallos. & idẽ tenet Ioan.Fab.in.§. equæ ſi agat. col.5.& 6.inſti.de act. His & accedat quòd dicit Bart.in.l.ſi publicanus.§.fi.ff.de publica.&
16 vectigal.vbi ait † quòd nobilis caſtrum habens præſcribit ius percipiendi vectigal.& idem tenet ibi Paul.Caſtren. & idẽ Paul.in.d.l.ſi certis annis.co.2.C.de pact. poſt Bart.in.d.l.cùm de in rem verſo.col. 2.ff.de vſur.& Alex.in conſi.124.ſuper primo.col.1.& 2.lib.4.& latiſsimè Balb.in.d. eius tracta.præſcrip.3.par.princip.q.10.notat Abb.in conſi.7.tria circa.col.4. verſic. his præmiſsis.lib.2.& in.c.cùm nobis. co. 1. de præſcript. & alibi ſæpe idem traditur.

E T ex tante dicta immemoriali cõſuetudine † nulla cauſa præſcriptionis al 17
leganda probanda vè eſt.ex dicts iuribus: & tenet Ant.de But.in.d.ca. peruenit.nu. 19.ad finem.& Bart.in.d.l.cùm de in rem verſo.col.fi.verſi.ſed ſi non ſoluiſſet.& tradunt Cin. & docto.in. d.l. ſi certis annis. maximè ibi videas Iaſo.nu.15.verſi. decimò limita.& Balb.in.d.tracta.præſcrip.2. par.3.partis princip.q.6.ca.5.verſi.& dicit. & eſt bona glo.in.ca.ſupèr quibuſdam.§. præterea.in verb.non extat.de verb.ſigni. & notant docto.in.d.c.1.de pręſcrip.lib.6 vbi etiam eſt ad hoc bonus text. ſi rectè conſideretur,prout eum ad hoc ponderauit Aym.Craue.in tracta.de antiqui. tempo.4.part.nu.148.vbi hãc teſtatur veram & communem reſolutionem. vbi refert plures docto.han partem tenentes.eandẽ opinionem dicit veram & communem do.Couarru.in relect. regul. poſſeſſor malæ fidei.§.3.2.part.nu.7.verſi.alioqui.de regul.iur.lib.6.& late Card. Paul. Pari.in.d. conſi.101.num.11.li.1.quibus adde Soci.in conſi.181.viſis.nu.4.li.2.

Q V I N & ipſa † immemorialis cõ 18
ſuetudo iuris & de iure præſumptionem inducit.authore Feli.in.d. ca. cùm nobis. col.3.verſi.ſcias etiam nu.7. de pręſcript. traditur in.d.l.cùm de in rem verſo.& in. d.l.ſi certis annis.

N E C ipſa diruitur immemorialis ex eo quòd dicatur † ex dicto contractu 19
de initio conſtare:& ita immemorialem non poſſe ſubſiſtere. ex hiſque notantur in.d.c.1.de pręſcrip.lib.6.

Tum, quia & in dicto compromiſſo & ſententia oppidum pſum fatetur ante ipſum contractum dominum dicti oppidi dicta pondera annui panis quóque de

tuliſſe

tuliſſe ſine aliquo initio.

Tum, etiam quia dictum compromiſſum nec dicta ſententia arbitraria non fuerũt initium dictæ præſcriptionis: nec id ibidem aſſeritur: & ob id ipſa immemorialis conſuetudo nõ ceſſat. vt per Anto. & docto. in d.c. peruenit. nu. 19. de cenſib. & Bart. in d.l. cùm de in rem verſo. co. 2. ff. de vſur. & Iaſo. in d.l. ſi certis annis. col. fi. C. de pact.

Tum, & quia à dicta ſententia & compromiſſo fere ducentum anni decurrerunt: ſed immemorialis probatio impediri non poſſe videtur, ſi actum geſtum conſtiterit ante centum annos. ex ſententia Inno. in c. veniens. col. 2. de verb. ſigni. & Specul. in titul. de probationib. §. 1. col. 2. verſi. vltimò quæritur. & Alex. in conſi. 16. in cauſa & ſuæ nu. 16. col. 5. verſi. nec ad hoc obſtat. lib. 5. & Ioan. And. in cap. quid per nouale. & ibi etiam Ant. de But. de verb. ſignifi. & lucide glo. in d.c. cùm nobis. in verb. centum annorum ad finem de præſcrip. dicit, tempus centum annorum immemorato tempore ad æquari. & ſequitur Cin. in l. 2. C. de ſerui. & aq. in q. 9. & Cæpol. in tracta. ſeruitu. cap. 19. in princip. col. 2. vbi alios refert. & Balb. in d. eius tracta. præſcript. 2. part. 3. partis principal. q. 6. col. 6. verſi. quòd autem dicatur & Aym. in d. tracta. de antiquita. tempo. 4. part. nu. 125. & Lauren. Silua. in conſil. 1. quoniam in præſenti. nume. 165. contrarium tamen tenere videtur do. Couarru. in relect. regul. poſſeſſor malę fidei. 2. par. §. 3. nu. 7. verſi. etenim.

VERVM nec immemorialis con
20 ſuetudo neceſſaria erat † ſiquidem hic
dicta pondera annui panis reſpectu terrarum à dominis conceſſarum præſtantur. vt conſtat per dictas ſcripturas productas. Nec in hoc caſu obtinet, quod dictis Madri. curijs ſtabilitum eſt. & ita probatur in d.l. cùm de in rem verſo. & inibi Bart. col. fi. verſic. ſed ſi non ſoluiſſet. ff. de vſur. exemplum ſubijcit. in híſque pro laborerio ſoluuntur. probatu etiam in d.l. litibus. ~~C. de agri.~~ col. & cenſit. lib. 11. & illic docto. maximè Luc. de Pen. & Ioan. de Plate. & Bald. in d.l. ſolent. §. fi. ff. de offi. pro cõſul. & Specul. in tit. de locato & emphitheoſi. §. nunc aliqua. col. 22. verſi. 64. quæritur. & latè Feli. in c. cùm Bertoldus nu. 29. de re iudica. & Deci. in cõſil. 146. & pro tenui. col. 2. ver. & cùm pro tali vinea. vbi allegat plura notabilia in hoc propoſito. & idem tenet Bald. in d.l. ſi certis annis. col. penul. verſi. iuxta hoc quęritur. cũ ſequentib. C. de pact. vbi etiam dicit, ad ſeruitia præſtanda tempus quadraginta annorum ſufficere. & Albero. & docto. in c. 1. §. ſi quis per triginta. in titul. ſi de feud. fue. contro. int. domi. & agna. & Alex. in conſi. 124. ſuper primo. col. 1. li. 4. & Balb. in tracta. præſcript. 3. part. principali. q. 10. col. 8. verſi. ſed ſi non ſoluiſſet. cum ſequẽtib. poſt Ant. de Butri. in relect. d.c. peruenit. nu. 7. 8. & 21. de cenſib. & ſat id conſtat in c. ſeruitium. 18. q. 2. & probatur in l. 12. tit. 1. parti. 2.

PRÆTEREA nec ſuffragatur aduerſarijs dicere, quod dicta cauſa qua
dicti panis annui põdera exoluũtur † nõ 21
iuſta eſt, ex eo, quia ea quæ dominus pro eis dicto oppido dederat, non poterant eſſe domini: ſiquidem populi erãt, & quia ſeruitia à domino pro eis etiam remiſſa, à dicto oppido non erant perſoluẽda, vt poteque erant impoſitiones iniuſtè.

Tum, quia contrarium ex dictis ſcripturis & aſſertionibus antiquiſsimis inibi expræſsis conſtat.

Tum, etiam quia dicta ſeruitia rex domino conceſit. vt ex priuilegio antiquiſſimo (etiam hac in cauſa producto) cõſtat. quia ea concedere valuit. ex tex. in ca. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſigni. & ex tex. in l. 2. in fi. titul. 11. lib. 4. ordina. (quæ habetur lib. 6. nouæ recopila. tit. 3. l. 2.) & in l. 1. C. nou. vectiga. inſti. non po. & notat Bald. in l. cùm multa. C. de bon. quę libe. Et verba ipſius priuilegij, longiſsima quæ præſtatio, omnia quę cõtinentur in ipſo priuilegio explicat. vt in l. 12 titu. 22. parti. 1. & 7. parti. tit. 33. l. 4. & l. 2. titul. 9. li. 5. ordina. (quæ hatur lib. 5. nouæ recopila. tit.

titul.10.l.1.)& probatur.ff. de legib.l. ſi de interpræta tione.cũ alijs de quibus Bald. in conſi.243.villa vel caſtrum.lib.3.& Matthæ.de Afflict.in deciſio. 23. capellani. & Card.Paul.Pariſi.in conſi 104.nu.25.lib.1. Interpræta tur quæ conſuetudo priuile-
22 gium † etiã aduerſus eius verba. ex text. in.c.cùm dilectus.& inibi docto. de conſue.& in.c.fi.eod titul.& in.ca.quod dilectio.de conſang.& affini.cum alijs de quibus Soci.in conſi.84.accuratiſsimè.nu.15. verſi. poſtræmo.lib.3 & nos infra in conſi. 23.nu.5 Et dicti oppidi domini † intentionem ſuam habent fundatam in eiſque ad regem concedentem pertinebant. ex Bald.in.l.1.q.43.ff.de rer.diuiſio.& Albert. Brun.in conſi.103 .caſus iſte.colũ. 2. ver.& idem puto.pro quibus eſt bonus text.in.l. 2.tit.1.parti.2.iũcta.l.8.in princip. eod.tit. & parti.&.l.12.tit.2.part.2.& in.l.2.in princip.titul.4.parti 3. &.l.13. titul.1. parti.2. & notant Hoſtien.& Abb.in. cap. nimis. de iur.iuran.& alibi ſæpe.

EX pædictis fit, minimè potuiſſe dictum oppidum nunc reſtitutionem petere aduerſus dictum contractum permutationis, prout petiuit.

Tum, quia de ipſa non conſtat lęſione ſed potius in dictis ſcripturis antiquis dicitur, vtilem valdè dicto populo fuiſſe.
24 quo fit, ipſam ceſſare reſtitutionem † lęſio enim debet probari ab eam allegante l.quotiens.§.qui dolo.ff. de probat. & in.l. nam & poſtea.§.ſi minor.ff. de iur. iuran. l.2.tit 19.par.6.cum alijs de quibus ſupra in hoc volumine memores fuimus in
25 conſi.3.in lite & cauſa.nu.41.Et quod † ex dicta aſſertione prædicta probetur vtilitas expræſſe conſuluit Corne. in conſi.181 viſis nõnullis.col.11 ver. nec etiam obſtat quod tertio loco.lib.2.citans Innocen. & Anto.de Butri.in.c.1. de depoſi.& Innoc. refert in hoc propoſito Alex.in l. ciuitas. col.3.in fine.ver.an autem illud.ff. ſi cert. peta.& in ſimili aſſertione facta à ciuitate, quòd ſit plenè ſtandum conſuluit etiã per plura fundamenta Carol.Ruyn. in cõſil.217.videndum eſt.nu.2.ſequentib.lib.1.

Et ſi contrarium teneat Alberi.loquẽdo in ſimili confeſſione facta per eccleſiam in authenti.hoc ius porrectum. C. de ſac. ſanct. eccle. quem refert & ſequitur ſub quadã diſtinctione dominus Greg. Lup. in.l.3.in verb. *A la yglesia*. col.1.in fine.cũ princip. ſequentis colum.titul.1. partit.5.

Tum, quia † lęſio ipſa erat probanda ſecundum tempora dictarum ſcripturarum & contractus.C.de reſcind. vendi.l. ſi voluntate.& eſt bonus tex.in.c. cũ cauſam quæ inter iconomum.in verbis, venditionis tempore.de teſtib.&.5. parti.tit. 5.l.56.cum alijs de quibus Thom.Grama. in deciſio.76.magnifica.num.25.& Aym. Craue.in conſi.188.magnificus.nu.4.( vbi hoc extendit, etiam ſi eccleſia prætedat in contractu fuiſſe lęſam)& Hiero. Grat. in conſi.142.decreueram.nume.29.lib.2. De quo tempore cùm ſit ita antiquiſsimum, teſtes de popere non poſſunt. ex text.in.l.fi.& inibi glo.C. de ſac.ſanct. eccle.cum ſuis ſimilibus. 26

Tum etiã † quia de curſis tringinta annis ipſa reſtitutio peti non poteſt.ex tex. notabili in.l.fi.verſi. *Pero si el menoscabo*, Tit.fi.par.6. Vel ſaltim intra.40. annos. ex tex.in authẽti.quas actiones.C.de ſac. ſanct.eccle.cum alijs de quibus Corne.in d.conſi.181.col.25 verſi. non enim eo ipſo quod eſt minor.cum ſequenti.lib.2 & notat Greg Lup.in.d.l.fi.in ver.*Treinta años* Quibus accedat quod ait Deci. in conſi. 36.& pro tenui.col.5.verſ. tertiò principaliter.cum ſequentib.vbi ex pluribus conſuluit † quòd contractus præſumitur factus in fauorem eccleſiæ, & in eius vtilitatem pręcium fuiſſe conuerſum propter antiquitatem temporis.& Deci.refert & ſequitur Aym.Craue.in tracta de antiquita.tempo.3.part.nume.27.verſ.& non ſolum. 27 28

CÆTERVM nec dici poteſt † in collas dicti oppidi pòdera dicti panis metu exoluiſſe:& quod ſic pręſumitur.ex traditis per Innoc.& alios in.c. quod latẽter. de verb.ſignifi.& alibi ſępe.

Primo, quia Innoc. eiuſque aſſecle in

caſu

caſu dubio loquũtur.vt conſtat ex Innoc.
30 & Abb.inibi.& tunc etiã iuris eſt † quòd
metus non præſumatur.& contrarium di
centi incumbit onus probandi. ex tex. in
l.merito.ff.pro ſoc.l. interpoſitas.vbi Bal.
& docto.C.de tranſact.cum alijs de qui-
bus ſupra memores fuimus in hoc primò
volumi.in conſi.3.nu.51. præter hoc quòd
hic liberè,ſpontis quæ ſuæ ea per ſoluiſſe
31 conſtat † quod ex titulis prædictis præ-
cedentibus ſolutum præſumendum eſt,
ff.de rei vendi.l.quedam mulier. & tradi-
tur in.l.2.C.de aqui.poſſe.quod &obtinet
quãdo titulus præcedens nullus eſt.autho
re Soci.in conſi.13.inſignis docto.col.5.cir
ca medium.lib.4.quem refert & ſequitur
Curt.Iuni.in conſi.168.habita nu.33.& 34.
& Soci.ſequitur etiã Alcia.in tracta. præ
ſumptio.regul.2.præſump.23. num. 5. Et
ob id Luc.Penen.in.d.l.1.C. nè ruſti. ad vl
lum obſeq.lib.11.col.2.ait,quòd Innocen.
ſententia minimè obtinet, vbi de cauſa
ſeu priuilegio conſtat.& ſat id patet in.d.
c.1.de præſcript.lib.6.& palam ſic Innoc.
idem cenſet in.cap.ſi diligenti. nu.5. eod.
titul. Quid multa,& lucidè plerique te-
32 nent † ex longa præſtatione facta à vaſal
lis domino,metum ſeu vim non præſu-
mendam.vt dicunt docto. in. d.l. ſi certis
annis.C.de pact.maximè Bald.& idẽ con
ſtat ex eodem Bald.in.d.l.ſolent.§.fi.ff.de
offi.pro conſul.&Guiller. Bened. in repe.
cap.Raynuntius.in verb.cõdidit.in.1. nu.
64.& ſequentib.de teſta. E ſat hoc con-
ſtat,quia ſola ſubiectionis reuerentia me
tum præſumi minimè efficit.ex tex.in.c.
accedens de conuer.coniuga. & in capit.
1.eod.titu.& in.l.ad inuidiã.C.quod met.
cau.& inibi Sali.&Paul.Caſt.cum alijs de
quibus Ioan.Plot.in.d.tracta. de in lit. iu-
ran.§.3.nu.14.verſi.& ſolus metus.

Secundo,quia Innoc. ſententia vbi do
minus vaſallos a reſta bat ſine cauſa pro-
cedere poſſe videtur.vt tenet.Guiller.Be
ned.in.d.cap.Raynuntius.in.d.verb.con-
didit.in.1.nu.65.

Verùm & Innoc.ſententia & ſequatiũ
minimè procedit ex tante prædicta im-
memoriali præſtatione † quia data im- 33
memoriali præſcriptione, præſumitur ti
tulus & bona fides, & purgatur quælibet
præſumptio quæ fuerit in cõtrarium. ex
tex.notabi.in.d.cap.1.de præſcrip. in.6.&
ſat conſtat ex dicta ſanctione curiarum
Madri.& ſimilibus ſupra citatis. & tenet
Innoc.& Bald.in.c.ſi diligẽti.de præſcrip.
& Sali. in.l. 2. C. de ſerui. & aq. Imò ex
præſcriptione. 30. annorum pręſumitur
bona fides.vt tenet Bart.per tex.ibi in.l.fi.
C.vnd.vi.cũ alijs de quibus Soci.in conſi.
127.viſis.nu.7.lib.1.& alibi ſępe.& in pro-
prijs terminis † quòd ceſſet præſumptio 34
metus probata immemoriali. tenet Ioã.
And.in additionib. ad Specul. in titul. de
præſcriptionib.§.1.col.5.nu.26.verſic. ſed
& vbi potius.in addi. quæ incipit, verſic.
quid ergo.ſic ponderando Ioan. And. di-
cit enim ibi Specul.quòd vbi potius ex ti
more,quã ex debito præſumitur aliquid
fieri vel pręſtari,non ſufficit probari tem
pus,niſi probetur titulus. & ait etiam ibi
idem eſſe,ſi credatur cauſa hoſpitalitatis
ſeu curialitatis præſtitũ.ſubdit Ioã. And.
in.d.additio.in hoc fore diſtinguendum,
an præſumptio foret contra præſcriben-
tem,& an alleget præſcriptionem cuius
initij non ſit memoria.ex tex. in dicto.c.
1.de præſcriptionib.lib.6.& ſic vult notã-
ter ibi Ioan.And.quod vbi dicta præſcri-
ptio immemorialis allegatur, ceſat præ-
ſumptio metus.& meliùs idẽ tenet Luc.
de Pen.in noſtris terminis in.l. hac lege.
col.2. verſic. & nota quòd collecta. C. de
aquę duct.lib.11.

Deníque & Innoc. opinio † tantũ in 35
dominis non recognoſcentibus ſuperio-
rem ſubſiſtere Luc.de Pen. cenſet in. d.l.
litibus.C.de agricol.& cenſi.lib.11. colũ 3.
verſi.item quia dominus. & vltra eũ idẽ
conſuluit Iaſo. per plura fundamenta in
conſi.72.in cauſa.nu.1. verſi. præterea vbi
eſt princeps.cum ſequentib.lib.1.& idem
tenet Iacob.de ſanct. Georg. in.l. ſi de vi.
nu.17.in fine. verſicul. ſexto fallit. & nu-
mero. 18. ff. de iudi. Roland. à Valle in
conſi.1.viſo themate. nu. 77. & .78.lib.1.

Secun

SECVNDVM etiam conſtat, quia dicta.8500.dipōdij.præſtiti ſunt, ex eo quòd officium tabellionatus & merini dominus ipſo oppido renūciauit. Quæ
36 † officia ad dominum pertinere minime erat ambiguū,& citra conſuetudinem antiquiſsimam, de tabellionatus officio cōſtat in.l.3.titul. 19. parti.3. & per docto. in c.cùm.P.tabellio.de fid. inſtru. cum alijs de quibus abunde meminimus in noſtra relectio.l.3. Taurinarum ſanctionum. nu. 1062.cum plurib. ſequentib. poſt Pet. de Auend.de exequen.manda.regum.ca.10. nu.2.in.1.part. Quòd & probatur, quia ipſum oppidum pro dictis officijs, & pro alijs contentis in dictis ſcripturis concordiæ & permutationis dominis penſionē
37 exoluerunt † ex quibus eorum dominiū probatur ad ipſos dominos pertinere: et non ad ipſum opidum. ex. d.l. litibus. & ex Bald.in.l.inditia. C. de rei vendi. & in c.inter dilectos.col.2.de fid.inſtru. & docto.in.l. Titia. vbi probatur.ff. de ſolutionib. Igitur † permutationis contractum 38
in fauorem dicti domini editum à dicto populo, clarum eſt, ipſum oppidum ſeruare eſſe obnoxium.ex tex.in.d.l.ciuitas. ff.ſi cert. peta.& ſupra congeſtis.

Nec in hoc contractu læſum eſſe dictum oppidum affirmamus † quod ad- 39
uerſarij quia actores probare aſtringuntur.l.fi.C.de probat.l. nam & poſtea. §.ſi minor.ff.de iur.iuran.& in.d.l.2.tit.19.parti.6.& in.d.l.6.eod.tit. & parti. cum alijs de quibus notabiliter Alex.in.d.l.ciuitas. col.penul ff.ſi cert.peta. & quæ notantur in.l.ſi rem aliquam. ff. de adqui. poſſe. & in.l.3.§.ſubtilius.ff.de cond.ob cau.

Et his finem accipit noſtra iuris allegatio. & dictis in præſenti allegatione adde quæ infra adducemus in conſi.33. præterea.per totum.

Et ita denique ſententia deciſum eſt in hac regia Pintiana Cancellaria.

Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace. Legum doctor.

## Summarium ſuper decimo ſexto cōſilio.

1 *POPVLVS vt ſuam fundet intētionem in his quæ intra ſuos terminos ſunt, debent eſſe ad vſum commune deſtinata.*

2 *Populi præſumptio diruitur, ex poſſeſſione quā habent domini tēporales. & n.3.*

3 *Præſumptio vna tollit aliam, præſertim quod generalis tollitur per ſpecialem.*

4 *Domini temporales videntur probare dominium terminorum ad eos pertinere, ex licentiis ab eis conceſsis ſuis vaſallis fruendi talibus terminis. & nu. ſequentib.*

6 *Licentia, verbum vnde diriuetur, & quid importet.*

8 *Dominium qualiter & quando probetur ex locatione.*

10 *Dominium nec poſſeſsio non tranſeunt in colonos, ſed remanent pœnes conductores.*

11 *Poſſeſsio probatur ex locatione rei & ex perceptione fructum.*

12 *Dominiū in antiquis ſolis inditijs probatur.*

14 *Immemorialis habet vim tituli: & tantum poteſt quantū imperatur cū cauſa.*

15 *Teſtes non requiritur quod deponāt de auditu auditus ad probandam præſcriptionem immemorialem.*

16 *Intellectus.l.fi.tit.13.lib.3.ordi.( quæ habetur lib.4.recopil.tit.15.l.1.) & l.41. in legibus Tauri, quæ habetur lib.5. nouæ recopil.tit.7.l.1.*

17 *Dominium in antiquis probatur per famam publicam.*

18 *Teſtes deponentes de locatione præferūtur teſtibus in contrarium deponētibus*

19 *Præſcribi poſſunt termini vniuerſitatis qui non ſunt ad vſum publicū deſtinati*

20 *Domini tēporales ex conſuetudine poſſunt ſuis vaſallis piſcationē prohibere. & melius nume.21.*

*Deci-*

# DECIMVM SEXTVM Conſilium.

PETRVS Oſorio litem tractat cum ſuis oppidanis. In qua optimi et maximi Dei auxilio poſtulato, iure fulciemus, montes et prata terminóſque ſuorum oppidorum ad dictum Petrum Oſorio pertinere.

Et primò illud in facto proloqui oportet, něpe ex proceſſus probationibus immemoratã conſuetudinem cõſtare, qua dictus Petrus ſuíque anteceſſores omnia ea, prout ſua habuerunt: eáque ſæpius locarunt, facultatem que præſtiterũt, eorũ vaſſallis edifitia in eis fiendi, certis ſolutis penſionibus in emphiteoſim ei concesſerunt. Itẽ et ſuis vaſallis plures licentias concenſerunt complura ligna ex eis ſcindendi, et domos ab eis factas in alios trãſferendi.

Quibus ſic præfactis, ius dicti Petri cõſtat, quia aduerſarij vt actores ius ſuũ probare obnoxij erant. C. de eden. l. qui accuſare. C. de probat. l. actor quod aſſeberat. cũ ſuis vulgatis. quod nec iuris præſũptione, nec alijs probationibus non probarunt. Iuris præſumptione non muniri cõ-
1 ſtat, ſiquidẽ vt pleríq; dicũt † vt populus in his quæ infra ſuos terminos ſunt, ſuam intentionem fundet, debẽt eſſe ad vſum cõmune deſtinata. ex tex. in. l. 7. ti. 28. par. 3. ibi. *Que ſon eſtablecidos o otorgados para procomunal de cada ciudad o villa.* Et ex tex. in. l. 12. eo. ti. et parti. ibi. *Que eſta eſtablecida.* et ex. l. 13. eod. tit. ibi. *Que ſon eſtablecidas.* Et in. l. 1. tit. 3. li. 7. ordina. quæ habetur. li. 7. recopil. tit. 5. l. 1. quibus et accedit tex. i. l. inter publica. ff. ꝺ verb. ſignifi. ibi. *Nec quæ publicis vſibus ſunt deſtinata.* Et in. l. non tantũ. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diui. et in. §. vniuerſitatis. inſti. cod. ti. et tex. etiã in. §. 1. inſti. de inutil. ſtipul. ibi *Quæ vſibus populi perpetuo expoſita ſunt.* Et in. § nõ ſolũ. inſti. de lega. cum alijs de quibus in nr̃is terminis meminis Roder. Suar. in allegat. 15. ex ſequentib. co. 1. 2. & 3 & Couar. in. c. 37. prati. qq. n. 8. co. fi. & Pet. de Auen. in. c. 4. de mãdatis principũ exequendis. n. 4. verſ. vicini autẽ. 1. parte. ſiquidem reſtringat illud relatiuũ ꝗ. l. à filio. §. teſtator. & ibi Bart. & in. §. Titia. ff. de alimẽ. & ciba. lega. & l. ſi quis ita. ff. de aur. & arg. leg. cũ ſimilibus. Nec deſtinatio præſumitur facta, cùm facti ſit. ff. de capti. & poſt limi. reuer. l. in bello. §. factæ. cũ alijs.

Quæ & ſuadentur, quia cùm dicti dñi diſtos terminos pleríſq; annis poſſederit
† diruitur præſumptio, quæ dicti populi 2
fauore in terminis infra ſuos limites exiſtentibus ſuboriri poterat. vt cõſtat in. c. ad decimas. ꝺ reſti. ſpol. li. 6. & in. l. e de ſacra. §. intra maceriã. ff. de cõtrahen. emp. & in terminis ita Pau. Caſt. tenet (ſecundum bonã lecturam) in. l. 1. in princi. ff. de adqui. poſſe. & inibi inſigne. Soc. co. 3. ver. circa ſecundũ. & col. 5. verſi. ex quibus infertur. & idem tenet ipſe Soci. in cõſi. 181. viſis nu. 2. verſi. his tamen non obſtãtibus. & in verſi. aliquando & ſecundò. li. 2. & in conſil. 127. viſis. nu. 4. & 5. verſi. his tamen. & in verſi. ſolum ergo. li. 1. & Soc. refert & ſequitur Curt. Iuni. in conſ. 184. præſupponitur. nu. 8. verſ. ſi ergo. cum ſeq. poſt Dec. in cõſ. 271. in caſu. n. 5. & Molin. in cõſuet. Pariſ. §. 46. & Gre. Lup. in. l. 9. verb. *Sõ eſtablecidos*, ti. 28. par. 3. & idem conſtat ex traditis per Innoc. in. c. dilectus. col. 2. de capel. monacho. Præſumptio enim quę aduerſariorum fauore inſurgere poſſet, alia tollitur præſumptione. ff. de minorib. l. diuus. cum alijs. Imò præſumptio † quæ eſt 3
ꝓ dñis (cùm ſit ſpecialis) in totùm tollit præſumptionẽ vaſſallorũ, quia generalis. vt tenet Bal. in. l. ſiue poſſidetis. co. 2. C. de ꝓbat. quẽ ſequitur Laurẽ. Silua. in cõſ. 86. contra. n. 18. li. 2. generi enim per ſpetiem derogatur. regul. generi ꝺ reg. iur. in. 6. cũ alijs de quibus in hoc ꝓpoſito meminit idem Siluan. in conſ. 2. circa. nu. 20. lib. 1.

Nec aduerſariorum teſtes (vt eis circunſeptis cõſtat) cõcludunt. Nec ſunt aliquæ ſcripturæ, quibus eorum ius probetur.

Quo fieri conſtat, nihil aliud eſſe dicto Petro Oſorio neceſſariũ, vt pote reo,

qui & ſi nihil probaſſe, ob id ex notiſsimis iuribus obtineret.

Sed licet hæc compertiſsima ſint ipſe tamen Petrus complura probauit, quibus dictorum terminorum & bonorum dominium ad eum pertinere conſtat.ex ſequentibus.

PRIMO, quia probauit, dictorũ oppidorum incolæ tantum frui ipſis terminis dicti Petri & ſuorum anteceſſorum li
4 centijs, quæ † licentiæ ipſum dominium terminorum probare videntur.ex tex.in l.quintus.ff.ad.l.Aquil.& text.in.l.16.titu.28.parti.3.in verbis. *Ca ningund home non deue entrar en heredad agena para caçar en ella: nin en otra manera contra defendimiento de ſu ſeñor.* Et tex.in.§. feræ.verſiculo plane.inſti.de rer.diuiſio.& in.l.1.§.1.ff.de acquiren.rer.domi.Quibus & conducit, quia nemo de his quorum non habet dominium diſponere valet. vt in authentica de monachis. §. illud. colla.1.& in authentica ingreſsi.C.de ſacro ſanctæ eccleſiæ.&.ff.de iur.codicil.l. conficiuntur.§.ſi poſt factum.cum alijs. Quibus & accedat quod text.in.l.in re mandata.C.manda.& conſimiles concinunt.Et quòd
5 his licencijs † dominum probetur. eſt tex.apertus & ibidem Abb.notat columna ſecunda.verſiculo item nota.in fine.in capitulo cùm olim de cenſibus & in proprijs terminis ſic conſuluit Socinus in cõſilio.11.in cauſa dominæ Chaterinæ.numero ſecundo.3.&.4.libro tertio. Quod
6 & confirmatur † quia hoc verbum. *Licentia.* à liceo lices diriuatur: & eſt gratia cõceſſa ad id quod quis aliàs non poſſet.ex tex.in capitulo primo.§.fin.ibi. *Omnia mihi licent.* 14.quæſtione.1.per quem tex.ita expræſſè ait Card.in clem.ſi.col.3.verſicu.quintò quæro.de elect.& Alberic. in ſuo dictionario in verb. *Licentia.* & eorũ ſententia ſatis probatur per text.in.l.1.C. de ſacroſanctæ eccleſiæ,& in.l nulli licere.C.de ep.& cleri.& in authent.licentiã.C.eod.titu.Sed ſi ipſi termini incolarum eſſent, nõ quidem ad eorum vſum eſſent neceſſariæ licentiæ dominorum.ex text. in.d.l.in re mandata. C. manda.cum ſuis ſimilibus.& melius id probatur in.d.l.9.tit.28.parti.3.& in.d.§. vniuerſitatis.inſti, de rer.diuiſio.cũ ſimilibus ſupra citatis.

Verùm & idem dominium apud dominos eſſe probatur, quia & probatũ eſt
† quòd cùm recẽter aliquid incolæ ad oppida recipiebantur, domini prædicti eis 7
concedebant terminorum aliquam partem:qua vterentur ad ſeminandum aliáque ſibi commoda: quæ ſi dominorum non eſſent, dare nõ potuiſſent.ff.de regul.iur.l.nemo plus.& ff.de acqui.rer.domi.l.traditio.& qui nihil habet, nihil dare poteſt.c. daibertum.1.q.7.quibus & accedat tex.in.l.ſi filius.C.de donation.& in.auth.ingreſsi.& in authen. ſi qua mulier. C.de ſac.ſan.eccle.& magis ad noſtrum propoſitum accedat tex.in.l.3.ti.25.parti.4.& in l.2.ti.11.li.4.ordina.quę habetur tranſumptiuè.li.6.recopil.ll.regni.tit.3.l.2.

Rurſus & ex dictorum terminorum
locatione † iunctis prædictis & alijs, dominium dictorum dominiorũ eſſe probatur:quia & ſi dominium locatione minimè probetur.l.ad probationem.C.loca cum alijs ſecus eſt ſi locationes antiquiſſimæ ſint.vt in præſentia, quia plenè probant maximè contra colonos vt inſigne tenet Abb.in.c.cùm venerabilis.colu.fin.verſiculo vndè dicere.de religio. domib.& Soc.in conſ.116.libenti animo.n.2. &.3.li.3.& Deci.in conſ.146.& pro tenui.col.6 verſ.tertiò benè facit.& Card.Pau.Pariſi.in conſ.27.in præſenti.n.23.lib.1.& Carol.Ruin.in conſ.115.in cauſa.n.17.&.18.li.5.& faciũt quæ egregiè cõſuluit Barba. in cõſ.14.pro præſentis.co.3.li.3.Et quia aliis con 8
currentibus † locatione rei eius dominiũ probatur, maximè contra colonos.Bart. 9
authore in.d.l.ad probationem.C.loca.& idem Bartolus.in.l.non ab re.C.vnd.vi.et Felinus in capi.inter delictos. nume.8.de fid.inſtru.et Soci. in.d.conſ.11.nu.2.li.3.et in cõſ.89.in cauſa.nu.11.15.et.18.li.3.et Deci.in.d.conſ.146. et pro tenui.col.6.verſiculo tertiò benè facit.in medio.et Gozadinus in conſi.94.an Illuſtriſsimus.col.fi.num.

num.57.& palam Angel.in l. officium.ff. de rei vendica.cum alijs de quibus Card. Pariſ.in dicto conſilio.27. num.25.libro. 1.& Andr.Tiraquel.in tracta.de iure conſtituti.3.part.limita.1.numero.21.&.22.Et cùm dicti oppidani quandoque ipſos terminos conduxerunt à dictis dominis,minimè queunt ipſis dominis quæſtionem dominij referre.ex textu.notabili in.l.ſi quis conductionis.C.loca.&.5.parti. titu-
10 lo octauo.l.18.Nec ex tali locatione † ipſi oppidani vllam poſſeſsionem habuerunt, ſed poſſeſsio & dominium talium terminorum remanſerunt pœnes ipſos dominos, qui dictas locationes fecerunt ex text.in.l.ſi pignus.ff.de pigno.act. & tex.in.l.22.verſiculo.*Empero*.tit.29 parti. tertia.& in.l.5.titul.30. partita tertia & in l.11.titulo decimo parti.7.Et non tantum dominium ex dictis cōductionibus pro-
11 batur † ſed etiam poſſeſsio ( præſertim contra colonos)vt cōſtat in.l.prædia.ff.de acqui.poſſe.vt tenent domini de Rota in antiquis,quos corruptè alegat Felinus.in dicto capitulo inter delictos numero.8. de fid.inſtrum.& Socinus in.d.conſili.89. num.18.& in conſi.106.num.2.& ſequentibus.libro.3.& in.d.conſil.11.nu.5. eodem lib.3.& Chaſſene.in conſ.10.viſo proceſſu col.2.nu.2.verſi.cùm locatio.Quæ omnia maximè procedūt in caſu noſtro, ex quo dicti domini à dictis colonis annuatim ex omnibus domibus, terris, & alijs quæ in ipſis terminis ciues habent certam pecuniarū ſummā cū certis gallinis perceperunt,ratione dictarum locationum & licētiæ.ex tex.in l.Titia.ff.de ſolutionib. & in.l.litibus.C.de agrico.& cenſi.li.11.ita in noſtris ꝓprijs terminis aduertit Alex. in.d.conſi.57.in cauſa. nu 10.lib.7.& Soci. in.d.conſi.15.in cauſa.colu.1.lib.3.& Card. Pau.Pariſ.in.d.conſ.27.n.24.li.1.& Aym. Craue.in conſ.107.Antonius.n.2.verſ.ſecundò lib.1.poſt Bald.& docto.in.d.l.inditijs.C.de rei vendi.& in.l.3. C.fini.regund. & Barba.in cōſi.8.ſcribitur.col.3.verſi.præterea.& ſequentib.lib.1.

12 Superiora ex alio ſuadētur † quia etiā dñium rei ſolis ꝓbatur inditijs maximè in ita antiquiſsimis.vt in.d.l.inditia.& illic.dd.cū alijs de quibus Barb.in.d.cōſ.14. col.3.l.3.&.Soc.in cōſ.89 co.2.&.3.li.3. Cardi.Petr.Pau.Pariſ.in.cōſ.104.in præſenti. n.101.& ſeq.li.1.vbi plura in propoſito ſcribit,quæ ad hanc rem expectant.

Quid plura, & præter iam dicta facit, quia vt ex dictis probationibus conſtat
† cùm aliquis ex oppidanis moritur,à tē- 13
pore immemorato nequit diſponere de domo, nec de alijs rebus quæ ibi habent: ſed ad dictos dominos reddeūt.nō enim de ipſis diſponunt rebus, vt potè nec dñi rerum.ex tex.in.d.authē.ingreſsi. & in.d. auth.ſi qua mulier.C.de ſac.ſanc.eccl.optimus tex.in noſtro propoſito in.d.l.3.tit. 25.parti.4.& in.d.l.2.tit.11.lib.4.ordi.quæ habetur in.d.li.6.recopil.tit.3.l.2.

Imò cùm à dictis dñis dicta immemorialis conſuetudo probata ſit,eorum titulum dñi ipſi probare videntur † cùm vim 14
tituli habeat dicta conſuetudo. ex tex.in d.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aq.quoti. & æſti.cū alijs notiſsimis de quibus ſupra in hoc primo volumine mentionem fecimus in conſi.15.nu.12.cum ſeq.& ſat idē conſtat in.l.8.tit.1.ordina. li.7.quæ habetur li.7.nouæ recopil.tit.2.l.5. Et tantùm poteſt immemorialis, quātum princeps cū cauſa.vt ait And.de Iſern.in.c.in verb. flumina.col.3.in ti.quæ ſint regal.& notat etiam idem Iaſo.in.l. quominus.nu.42.ff. de fluminibus & alibi ſæpe idē traditur.

Nec dici poteſt immemorialē conſuetudinē ob id non probatā,quia teſtes deponentes à ſuis maioribus audiuiſſe, non quidem dicunt, & illos ſuos maiores ab
alijs ſuis maioribus audiuiſſe.†Siquidem 15
hoc ad ipſam conſuetudinem immemorialem probandam non ſit neceſſarium. vt conſtat ex traditis in.l.ſi arbiter.ff.de probat.& notat glo.in c.1.de præſcrip.lib. 6.in verb.memoria.cuius gloſ.ſententia cōmuniter eſt recepta & in praxi obſeruatur.vt teſtator dominus Didac.Couar. in repet.regul.poſſeſſor.§.tertio, 2.partis nu.7.in princip.& in verſiculo teſtes ve-

rò in fine.de regul.iur.lib.6. idem tenent Hoſtien.& docto.in.ca.quid per nouale. de verb.ſignifi.& docto.in.c.licet ex quadam.de teſti.& in alijs pleriſq; locis,quibus immemorialẽ probandi modus conſcribitur.ꝗ quibus & meminit Balb.in tracta.preſcript.2.parte.3.partis principal.q. 6.co.7.& Aym.Graue.in tracta.ꝗ antiqui.tempo.4.part.nu.183.& cõſtat in.l.1.§.idẽ Labeo.ff.de aq.plub.arcen.& eſt ſepti partitarum ſanctio hoc luccide inſinuans in l.26.verſi.*E ſi fuere preguntado*.ti.16.part. 3.& ſat etiã cõſtat.in.l.12.& ibi Greg.Lup. in verb. *Que a quarenta años*. titulo. 22. part.prima.

16 Nec is aduerſatur † tex.in.l.fi.titulo.13. libro 3.ordina.(quæ habetur libro.4. recopil.titulo.15.l.1.)& text.in.l.41. Taurinarũ conſtitutionum quæ habetur libr.5.recopila.titulo.7.l.1.Siquidem in caſu iuriſdictionis, & maioricatus ſpeciale loquuntur.&ob id in contrarium eſt ius commune.ff.de legib.l.quod vero &.l.ius ſingulare cum alijs.concurrit enim & dicti domini publica fama,quæ in iſtis antiquiſsimis admittitur † etiam ad dominiũ probandum.vt traditur in.l.ad qui natura.§. cum me abſente & inibi glo.& Ang.ff.de nego.geſt.poſt Bald.& docto.in.l. proprietatis.C.de probat.& in.d.l inditia.C.ꝗ rei vendica.& Barba.in. d.conſilio.14.colu.3. lib.3.& eundem Barba.in.d.conſil.8.ſcribitur.column.1.verſic.& præſuppono.lib.1. cum alijs quorum meminit Nicola. Boerius in deciſione.42.dico quod glo.num. 32.& Gregor. Lup.in.d.l.29.in verb. *Tal pleito*.tit.16.partit.3.& Pet.de Auenda.de exequend.manda.regum.cap.4.num.20. & in cap.6.num.6.& num.11. 1.part. poſt Alexand.in conſi.101.col.4.lib.7.& Matthæus de Afflict. in deciſione. 23. numero.5.& Bald.in.l.cùm ſuper.C.de rei vendi.& late Chaſſe.in conſuetudine Burgẽ. rub.1.§.2. numero.15. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem.

ET teſtes dominorũ de prædictis deponentes ita in ſpetie (ſcilicet, de dictis locationibus) aduerſariorum teſtibus in genere deponentibus præponendi ſunt. vt traditur in capitulo auditis.de præſcript.(& ibi Imol.columna quinta in fine. ait † quòd teſtes de teſtes de locatione 18
deponentes præferuntur teſtibus in contrarium deponentibus) & idem traditur in capitulo licet cauſam.de probat.& in. l.ob carmen.§.fi.ff.de teſtib.& notat Deci.in conſi.302.& pro tenui.num.18.

VERVM & præſcriptione dictus Petrus Oſorio iuuari valet in prædictis † ſiquidem etſi dehæſæ & ſimiles im 19
præſcriptibiles ſint, alij tamen termini præſcribi valent aduerſus populum quadraginta annis.vt ſingulariter: concludit Roder.Suar.in.d.allega.15.2.char.pag.1.& late Greg.Lup.in.l.9.in verb. *Plaça* colu. prima,& ſecunda.& in verb. *De quarenta años*.in princip.tit.29.parti.3.vbi refert Rode.Suar.eũdem etiam refert& ſequitur D.Dida.Couar.in.c.37.pratica. quæſt. nu.9.& Pet.de Auenda in.d. eius tracta. de exequend.manda.regum.1.part.ca. 12. num.7.& 9.Quod confirmatur,quia vniuerſitas hæc bona potiùs dicitur ea habere,vt priuatus,cùm ad vſum publicũ non ſint deſtinata.ex his quæ ſupra diximus in princi. huius conſilij.& faciunt quæ in alio propoſito congerit. D.Couar.in.d.regul. poſſeſſor.2.part.§.2 numero.9.verſicul.vltima ſpecies.de regul.iur.lib.6.

QVANTVM verò attinet ad punctum,quo dominus prætendit,quòd poteſt dictus Petrus Oſorio eius vaſallos prohibere piſcari in fluminibus prædictorum opidorum, etiam iure videtur receptiſsimum:ſiquidem probauerit ſua eſſe dicta flumina † & ita in eis piſca- 20
tiones vetare valet.vt notatur in.l.diuus. ff.de ſeruitu.ruſti.prædi.& in.§. flumina. inſti.de rer.diuiſio. cum alijs quorum in his terminis meminit Cornelius in conſilio.211.videtur.in litera. B. libro quarto. Et quantò magis † cùm ſemper & 21
ex longiſsima conſuetudine domini ipſas prohibuerint piſcationes.ex text.in. lege ſiquiſquàm.ff. de diuerſ.& tempor. præſcription.ita in noſtris proprijs terminis

minis tenet Ioã. Fab. in d. §. flumina. col. 1 verſ. quid ergo de baronibus. quem refert & ſequitur Guid. Pap. in. quæſti. 514. vtrũ barones per totam. in quibus locis dicũt ita in pratica obſeruari. & idem tenet ipſe Guid. Pap. in conſi. 171. circa materiam proceſſus nu. 3. & Iacobi. in tracta. feudorum. in verb. & cum piſcationibus. num. 3 fol. 35. col. 3. & Pet. Rebuf. in. l. vnica. C. de vena. fera. lib. 11. col. fi. verſic. ſed quæro. in fine & dominus Couarru. in. reg. peccatũ. 2. part. §. 8. num. 1. ad. fi. de regul. iur. in. 6. & Roland. à Valle. in conſili. 9. lib. 2. & conſilio. 5. pulchra. num. 68. & ſequentibus libro primo, & Pet. de Auenda. in. d. tracta. de exequend. manda. regum. 1. part. capitulo ſecundo numero. 11. &. 12. & Franciſ. Marc. in deciſion. 531. num. 14. cum pluribus ſequentibus libro. 1. & plene Roland. à valle. in conſili. 22. quod magnificus. nu. 28. & ſequentibus libr. 2. & dominus Gre. Lup. in. l. 6. in verb. *Perteneſcen*. col. 2. titu. 28. parti. 3. & ſi inibi dicat, in hoc contrarium tenere Rodericus Suarez in allegation. 16. per totam.

Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace.

## Summariũ ſuper decimo ſeptimo cõſilio.

1 *MILITES ordinis de Calatraua ſunt religioſi.*

2 *Milites ordinis ſancti Iacobi non ſunt religioſi: et ob id non ſunt exempti a ſeculari iuriſdictione. nu. 3.*

4 *Bona quæ ſuper ſunt poſt impletã diſpoſitionem præceptoris ſeu militis ordinis de Calatraua ſunt præceptoriæ, & non magiſtri. & nu. 7. & ſequenti. vſque ad finem conſilii.*

5 *Magiſter ordinum non eſt dominus bonorum nec rerum ordinis, ſed procurator. & multis numer. ſequentibus vſq; ad finem conſilii.*

8 *Eccleſia ſuccedit in acquiſitis intuitu eccleſiæ: & in eis non poteſt ſuccedere prælatus. & ſequentib. & præcedentib.*

13 *Intellectus decimæ diffinitionis ſtatutorum ordinis de Calatraua. & multis ſequentibus.*

14 *Legatus de latere nihil poteſt ſtatuere contra ius, nec contra laudabilem conſuetudinem*

15 *Statutum ſi aliquid ſit cum conſenſu capituli, nihil graue ſine eius aſſenſu expediri poteſt.*

18 *Res de facili reuertitur ad naturam ſuam.*

19 *Statuta in generali capitulo ſunt præponenda ſtatutis in particulari capitulo.*

21 *Omiſſum pro omiſſo haberi debet.*

22 *Statutum cum loquitur cum aliqua qualitate, niſi illa adſit qualitas, locum non habet.*

25 *Donare non poteſt qui habet generale mandatum.*

26 *Tertii ius allegari poteſt.*

27 *Executori teſtamentario impedito tempus ad exequendum non currit. & num. 28.*

29 *Executori teſtamentario non currit annus ei a iure datus ad exequendum: niſi a die monitionis.*

# Conſilium Decimum Septimum

DIVINO inuocato ſuffragio: ſuæq; matris Sanctiſsimæ. Diſſertatur lis inter Nicolaum de Soſa executorem diſpoſitionis prę-
ceptoris fratris Gundiſalui Fernandez de
Cordoua. ex parte vna. Et donatariũ cęſa
ris, qui ea quę executione facta dictę exe
cutionis ſuppererint, eidem donatario
donauit. breui dicimus, ad dictum dona-
tarium minimè quæ ſupperauerunt ex
dictæ diſpoſitionis implemento perti-
nere.

PRIMO, quia ad cæſarem non per-
tinuerunt, ea quę donauit, nec vt ordinis
magiſtrum, nec vt regem. Milites enim
1 † ordinis de Calatraua (cuius fuit dictus
frater Gundiſaluus Fernandez de Cordo-
ua) ſunt quidem religioſi & profeſsi: cùm
tria ſubſtantialia vouerint vota. Quo fit,
eſſe verè religioſos. vt conſtat. in. ca. cùm
ad monaſterium de ſta. monacho. & in.
c. 1. de vot. lib. 6. & notat Abb. in rub. de re
gularib. columna. 1. verſiculo ego dubito.
& expreſsim de his militibus ita inquit
Oldrad. in conſil. 300. factum tale eſt. co-
lumna prima. 2. & 3. & Barthol. de Chaſſe
ne. in eius cathalogo gloriæ mundi. 9. par.
8. conſidera. per totam & palam idem te-
net. gl. in. l. nec infantes. in princi. in verb.
religio. ff. de fidei commiſſ. liberta. & tra-
dunt doctores in capit. veniens. de verb.
ſignifica. & eſt optimus tex. in. l. 12. titulo.
16. ordina. lib. 2. ex eo his militibus de Ca
latraua vt pote verè religioſis, & profeſsis
iudicãdi munus vetãs. (Sed in hoc hodiè
hæc lex Ordin. eſt correcta per. l. 14. titul.
5. lib. 3. nouæ recopi. cuius correctio & di-
ſpoſitio confirmatur per. l. 9. tit. 18. libro. 9
eiuſdem recopilat.) Et huius ordinis ma-
giſtri meminit. l. 11. titul. 21. partita ſecun-
da, & prædictis adde Minchac. 1. part. ſui
tractatus ſucceſsionum libro tertio. § 30.
numero. 303. cum ſequentibus & latè do-
min. Gręgorius Lup. in. l. prima in verb.
*Señal de orden*. columna prima, tertia, &
quarta titulo ſeptimo partita prima, & de
dictis militibus de Calatraua meminit
etiam Antonius Gomet in. l. 51. Tauri. nu
me. 68. in medio. Et de his militibus por-
tantibus habitum in pectore Abb. notabi
liter loquitur in. ca. ex parte col. fi. verſi. in
gl. fi. de regularib. Et ſit ſancti † Iacobi mi 2
lites vere non ſint religioſi: ſiquidem ipſi
nullum ordinem ſacrum ſuſcipiunt. Imò
dicti ordinis ſancti Iacobi ſtatutis ſtabili
tum eſt, ſacrum ordinem habentẽ in mi-
litẽ non recipiẽdum: quia ſacerdo. ordo
militari repugnat exercitio. ex tex. in. ca.
petitio. de homicid. & in toto. ti. ne cleri.
ſecul. nego. ſe immiſce. & alibi ſæpe. Nec
paupertatem tutantur: & vere religioſi ca
ſtitatem, & paupertatem, obidentiã quæ
profitẽtur. vt in. d. c. cùm ad monaſteriũ.
Nec aliqua ſufficit promitere, aliquã quę
regulã habere ex. gl. in clem. 1. de religio.
domib. & in. c. cùm ex eo. de ſenten. excõ
mu. & notat Abb. in. c. 2. de For. compe. &
in terminis, ꝙ hij præceptores ſancti Ia-
cobi non ſint vere religioſi tenẽt Abb. an
tiquis in. c. veniẽs. de verb. ſignifi. li. 6. poſt
Innoc. ibidem ab eo citatum. & inibi etiã
Ioa. And. col. 1. in princi. & Ancha. col. 1. &
Dominic. etiã col. 1. & Philip. Franc. col. 1.
quos refert & ſequitur nõ c nouiſsime D.
Gre. Lu. in. d. l. 1. in verb. *Señal de ordẽ*. col.
2. & 3. ti. 7. part. 1. & adde etiam Montalu.
in. l. 8. gl. 1. col. 1. verſ. & noto circa hãc legẽ
ti. 1. li. 2. for. leg. Et expreſsim quoq; ob † id 3
nõ eſſe exemptos à ſeculari iuriſdictione
cẽſet Rofred. Benauen. in ſuo tract. libel-
lorũ. 1. part. iuris canonici. in rub. quomo-
do concipiatur libellus ſuper epiſcoporũ
iuribus. col. 1 & Pau. de Roma in tract. pẽ
ſionẽ. q. 7. n. 7. & Firmianus in tracta. epiſ-
coporũ li. 4. part. 4. n. 16. verſi. ſubſequẽter
quæritur. vbi & citat Ioa. And in additio.
ad Specu. ti. d' pecu. cleric. co. fi. ſuper rub.
& inſigne Dñic. d' Soto d' iuſtitia & iure.
libro.

lib.7.quæſt.5.char.673.col.1. verſi.tertium autem quibus & accedat Barto.ſententia in l.quod conſtitutũ ff.de teſta.mil. & in l.1.in princip.col.fi.ff.de pœnis.& in l.ſemper.ff.de iur.monumi.& Bald.in l.officialis.col.fi.C.de epiſco.& cleri.poſt Specul. in ti.de ſta.monacho.ver.36.quæro.& Bal. in c.1.in ti.de mil.va.qui ar.be.depo.in vſib.feudo.& Ancha.in regul.ea quæ.co.27 q.15.de regul.iur.li.6.& Maria.Soci.in c.1. col.4.de for.compe.& adde videndũ tex. in c.tuarum.de priuileg.& illic Abb. col.1 idem Abb.in c.cùm & plãtare.col.2.eod. tit.& quæ Hoſtien.& docto.tradunt in c. nimis.de iur.iur.& Gre.Lu.in l.13.in verb. *Coſa eſtremada*.ti.23.part.2.& plenius idẽ Greg.Lup.in d.l.1.in verb.*Señal de orden*. col.2.&.3.tit.7.parti.1.& eſt etiam ad prędicta bonus tex.in l.1.ti.1.ordina.li.3.& in l.9.tit.13.eod.li.3.& in l.19.tit.4.lib.4. ordina.& in l.3.in codice gabellarum.

Si igitur prædictus Gũdiſaluus de Cordoua cęteriq; dicti ordinis Calatrauẽſis vere
4 religioſi fuerit† bona quæ ex diſpoſitione dicti Gundiſalui ſuper ſunt nõ Cæſaris vt perpetui adminiſtratoris:ſed ipſi præceptoriæ quã habuit,& in qua profeſſus eſt. C.de ſacro ſanctę eccleſię authentica ingreſſi,& de probat.cap.in præſentia.cum alijs. Nec aliquo iure ſancitum eſt,ordinis magiſtrum, ſiue adminiſtratorem bona quæ ſic ſuper ſunt,habeant : igitur hoc minimè dicendum erit.C.de collatio.l.illam.& ff.de acquir. hæred.l.ſi ſeruum.§. prætor ait. verſiculo non dixit prætor.&. ff.de iud.d.l.non dixit prætor.cum mille
5 vulgatis. Nõ enim † magiſter prædictus, ſiue adminiſtrator, vt nec epiſcopus rerũ eccleſiæ ordinis vè domini ſunt:ſed procuratores.12.quæſtione.1.c.fin.& de donationibus cap.2.& notat Specul.in titul.de procurato.§.2.& alibi ſępe traditur.Et ob id Adrianus Papa ſuis literis hac in litẽ productis, huius ordinis adminiſtratores vetat , nè bona ipſius ordinis alienent: quod eis minimè inhiberetur, ſi domini
6 eſſent. C.manda.l.in re mandata. His & accedat † quia dictis ordinis adminiſtratores tantùm nudam habent adminiſtrationem. ſecundum Oldrad.in conſilio.128.quoniam ad inueſtigationem columna ſecunda cuius meminit Chaſſene in d.eius cathalo gloriæ mundi,9.part.in conſidera.4.columna. fin. verſiculo vlteriùs aduerte.

CONFIRMANTVR iam dicta , quia eadem ratio ineſt † quòd 7
prædicta bona quæ ſuper ſunt, ſint dictæ præceptoriæ:ſicut & eccleſię fructus eiuſdem eccleſiæ intuitu eccleſiæ percepti, qui epiſcopo non quidem debentur capitulo cùm in officijs capitulo tua nos.de teſta. Nec de his fructibus ipſi epiſcopi 8
diſponere queunt † ſed in eius eccleſia ſuccedit.tex.in capitulo ſi cubi.& text.in capitulo nulli.12.quæſt.5 cap.ſi vt manifeſte.& capitulo epiſcopi.12.quæſtio.1.cap. vnuſquiſque.de pęcul.cleri.quantumcũque prælatus ſit cardinalis ; authore Baldus in authentica licentiam columna.1. C.de epiſcop.& cleri.cum alijs de quibus meminit Grego.Lup. in l.53.in verb. *Que los ganen*.col.1.&.2.tit.6.part.1.text.optimus ad prædicta in capit. primo.18.quæſtione.1.& facit glo.in capitulo nemo. de elect.libro ſexto, quæ palàm cenſet, quod ex ſimilibus præceptorijs ſupereſt,in eccleſiæ vtilitatem expendendum , & ſequitur eam Hoſtien.in capitulo dudùm. in.2. de elect.quibus accedat quòd conſulit Federicus de Senis in conſili.34. cuius meminit Abb.in dicto capitulo in præſentia.num.67.de probat. His & alludit quod Abb.tradit in cap.de monachis col. 2.de præbend.& in capitul quærelam. de elect.& in cap.paſtoralis.de priuileg.& in ca.in lateranenſi.de præbend.

PRÆTEREA & conſiderandum eſt, quòd complures ſunt actus capitulares dicti ordinis, quibus patet
† de bonis quæ ſuper ſunt pręceptorum 9
diſpoſitionibus ad impletis , magiſtrum nec adminiſtratorem dicti ordinis diſpoſuiſſe , nec alijs donaſſe.

VERVM & expendendum etiam eſt,quòd dictus Gundiſaluus eius

diſpoſitione impleta, quod ſupererit non quidem decreuit, Cæſarem donaturum: ſed ſat conſtat ex ſua diſpoſitione, in pauperes erogari voluiſſe: & ſic expræſſim, veriſimiliter ſi interrogatus fuiſſet, cauiſſet, cauiſſe: & ob id pro diſpoſito ſpeciatim habendũ eſt. l. Titius. §. Lutius. ff. de libe. & poſthu. glo. in. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. cum ſuis ſimilibus vulgatis.

RVRSVS aliquibus diſpoſitionibus dicti ordinis à ſummo pontifice confirmatis, probatur etiam ſententia prædicta, quibus & conſtat
10 † adminiſtratoré nec magiſtrum nunquàm de bonis remanẽtibus diſpoſuiſſe: ſed quòd pro anima defuncti, & in cauſis pijs erogantur.

QVID MVLTA, & octaua diffinitio hac in lite producta, id quod ediximus, cauetur, cùm ea ſtabilitur
11 † ſub excommunicationis pœna nè de militum bonis magiſtri ordinis quinquã percipiant. idémque diſponit diffinitio nona, & ſexageſsima ſexta.

PROINDE vt res hæc expeditiſsima ſit, expreſsè in capitulo generali ordinum edito anno. 1504. Regis Catholici aſſenſu perpetuo ordinis adminiſtratori, expræſsim conſtitutum eſt
12 † quòd bona remanentia poſt diſpoſitionem impleetam, præſeptoriæ defuncti dentur. quim & idem cenſitum eſt anno. 1523.

NEC omnibus ſupra dictis refragatur diſſinitio decima
13 † hac in lite producta, qua cauetur, quòd bonorum præceptorum dimidia pars magiſtri ſit.

TVM, quia hæc decima diffinitio & dicta fuit à quodam Abbate de Morimundo qui non habuit poteſtatem conſtituendi, præcipuè aduerſus ius commune. de maio. & obedien. ca. ſuper his. cum ſimilibus de quibus meminit Ioannes de Imol. in. l. ex duobus. §. etiam colu. 1. ff. de vulg. & pupil. in tantum
14 † quòd nec legatus de latere aduerſus ius Sanctiones valet componere. de elect. c. eccleſia veſtra. glo. in. c. fi. de hære. li. 6. & in clemen. ſæpe. de verb. ſignif. Et iterùm ex eo, quia dicta decima diffinitio rationi equitatiq; aduerſatur ſiquidem & qui aliàs ſtatutũ conficere valet: non tamen rationi & equitati contrariũ. l. 1. ff. de decret. ab ordi. facie. & l. ambicioſa. ff. eod. titu. notat Bart. in. l. omnes populi. co. 2. ff. de iuſti. & iur. & traditur in. ca. fi. de conſue. cum alijs de quibus plenè diximus in rep. l. 1. Tau. nu. 344. & ſequen. Quim nec valet ſtatuere cõtra laudabilem conſuetudinem. vt in. c. 2. de verb. ſignifi. li. 6. & notat Lapus in allega. 20. ſi vacante.

Tum etiam, quia maximè quod diximus hoc in caſu ſubſiſtit, quia dicta decima diffinitio à ſummo Põtifice minimè eſt confirmata: quim (vt ex prædictis cõſtat) eius cõfirmationibus obſiſtit. Denique & præcipium obtinet, quia cum conſenſu capituli (vt explicuimus) contrariũ ſancitum eſt. et iuris eſt † ꝙ edita cũ conſenſu capituli, nihil graue ſine eius cõſen 15
ſu expediri valet. de his quę fi. à pręla. ſine conſen. capi. per totũ. & habetur. in. c. cauſam quæ. de iudi. cum alijs ibidem à Decio congeſtis. & alibi ſæpe traditur.

Verũ nec dicta decima diffinitio nunquàm fuit recepta: ſed contrariũ fieri cõſueuit † & ob id dictæ decimę diffinitio 16
nis non eſt curandum capitulo in iſtis. §. leges. 4. diſt in ẽt. & ff. de legibus. l. de quibus. & traditur in capitulo primo de treg. & pac. & inibi abundè recentiores. cum alijs de quibus plenè meminimus in dicto proæmio legum Tauri. numero. 298. & ſequentibus.

PROINDE poſt dictam decimam diffinitionem aliæ pleríque editæ ſunt in contrarium † quibus ob ib
ſtandum eſt. ff. de legibus. l. ſed & poſte 17
riores. cum alijs de quibus meminit Bartolus in. l. omnes populi. penultima quæſtione tertia partis principalis. ff. de iuſti. & iur. & Latius moder. in. l. pacta nouiſſima. C. de pact. & alibi ſæpe idem traditur. Et maximè ſtante dicta decima diffinitione generali, regis catholici aſſenſu præcedente. ex text. in capitulo cùm omnes

omnes.de conſtitu.& illic latè nouiores
& in.d.l.omnes populi.& in.l.1.C.de ſum
18 trini. Quæ † res ad ius commune & ad
priſtinum ius deuoluta eſt.quòd ex facili
fit.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.
c.ab ex ordio.35.diſtin.& quæ glo.ordina
ria dicit in.c.ſtatutum.de præbend.lib.6.
& tex.& inibi docto.in.ca.olim.de verb.
ſignifi.cum alijs.Et quòd geſta in dicto ca
19 pitulo generali † ſint præponenda.con-
ſtat ex text.in.l.17.titul.7.par.1.& ex text.
in.cap.in ſingulis.vbi Abb.de ſta.mona-
cho.& ex text.in clemen.1.§.quod etiam
de ſenten.excōmu.& illic Cardi.& text.
in.cap.§.porro.10.diſt.& quæ ſingulariter
Archid.tradit in.cap.placuit.18.diſtin.&
Abb.in capitulo.ſignificaſti.columna.1.
de elect.

ITEM dicta decima diffinitio non
20 loquitur † cùm adminiſtratoribus, ſed
cum magiſtro:& ob id ad adminiſtrato-
res non eſt extenda: maximè cùm odio
ſa iniquáque videatur. ex.l.ſi verò.§.de
viro.ff.ſolu.matrimo.capitulo.ad audien
tiam.de decim.cum ſimilibus. præci-
21 puum in hoc caſu † cùm omiſſum pro
omiſſo haberi debeat.ff.de libe.& po-
ſthu.l.cōmodiſſimè. traditur in.l.quid
quid aſtringendæ ff.de verbor.obliga.&
illic Bartol.colum.2.& in.l.2.C.de noxa-
lib.& alibi ſæpe.præſertim cùm à iure cō
muni deuiet.ff.de legib.l.quod verò.& in
regul.quæ à iure cōmuni.de reg.iur.lib.6.
& in.l.cùm quidam.ff.de libe.& poſthu.
cum alijs.

SANE & dicta decima diffinitio
tunc loquitur,quādo inuentarium validū
defunctus minimè fecerit, vt hic dictus
Gundiſaluus fecit. Et cùm ſtatutum
22 † cum aliqua loquitur qualitate, niſi illa
adſit qualitas, locum non habet. C.qui
accuſa.po.l.non ignorat. notat Bartol.
in.l.1.§.ait prætor.ff.ne quid in flumi.pu-
bli.cum alijs de quibus Deci.in conſilio.
261.ſuperioribus. numero. ſecundo. &
alibi ſæpe.

PROFECTO & ipſa decima
diffinitio loquitur in bonis ex propria
militū induſtria quæſitis † ad nō in quæſi 23
tis intuitu præceptoriæ, inter quæ nō mo
dicū eſt diſcrimen.c.quia nos.de teſta.c.1
de pecul.cleri.& inibi Abb.ca.cū eſſes.de
teſta.cū alijs.Et ſufficeret eſſe dictā diffi-
nitionē cōtrario vſu derogatā.l.de quib.ff.
de legib.c.Ioannes.de cleri.non reſiden.
docto.in.l.2.C.quæ ſit long.conſue.& ali
bi ſæpe.

DENIQVÆ & ſi iam dicta mi-
nimè obtinerent,& obſeruanda eſſet di-
cta decima diffinitio:non tamen ita ex-
plicanda eſſet † quòd magiſter poſſit de 24
ipſis bonis ſibi quæſitis diſpōnere: & ea
extraneis à dicto ordine donare.prout.in
ſimili dicitur de epiſcopo.c.epiſcopus.&
c.præcipimus.&.c.fi.12.q.1.ca.quiſquis.ca.
epiſcopus.12.q.2.ca.2 de donationibus.&
quæ glo.tradit in.c.is qui.de elect.lib.6.

PRÆTER hoc & conſiderandū
eſt, quòd princeps noſter ſereniſsimus,
Chriſtianiſsimus quę † nōn videtur ex ge 25
nerali cæſaris mandato,prædictam cōfi-
cere donationem.ex tex.in.l.contra iuris
§.ſi filius.ff.de pact.& inibi docto.&.l.ſi fi
lius famil.in princip.ff.de donationibus.
Nec hic cæſarem vt regem conſidera-
mus,ſed vt ordinis adminiſtratorem: &
ita de regia poteſtate minimè diſputa-
mus.l.1.C.de crimi.ſacrileg.l.11.tit.18 par.
1.cum ſimilibus.nec regia eſt conſideran
da dignitas.l.ſi quandò.& inibi Bart.C.de
appella.c.à collatione.eod.tit.lib.6.

ET ſat eſt † dicto Nicolao executo- 26
ri,bona dicti Gundiſalui poſsidēti, quòd
conſtet, dictum cæſaris donatarium ius
non habere:& ſi ipſe Nicolaus nihil præ-
ſtitiſſet.ex.l.fi.C.de rei vendi.& in.l.loci
corpus.§.competit.ff.ſi ſerui.vendi.& in
l.cùm ſeruum & inibi glo.in verb.oportet
C.de ſeru.fugiti.l.28.tit.2.parti.3.

NEC dicto Nicolao imputari valet
mora,nō implēdi dictā Gūdiſalui diſpo-
ſitionē:ſiquidē id ex aduerſarij facto eue
nerit † cùm executori impedito tēpus 27
minimè currat.ex tex.in.l.cōtra maiores
C.de in offi.teſtamē.& in.l.1.§.fi.C.de an
nal.except.& in terminis ita tenet Bart.
in.l.

in.l.genero.ff. de his qui nota. in fami. & Bald.in.l.fi.§.ſed & ſi quis.col.4.verſi pone quod infra annum C. commu. de leg. & fid.cōmi.&idem Bald.in.l.id quod pauperibus.col 3.verſi.dicit tamen dominus. C.de epiſcop.& cle.vbi ad hoc citat Federi de Sen.in conſi.de quo ibi.& idem conſuluit Calde.in conſi.19.an fidei cōmiſſarius.col.2.verſi.ad ſecundum dico. in tit. de teſtamen.vbi etiam refert Federi. de
28 Sen. Et ex alio idem conſtat † quia exe
cutori nō nocet anni tempus & ſi lapſum eſſet, cùm propter difficultatē operum, & rerum faciendarum,quæ anno impleri non valent.Bald.authore in.l.nulli. col. 2.verſi. deindè nota C.de epiſcop.& cleri ad id Specul. citantem. idem & tenet idem Bald.in.d.l.id quòd pauperibus.col. 3.verſi.dicit tamen dominus.C.eod.tit.& in.l.pe.col.pe.C. de donationib. & in authenti.hoc amplius.C.de fid. cōmi. ad ꝙ eſt bonus tex.in.l.fideicōmiſſum.vbi Bal. in finalib.verbis.ff.de leg.1.quo in loco traditur, quòd ſi executor teſtamētarius pecunias reperire nequit ad teſtantis mandata ad implenda, quòd etiam anno decurſo non priuatur ab exequendi poteſtate.& his addamus quæ Bald. conſuluit in cōſi.297.teſtator.co.1.&.2.lib.2. & in cōſi. 171.pręmittenda.nu.1.lib.3. & quæ ipſe dicit in.l. cùm quidam. col.2.ff. de leg. 2.& Ancha.in conſi.412.col. fi. Imò nec an-
nus executoris † niſi à dię monitionis 29
non currit.vt traditur in.c.tua.& in.c.nos quidem.de teſta.& ita tenent communiter doctores vt teſtator Bal.in.d.l.idquod pauperibus. col 3.verſi. venio ad tertium. C.de epiſcop.& cleri.cum alijs à nobis citatis in.l.3.Tauri.nu.953 & ſequentib.

Doctor Burgen.Marc.Salon de Pace. Legum doctor.

# Summariū ſuper decimo octauo cōſilio.

1 *SVCCESSOR in maioratu poteſt aſsiſtere liti ceptæ cum poſſeſſore maioratus eius prædeceſſore.*

2 *Intellectus.l.ſi per luſorio.ff.de appella.*

3 *Succeſſor in maioratu ſeu legatarius poteſt appellare a ſententia lata cum eius prædeceſſore.& nu.4.*

5 *Filius ſucceſſor in maioricatu in vita patris in rebus maioricatus habet ius conſiderabile.*

6 *Minor poteſt petere reſtitutionē aduerſus probationem omiſſam.*

7 *Regulæ ad hæredum eſt.*

8 *Regulam habens pro ſe dicitur habere ius certum.*

9 *Sententia lata contra prædeceſſorem poſſeſſorem maioratus & ſi ſequenti noceat: non tamen eo modo quo prædeceſſori nocet.*

10 *Tertius liti ſe opponens iudicem ex ſua perſona recuſare poteſt.*

11 *Tertius ſe liti opponens poteſt opponere exceptionem peremptoriam competentem ex ſua perſona: & ſi principali non competat.*

12 *Tertius ſe liti oponens etiam teſtibus publicatis, poteſt teſtes producere ſuper eiſdem articulis.*

13 *Minor ſe liti opponens poteſt petere reſtitutionē comparens poſt concluſionē in cauſa ad producendum teſtes ſuper eiſdem articulis.& per totum conſiliū.*

14 *Intellectus doctrinæ Innoc.in.c.cum ſuper.de re iudica.*

*Conſi-*

# Conſilium decimumoctauum.

DEI optimi maximi fauore ex corde ex poſtulato. Dicimus quidem donnũ Alfonſum Oſorio de Cazeres(ciuam Segouiẽſem vxoris mei) minorẽ potuiſſe liti ab eius
1 patre inceptæ aſsiſtere † vt potè qui ad maioricatum poſt eius patrem donnum Didacum Oſorio de Cazeres ſubſtitutũ: & quòd licet eius pater præcedat,& cum eo prior ſentẽtia lata fuerit, ab ea potuit ſupplicare,& petere reſtitutionem in integrum ad probationem faciendam ſuper eiſdem articulis, & directò contrarijs:& hoc ex eo, quòd ſibi dicta ſententia eſt nociua. ex tex. in.l. à ſententia. ff. de appella.& eſt tex.optimus in.l.ſi per luſorio.ff.eod.tit.qui tex. intelligendus qui
2 dem eſt † & ſi legatarius ſubſtitutus vè cui ſententia præiudicat, prædeceſſoris non alleget colluſionem: ſed tantum dicat ſibi intereſſe.Bar.authore in.d.l. ſi per luſorio.in princip.& inibi etiam Imol. Prædicta etiam inſtruuntur, ex text. in.l. ſi ſuſpecta.§.ſi.ff.de in offi.teſta.& text.in authenti.nunc ſi hæres.C.de litigio. cum alijs notiſsimis & 3.part.tit.27.l.7.quibus & ſancitur † legatarium ſubſtitutum
3 vè appellare poſſe à ſentẽtia aduerſus hæredem vel ſubſtitutum lata.cuius legis regiæ hæc verba attendenda ſunt,ibi. *Mayormente ſi ouiere ſoſpecha dellos.* Siquidem verbum. *Maxime.* Idem in caſu cõtrario importat, cùm ſuſpitio minimè fuerit allegata vt tenet glo.in.l. illud.ff.ad l.Aquil.& prædicta notabiliter in propoſito tradit And.de Iſern.in.ca.primo.§. ſi vaſallus.col.2.&.3.in tit.ſi de feud.fuer.cõtrouer.int.domi.& agna.in vſibus feudorum.cum alijs quæ congeſsimus in hoc primo volumine in conſi. 14. in præſenti cauſa.nu.69.& ſequentib.

QVIM & fortius Alex. in.l. filius famil.§.diui.col.1.ff.de leg.1.tenet, quòd & ſi ſententia lata ſit contra præcedentem in gradu in rebus maioricatus † quòd ſe 4
quens ſucceſſor ſupplicare valet:igitur & conſequens eſt,idem eſſe in hac cauſa,in qua ſententia non eſt tranſlata in rem iudicatam. & Alexandrin. communiter moder. ſequuntur in. d. §.diui. & Feli.in.c.quamuis.col.pe.de re iudi.& Curt. antiq.in tracta. feudorum. 7. part. q. 9. & quæ fuſè idem Alex. tradit in conſil.119. quoniam.num. 37. &. 38. lib.6. & Grego. Lup.in.l.20.tit.22.parti.3.in verb. *Pero coſas.* col.2.verſi. non tamen. & docto. in.l. ſæpe.ff.de re iudi.& alibi ſæpe traditur. Tertius enim pro ſuo intereſſe poteſt ſe opponere.vt in.d.l.à ſentẽtia.ff. de appel. & abunde recentiores in.c.cùm ſuper.de re iudi.& alibi ſæpe. Filius enim in vita patris † in rebus maioricatus habet ius 5
conſiderabile.vt habetur in.l.40. & 45.cõſtitutionum Taurinarum( quæ habentur lib.5.nouæ recopil.tit.7.l.5.&.8.) & expręſſim hoc notat Ioan.And.in addi. ad Specul.in tit.de feudis.col.5.verſi.facit ad propoſitum.& docto.in.l quotiens ab omnibus.vbi probatur.C.de fid.cõmi.inibìque abundè recentiores.& Abb.in.c. licet. de voto.col.pe.verſi.& nota benè prædicta. & Bald.in.l.quoniam in prioribus. C. de iur.delibe.col.5.verſi.decimo ſic licet poſſeſsio.Oldrad.in conſi.224. ipſæ ſunt allegationes.col.8.verſi.prętereà tangebat.& nouiores in.l.in ſuis. ff. de libe. & poſthu. & in.l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff. eod. tit.& notabiliter idẽ tradit Iaſo.in.l.quotiens nu.32.C.de rei vendica. ad quod inibi multum commendat prædictam Bal. doctrinam in. d.l. cùm antiquioribus. & hæc videtur communis opinio vt cõſtat ex pluribus quæ congerit And. Tiraquel. in ſuo tracta de primogenitu.q.40.nu.96 per totum.& in eius tracta. le mort ſaiſit le viſ.in.4.declaratione pręfactionis.nu.1 cum ſequentibus.

Proindè & dictus dõnus Alfonſus Oſorio in vita ſui patris dicti liti aſsiſtere valuit.

luit.vt probatur in.l.1.C.de ſenten.quæ ſi. cer.quanti.profe.& quæ Bart.notat in.l. ſi finita.§.eleganter.ff.de dam.in fect.

PRÆNOTATO igitur,quòd dictus donnus Alfonſus Oſorio prædictę liti ſe opponere valuit,dicimus conſtanter, quòd ei prædicta cōpetit reſtitutio. quod conſtat ex ſequentibus.

PRIMO, quia vt notiſsimis habe
6 tur iuribus † minor poteſt reſtitutioné expoſtulare aduerſus probationem omiſſam:& vt eam ſuper eiſdem & contrarijs articulis faciat.& legibus regijs idem eſt ſancitum. Et cùm hæc ſit regula genera
7 lis † illi ad hærendum in hac ſpetie eſt:ſiquidem contrarium non ad inueniamus expræſsim cautum.iuſta tradita in.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. vbi latè Deci. col.1.&.2. Et qui regulam habet pro ſe.
8 † dicitur habere ius certum. vt ait Bart. in.l.quotiens.ff.ſi quis cautio. & in.l.2. in princip.col.1.ff.ſi quis in ius voca. non ierit.cum alijs de quibus meminit Hierony.Grat.in conſi.5.& ſi hoc.nu.66.lib.2.& Aym.Craue.in conſi.168.de duobus.nu.8. & dicit Bar.in.d.l.2.in princip.col.1.quòd qui vult dicere à tali regula fieri exceptionem,debet probare talem exceptionem pro quo facit tex.in.l.ſuus quóque. verſic. puto.ff.de hæred.inſti.& in.c. venerabilibus.in ver.poteſt quóquè.de ſenten.excōmu.lib.6.regulæ enim ſtandum eſt, quando caſus aliter non excipitur. ſecundum Specul.in tit.de offi.omni.iudi.§. 8. verſi. 5.& regulæ iuris tenaciter ſunt obſeruandę:niſi in contrarium appareat ſpecialis diſpoſitio.vt ait Bartol.in.l. ſi tutor.C. de ſeru.pigno.da.manu.cum alijs de quibus Aym.Craue.in.d.conſi.168.nu.8.

SECVNDO, quia et ſi ſententia contra prædeceſſorem lata ſequenti no-
9 ceat † non tamen eo modo quo prędeceſſori: et ob id quod prędeceſſor in lite non poteſt facere:ſequens in gradu facere poterit.Franc.de Rip authore in. d.l. filius famil.§.diui.num.62.Quo fit, vt inibi Rip.dijudicat,quòd et ſi prædeceſſor appellare non valet,ſequens tamen in gradu admittendus eſt. Quàm ob rem, et ſi probationes hac in lite à patre dicti donni Alfonſi Oſorio factę,dicto donno Alfonſus eius filio noceát, nō tamen eo modo quo eius patri,& ob id dictus dōnus Alfonſus dictam reſtitutionem petere poteſt,et prędicta ſententia Rip. confirmari poteſt ex pluribus quæ in ſimili adducit Ioan.Ferrari.in ſuo tracta. de appellatio. lib.2.c.1.nu.119.cum plurib.ſequentib. qui reperitur in.8.volumi.tracta.diuerſo.docto.fol.184.co.3.et.4.et ex traditis per Carol.Ruyn.in conſi.40.viſis num.8.lib.5. & Pet.Rebuf.in.1.par. conſtitu. Gallica. tit. de literis obliga.arti.1.glo.10.nu.11.Et ſi in contrarium poſſent adduci tradita per Didac.Caſtel.in.l.64.Tauri.in verb. *Apelacion.* col.2. verſi.ſed cōtra.cū ſequen.

RATIONE & tertiò hęc veritas conſtat,quia ſi ipſe donnus Alfonſus. lité à principio mouerat,in eáque probationes fecerat, compertiſsimum eſt, quòd dictam reſtitutionem in ſecunda inſtantia petere poſſet, ad dictam probationé faciendam.vt eſt notiſsimum in iure. 10

QVARTO idem elucet † quia tertius liti ſe opponens, iudicem ex ſua perſona recuſare poteſt. text. eſt. iuncta glo.1.in.c.cùm ſuper.de offi.de lega.& ibidem ita tenent docto.maximè Anto. de Butri.nu. 2.&.12.& docto.etiam in.d. cap. cùm ſuper.de re iud.& Philip.Franc.in.c. cùm ſpeciali.nu.40.de appella. Igitur cōſequens eſt,quòd petere valet ex ſua propria perſona dictam reſtitutionem. cui rei alludit Bald.ſententia in authenti.nūc ſi hæres.col.1.C.de litigio. quo cenſet lo- 11
co † tertium exceptionem peremptoriam ex ſua perſona competentem ponere poſſe:& ſi principali nō cōpetat. idem & palam ait Innoc.ſaltem in exceptione dilatoria loquens.in.ca. ſanctæ crucis. de reſcript.quod etiam Ang. tenet in.l. quidam col.fi.ver.vltimò adde.ff. de re iudi. cum alijs de quibus Ioan. Ferrarien. in.d. tracta.de appella.lib.2.capit.1.numer.119. cum ſequentibus.& notant docto. maxime Deci.in.d.c.cùm ſuper.d̄ offi.de lega.

Quinto

QVINTO hæc ſuadetur ſententia, ex Bart. doctrina in d. l. ſi per luſorio. ff. de appella. & ibi etiam Imol. quo dicũt
12 loco † quòd tertius liti ſe opponens, etiã teſtium poſitionibus publicatis, poteſt teſtes producere ſuper eiſdẽ articulis: cùm ille tertius litem ante proſequutam ignorauerit. Quæ ignorantia in dicto donno Alfonſo præſumitur. ff. de probat. l. veriùs cum ſuis vulgatis. & idem quod Bart. & Imol. tenet Feli. in c. veniens. col. 6. de teſtib. & in cap. fraternitatis. col. 7. eod. tit. poſt Bald. in d. c. cùm ſuper. col. pe. de re iudica. & Abb. in d. cap. veniens. colũ. 3. ad quod & videtur optima glo. in d. l. ſi ſuſpecta. ff. de in offi. teſta.

SEXTO & in noſtris proprijs terminis hanc ſententiam expræſſe tenet Matthę. de Affict. in deciſi. 15. vtrum ſi
13 actor. col. 2. ſiquidem inibi dicat † quòd tertius poſt concluſionem in cauſa comparens, reſtitutionem in integrum petere valet ad producendum teſtes ſuper eiſdem articulis.

EX quibus Innoc. ſentẽtia quæ in cõtrarium adduci exiſtimo. in dicto. c. cùm ſuper. de re iudi. aduerſario minime ſuffragatur. † 14

Siquidem Innoc. non loquatur data ignorantia tertij.

Secundò, quia non nocent ei acta eo modo, quo prædeceſſori nocent. ſecundum Rip. in d. §. diui. nu. 62.

Tertiò Innoc. ſententia deficit in dicto donno Alfonſo, qui ſupplicans huic litiſſe oppoſuit. vt tenet Paul. Caſtrẽ. in l. ab executore. §. 1 ff. de appella. col. 2. ad fi. & ibi etiam Imol.

Quartò alia ſolutio dictis Innoc. conſtat ex Angel. in d. l. à ſentẽt. ff. de appella.

Et his hoc finimus cõſiliũ. Marc. Salon de Pace. Burgen. Legum doctor.

## Summarium ſuper decimo nono cõſilio.

1 *TRANSACTIO iure diruitur, cum læſus quis fuerit enormiſſime non tantum vltra dimidiam, ſed in toto: & in his ſuper quibus contentio non erat.*

2 *Dolus ex propoſito & dolus re ipſa adæquantur.*

3 *L. 2. C. de reſcinden. vend. habet locum etiam in tranſactione. ſecundum magis communem opinionem & equiorem. & nu. 12. & fere per totum conſilium.*

4 *Trãſactio non eſt, ex quo nihil in ea datur aut retinetur.*

5 *Tranſactio non dicitur, & ſi in ſcriptura fiat mentio tranſactionis.*

6 *Contractus & ſi aliquo modo nominetur, non attenditur hæc nominatio: ſed contractus effectus conſideratur.*

7 *Donatio non erit, & ſi in contractu nominetur donatio, ſi conſideratis verbis non eſt donatio: ſed contractus alterius naturæ.*

8 *Donatio proprie non dicitur, in qua prætium vel modus interuenit.*

9 *Contractus cum principe factus eſt bonæ fidei.*

10 *L. 2. C. de reſcin. vendi. procedit in omnibus contractibus bonæ fidei.*

11 *L. 2. C. de reſcin. vendi. procedit etiam in contractu facto cum principe.*

13 *Intellectus. l. Lutius. §. fi. ff. ad Trebel.*

14 *Argumentum a contrario ſenſu non habet locum contra legem.*

15 *Læſio enormis quare non conſideretur in tranſactione.*

16 *Errans conſenſiſſe non cenſetur.*

17 *Læſio quare in ſententia non conſideretur.*

18 *Intellectus. l. 34. tit. 14. par. 5.*

19 *Exemplum regulam non artat.*

20 *Locupletari quis non debet cum alterius iactura.*

21 *L. 2. C. de reſcin. vendi. quando non procedat in trãſactione. & nu. 22.*

Iudi

*23 Iudicis decretum non facit ceſſare læſionem enormiſsimam.*

*24 Sententia lata de conſenſu partium impugnari poteſt quandocunque erroris prætextu.*

*25 Exceptio rei iudicatæ quod non obſtet, in dubio debet pronunciari.*

*26 Læſio in tranſactione an conſideretur habito reſpectu ad dubium litis euentũ. & ſequentib.*

*27 Læſio enormiſsima an probetur in tranſactione ex ſerie proceſſus antiqui. & nume.29.&.30.& ſequentibus. Et an ſuper dicta læſione teſtes de nouo ſint recipiendi.nu.32.&.34.& nu.38.*

*28 Probationum genus non eſt reſtringendum.*

*31 Probationes omnes ſunt arbitrariæ.*

*35 Equabilia ſunt, quod quis ſit condemnatus vel abſolutus, vel quod ex proceſſu appareat, an ſit condemnandus, ſeu abſoluendus.*

*36 Iudices ſupræmi hodie debent iudicare ſola facti veritate inſpecta.*

*37 Iudex coram ſuis occulis debet habere æquitatem.*

# Conſilium Decimum Nonum

SVFFRAGIO dei optimi maximi, eiúſque genitricis petito. In hac cauſa Gaſparis Ramirez de Bargas, cum procuratore fiſci dico illum minimè teneri ad obſeruantiam conuentionis ſcripture facte cum procuratore dicti fiſci: eo quòd enormiſſimè læſus eſt in eius confectione.

E T illud in facto prolloqui neceſſum eſt, quòd antequam eſſet cõfecta ſcriptura dictę conuentionis, lis erat ſuper contentis in dicta conuentione, & proceſſus concluſus: in quo erant multæ probationes, tam ſcripturis, quàm teſtibus in fauorem dicti Gaſparis Ramirez. Verum & ex illis, contentis quę in hoc proceſſu, cõſtat de lęſione enormiſsima, quæ in dicta conuentione interuenit.

E T hæc patent ex eo, quòd & ſi tranſactio eſſet, quod in dicta conuentione cauetur,
1 † cùm tamen in ea læſus enormiſsimè fuerit, non tantùm vltra dimidiam, ſed in toto: & non tantùm in toto ſuper quo controuerſia erat: ſed & in his ſuper quibus contentio non erat, ipſa trãſactio iure diruitur, & eſt ac ſi confecta nõ fuiſſet. ex tex. notabili in.l. ſiquis cùm aliter. & inibi docto. ff. de verb. obliga. & in.l. elleganter. ff. de cõdi. in debi. vbi glo. & doctores cum alijs de quibus meminit Hierony. Gratian. in conſilio. 88. & ſi decreueram. nu 8. lib. 1. vbi etiam ad hoc citat Bart. in.l. ſub prætextu. C. de tranſact. & ait eius opinionem eſſe communiter receptam ſecundum Curt. Iuni. in ead.l. ſub prætextu.

S E C V N D O quia ex quo lęſio eſt ita ingens dolo facta cenſetur, & reſcindẽda eſt (ex notiſsimis iuribus) ſi iure fue
rat valida † ſiquidem dolus ex propoſito 2
& re ipſa ad ęquantur. C. de dol. l. ſi ſuperſtitæ. & l. 2. ff. de excep. dol. & l. omnes. §. Lutius. ff. de his quę in fraud. cred. & eſt doctorum magis commune placitum in d.l. ſiquis cùm aliter. & in. c. cùm contingat. de iur. iuran. cum alijs quorum Deci. meminit in conſi. 180. viſa renũciatione. col. 4. verſi. ſed tamen ſupra dictis. cum ſequentib. & in conſi. 379. requiſitus. col. fi. nu. 15. & latè. Ioan. de Neuiza. in conſi. 22. quàm bonus. nu. 28. & ſequenti. & meliùs Aym. Craue. in conſi. 142. Claudius. nu. 21 cum ſequentib. & in conſil. 192. caſus ita. nu. 3. cum ſequentib. & paſsim reperies.

N E C his dicere oberit † quòd. l. 2. 5
C. de reſcin. vendi. in tranſactione minime obtinet.

Primò quia † non eſt tranſactio prędicta 4

dicta conuentio, ex quo nihil in ea datur aut retinetur. C. de tranſact. l. tranſactio. & C. de repud. hæred. l. ſuus hæres in fine. cum alijs. Item, quia tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta. ff. de trãſact. l. 1. cùm alijs. Sed attento proceſſu ante eius inſtructionem nullum dubium erat in iure dicti Gaſparis: ſed eius iuſtitia euidentiſſima erat. Et cum non ſit tranſactio, nec
5 eſſe poſsit † parum refert, quòd in dicta conuentionis ſcriptura tranſactio nominetur. vt conſtat in. l. non codicillum. C. de teſta. & inibi Iaſo. col. fi. poſt Bart. in. l. cotem ferro. §. qui maximos. q. 2. ff. de publica. ad iudicandum enim qualitatem
6 contractus † vel diſpoſitionis, & cuius naturæ ſit, non attenduntur verba: ſed rei effectus conſideratur. tex. eſt notabil. in. l. inſulam. ff. de præſcrip. verb. & per illũ text. dicit ſingulariter Bald. in. l. 2. C. commod. quòd contractus non iudicatur ex nominatione ſed ex eius effectu: vndè dicit ibi quòd licet nominetur contractus certo nomine, non eſt attendenda hæc nominatio: ſed conſiderato effectu & verbis ſcripturæ non id quod nominatur attendi debet. idem & tenet ipſe met Bald. in rub. C. de iur. emphi. in fine. cum alijs de quibus meminit Deci. in conſil. 682. in cauſa dominæ. col. 2. vbi in propoſito di-
7 cit † quòd non ideo erit donatio, quia in ſcriptura donatio nominatur, ſi non eſt conſideratis verbis donatio: ſed contractus alterius naturæ. Et pro his facit notabilis deciſio eiuſdem Bald. (quem communiter docto. ſequuntur) in. l. qui ſe patris. colum. 8. verſi. hoc ſcias. C. vnd. libe. vbi ait, quòd ſi rex in ſuo priuilegio dicit, dono alicui talem rem, quòd non erit donatio, ſi pro illo priuilegio rex à donatario aliquod prætium recipiat. cuius Baldi doctrina cõfirmatur vltra eum
8 † quia donatio propriè non dicitur, in qua prætium vel modus interuenit. vt ait Bart. in. l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cert. peta. cum alijs de quibus meminit Alex. in. l. iuris gentium in princip. ff. de pact. ſunt & aliæ concordantię quas congerit idem Alex. in conſi. 40. in. 3. dubio. col. pe. lib. 4. & Deci. in conſi. 164. nõ fuiſſet. col. 3. ver. non obſtat quòd in contractu. idẽ Deci. in regul. imaginaria venditio. ff. de regul. iur. & facit, quia conſideratur quòd principaliter agitur. vt in rub. & nigro. plus vale. quod agi. quàm quod ſi mul. cõcipi. & in. ca. ad quæſtiones. de rer. permu. tenet Bart. in l. ariſto. ff. de donatio. & in. l. ſi in venditione. ff. de contrahend. empt. Si igitur tranſactio non eſt, non ex eo quòd ſit tranſactio dicta. l. 2. C. de reſcin. vendi. in hoc negotio locum non habet, & ita Corne. in noſtris terminis conſiderat in conſi. 161. viſis copia. col. 5. ver. nec obſtat cum ſequentib. lib. 3. Et eo pręcipuum hæc obtinebunt, ſiquidem prædictus cõtractus cum principe cõfectus fuit, & cũ dicto eius procuratore ſuo nomine † ſem 9
per enim cõtractus cum principe editus bonę fidei eſt. authore Bald in. c. 1. §. ſi qua verò. per illum tex. in tit. de pac. conſtan. quem refert & ſequitur Iacobi. de ſancto Georg. in. l. ciuitas. nu. 6. col. fi. ff. ſi cert. peta. & ibi etiam Iaſo. col. 4. idem Iaſo. in. §. omnium. inſtitu. de act. col. 2. & in. l. & ſi poſt. col. fi. ff. ſi quis caut. & in. l. ſi fundus. in princip. col. 1. ff. eod. tit. & recentiores in c. 1. de natu. feud. cum alijs de quibus meminit Ferdinan. Mencha. in 1. par. tracta. ſucceſsionum. lib. 3. §. 26. num. 27. vbi ait. quòd omnes contractus facti à principe cenſentur bonæ fidei. & adde dominum Ant. de Padilla in. d. l. 2. C. de reſcin. vẽdi. nu. 7. vbi ait, eſſe ipſo iure nullos. Et idem tenent plures dd. quos ſequitur Albar. Vaſc. de iu. emphi. 1. part. q. 5. nu. 10. dicens Bal. ſententiam communem eſſe. Et in bonæ fidei † contractibus ſemper prædi 10
cta. l. 2. C. de reſcin. vendi. ſubſiſtit. vt glo. inibi & docto. tenuerunt. & in. c. cùm cauſa. de emp. & vẽdi. & in. d. l. ſiquis cùm aliter. & Bart. in l. item ſi in prætio. §. fi. ff. loca. in quo tex. hoc etiam benè probatur. text. ad idem in. l. in cõtractibus. C. quib. ex cau. maio. cum alijs quæ tradit Pãtal. de Crem. in repeti. d. l. 2. col. 5. verſi. ſecundò extẽdo. & in propriis terminis † quod 11
dicta

dicta.l.2.C.de reſcin. vẽdi. procedat etiã
in contractu facto cum principe. tenet
glo.in.l.1.C.ſi aduer. fiſcum. quam ibi ſe-
quuntur Bart.Bald.Sali. & Ang. & eſt ad
idem glo.in.l.1.ff.de iu.fiſci. & inibi Bart.
cum alijs quorum nouiſsimè meminit li
centiatus Gabriel à Quemada( iudex fiſ-
ci Toletanæ inquiſitionis) in ſuo breui
compendio quæſtionum fiſcalium. in.q.
14.per totam.vbi ait,hanc eſſe veritatem
& inibi reprobat Ioan de Plate. qui cõtra
rium tenuit in.l.3.colum.2.C. de iur. fiſci
lib.10.

PROINDE & ſi dicta ſcriptura
12 eſſet tranſactio † in ea etiam obtinet di-
cta.l.2.C.de reſcin.vendi.vt traditur in.d.
l.Lutius.& inibi glo.in.§.fi.ff.ad Trebel.
& illic Ray.But.& Imol.Paul.Caſtren.&
idem tenet Bart.in.d.l.2. col. 2. & ibi etiã
Paul Caſtren.& idem tenet ipſe Imol. in
d.l.ſiquis cùm aliter.& inibi etiam Paul.
Caſtren.& palàm Bar.in.l. ſocietatem.§.
arbitrorum.col.pe.ff.pro ſoc.& tenent cõ
muniter docto.in.d.ca.cùm cauſa.de em
pt.& vendi.& inibi hoc etiam tenet in ſi
gnè Ant.Burgen.nu.32.& idem Imol.in.c.
quintaualis.de iur.iuran.& Calde. in cõſi.
3.in tit.de trãſact.& palàm Anani.in cõſi.
33.circa primum col.2. verſi. circa ſecun-
dum.& Sali.in conſil.ſuo exordien. Ma-
thaſias.col fi.in fine.& Franc. de Rampo.
in ſuo conſil.incipien.ego Franciſc. quos
refer & ſequitur Corne. eis accedens in
conſi.166.circa primum.col.3.lib.2.& me
lius idem Corne.qui dicit omnes docto.
ita tenere in conſi.189.viſo dicto puncto.
col.fi.verſi.vltimò iubatur. lib.3.( & inibi
concordat contrariam opinionem tenẽ-
tes)& fabian.in tracta. de empt. & vẽdit.
8.q.principali.col.4.conſtitutus in.5.volu
mi.tracta.diuerſo.docto.vbi & ait,hoc eſ
ſe doctorum commune votum. eandem
opinionem tenet Deci.in conſi. 60. viſo
themate. col.3. verſi. modo ſic. vbi dicit,
hanc eſſe magis cõmunem opinionem,
à qua dicit non eſſe recedendum in con-
ſulendo & iudicando.cui & conſentit Pã
thal.de Crem.in repe. d.l.2. C. de reſcin.
vend.col.9.ver.decimò ampliatur & Za-
ſi.in conſi.18.nu.16.& ſequen.& data enor
miſsima læſione hanc etiã dicit eſſe ma-
gis communem opinionem Aym. Cra-
ue.in conſi.151.neminem.num.26. & hãc
etiam dicit eſſe magis communem opi-
nionem & receptiorem ſtante enormiſ-
ſima læſione Hiero Grat.in.d.cõſi. 88. nu.
1.3.4.&.5. & Ioan. Ant. Rube. in conſi.152.
videretur primò nu.4. vbi etiam ait hãc
eſſe magis equam opinionem. hanc etiã
opinionem ex pluribus ſubſtentat & de-
fendit Pet.Rebuf in.2.tomo cõſtitu. Gal
licarum. in tracta. de reſciſionib. contra-
ctuum.articul.vnico.glo.15. num.18. &.19.
vbi hanc opinionem dicit eſſe æquiſsi-
mam & tenendam in iudicando & con-
ſulendo & inibi teſtatur hanc eſſe cõmu
nem opinionem. eandem ſententiam te
net Matienzo in ſuo dialogo relatoris.3.
part.§.20.nume.10.& egregiè Pinel.in re
lect.d.l.2.C.de reſcin.vendi.1.part.cap.4.
nu.15.& Rode.Suar.in allega. 22. ex infra
ſcriptis.nume.4.&.5. Et hanc opinionẽ
tutatur ineuitabilis text.in.d.l. ſi ſuperſti
te.in verb. *Sane ſi læſa eſt immodice libe
ratione ſolẽniter per nouationem ac acce
ptilationem tributa non de dolo propter pa
ternam verecundiam: ſed in factum actio
tribuenda eſt.* Quam opinionem & pa-
trocinatur tex.in.l.ſub prætextu. in. 2.C.
de tranſact.ibi. *Error autem circa proprie
tatem rei apud aliud extra perſonas tranſi
gentium tempore tranſactionis conſtitutæ
nihil poteſt nocere.* Suadetur & hæc vera
opinio(vt Anto.Burgen.recenſet in d.c.
cùm cauſa.nume.32.)ex tex.in.l. in ſum-
ma.ff.de condi. indebi. cuius text. verba
Anto.Burgen.vbi ſupra expendit,ibi. *Sin
autem euidens calumnia.* Iuncta dicta.l.
ſiquis cùm aliter.Quæ probat,re ipſa do-
lum in eſſe,cum quis vltra dimidiam de-
cipitur: qui dolus percipitur, euidens quę
eſt, cũ ex legis præſumptione cõſtet. ex
tex.in.l.licet imperator. ff. de leg. 1. cum
alijs iuribus notiſsimis. Equiórque dicta
ſententia eſt.vt teſtatur Abb in.d.c. cum
cauſa. ſiquidem ita grauiter læſus non eſt
cenſen

cenſendum, animum habuiſſe liberandi,
ſeu remittendi. ex tex. in l. tres fratres. ff.
de tranſact. cum ſuis ſimilibus.

NEC huic refragatur ſententiæ
13 † tex. in d. l. Lutius. §. fin. quam ad hoc di-
nus & aduerſam ſectantes ſententiam
expendunt, ſiquidem in illo tex. læſio ve-
ri valoris dimidiam fideicommiſſi ex-
cedebat, qui valor minimè expenden-
dus eſt: non tamen inibi litis ambiguus
euentus perpenditur, quo conſiderato, ſi
enormiſsima suboriretur læſio, ipſe text.
minimè ſancit, tranſactionem non reſ-
cindendam. quæ ſolutio palam colligitur
ex gloſ. inibi & etiam ex Barto. ibidem.
& quoque ex eodem Bartolus in dicta. l.
ſi quis cùm aliter. quæſtione penultima,
& idem & conſtat ex. d. l. 2. C. de reſcin.
vendi.

VEL dici poteſt, quòd vt ex tex. ini-
bi conſtat, res poſt tranſactionem inuen
tæ fuerunt: igitur læſio conſiderari non
valuit tempore tranſactionis, quod tem-
pus non futurum in hac ſpetiæ læſionis
conſiderari debet. C. de reſcin. vendi. l. ſi
voluntate. capitulo cùm cauſam quæ in-
ter iconomum. de teſtibus bonus text. in
l. 56. titu. 5. parti. 5. cum ſimilibus. & in no-
ſtris terminis ita reſpondit Pantal. de
Crem. in. d. l. 2. col. 1.

PROINDE & præter alios reſpõ
detur, quòd in. d. l. Lutius. §. fi. contrariam
ſententiam argumento à contrario ſen-
ſu probari: tenentes aduerſam ſenten-
tiam profitentur, & euidens res eſt. Sed
argumentum † à contrario ſenſu aduer-
14 ſus legem nequaquàm obtinet vt nota-
tur in capitu. 1. de æta. & quali. lib. 6. & in. l.
2. C. de condi. inſert. tradunt doctores in.
l. quæcunque. ff. de offi. aſſeſſo. & in. l. con-
uenticulam. C. de epiſcop. & cleri. Et con
tra legem eſſe ſat conſtat, ex dicta. l. ſi ſu-
perſtite. & ex ſupra citatis.

DENIQVE nec in caſu dictæ. l.
Lutius. §. fi. non fuit læſio ita enormiſsi-
ma: prout hoc accidit in caſu. igitur ad
hunc caſum minimè eſt extendenda. ex
iuribus vulgatis & ex ſupra citatis.

VERVM nec Dini & ſequantium
doctrina nos ad contrarium ſub inuitat
ſententiam, nempè quia eorum eſt ratio
† quòd in tranſactione enormis læſio per 15
pendi ex eo nequit: quia tranſactio adin-
uenta fuit, vt pro modico magna remiſ-
ſio fiat. ff. de tranſact. l. cùm hij in princip.
& in. l. 1. & 2. ff. eodem titul. Siquidem in
promptu ſit his reſponſio, præcipuum cùm
tranſactio ad lites ſubuertendas ſit adin-
uenta. C. de tranſact. l. quamuis. & C. eo-
dem titulo. l. cauſas vel lites. cum alijs. nõ
autem inuenta fuit vt illa enormis fiat læ
ſio. vt conſtat in. d. l. qui ſuperſtite. & in. l.
qui cum tutoribus. §. 1. ff. de tranſact. & in.
l. cùm Aquiliana. ff. eodem titulo quod &
conſtat, quia errans conſenſiſſe † nun- 16
quàm cenſetur. ff. de iuriſdi. omni. iudi. l.
ſi per errorem. & l. 1. ff. de condi. in debi.
& ff. de reg. iur. l. cuius per errorem. & l. ad
probationẽ. C. loca ſed enormiſsimè læ-
ſus ſatis errare dicitur circa rei valorẽ. &
his addẽdus eſt tex. in. l. quiſquis. C. de re-
ſcin. vendi. cuius Imol. meminit in. d. l. ſi
quis cùm aliter. ff. de verb. obliga. igitur
minimè mirum, ſi dictam ſententiam
ſequamur, & læſo enormiſsimè iuris re-
medio ſuccurri dicamus: & quantò ma-
gis prædicto Gaſpari, qui ſi dictam con-
uẽtionem cuſtodit, complures pecunias
nihil deferens eſt ſoluturus.

SANE nec noſtræ obſiſtit ſenten-
tiæ alia ratio, (quam opinionem ſequen
tes contrariam excogitant) † nempè 17
quòd ſententia læſionis prætextu mini-
mè reſcinditur. C. de condi. indebi. l. 1. &
quòd eadem & ratione, nec tranſactio
reſcindatur. Siquidem fatemur, ſenten-
tiã ex cauſa læſionis minimè dirui, qua-
tenus iudex de cauſa cognouerit, & de re
quam iudicauit excogitauit. ff. de re iud.
l. ex qua re.

Item dicendum eſt, iuris rigore non
reſcindi: at de equitate ſecus. ex dicta. l. 2.
C. de reſcind. vendi. Vel aliud in ſenten-
tia, aliud in tranſactione opiniari licet.
ex dictis iuribus. præſertim, quia læſus
ex ſententia poteſt ab ea appellare: at ſe-

cus eſt in læſo in tranſactione: prout in noſtris terminis ita notabiliter reſpondit Pet. Rebuf. in. d. 2. tomo conſtitutionum Gallicarum. titulo de reſciſionibus contractum. articul. vnico. gloſ. 15. numero. 19.

DENIQVE nec dictæ noſtræ
18 ſententiæ † aduerſari videtur tex. in. l. 34 titulo. 14. partit. 5. Siquidem ipſa explicanda videatur, cùm verus rei valor perpenditur, non quæ dubio euentu circunſpecto. ex gloſ. in. d. l. Lutius. §. fin. & inibi Bartolus.

PRÆTEREA dicta ſepti partitarum ſanctio non quidem procedit, vbi ita enormiſsima adeſt læſio: prout noſtro ineſt in caſu. etſi inibi contrarium generaliter teneat Greg. Lup.

VEL deníque expendendum eſt, quòd dicta lex parti. non quidem cùm dolus interuenerit locum habet. vt palam ipſa eadem inſinuat ſanctio. qui quidem dolus ex enormiſsima læſione adeſt vt probatur in. d. l. qui ſuperſtite. & alibi ſæpe traditur. Et licet dicta ſepti partitarum ſanctio doli exemplum explicet, pu
19 ta quia inſtrumenta occultantur † non enim ipſum exemplum regulam artare valet. vt in. l. licet. §. regula. ff. de iur. & fact. igno. & in. §. hactenus. inſti. de gradibus. & alibi ſæpe. Et ita noſtra ſententia ad tutũ accedit portum. Quæ etiam ſuadentur
20 † ne aduerſarius aliena locupletetur iactura ex text. in. l. ſi me et Titium. ff. ſi cert. peta. & in. l. nam hoc natura. ff. de condi. indebi. & in regul. locupletari. de regul. iur. libro ſexto. cum ſuis vulgatis. Quim & dicta lex parti plures recipit intellectus quorũ meminit Ioan. Matienzo in ſuo dialogo relatoris. capitulo. 20. 3. partis. numero. 10. & ſequentibus.

PRÆTEREA et ſi opinio contraria (vt inficiamur) probabilior eſſet
17 † id procedit vbi exceſſus vltra dimidiã modicus eſt: & in hoc caſu doctores contrariam ſententiam tenentes, intelligendi ſunt: at ſecus eſt, quandò læſio ita ingens eſt: & cùm læſio in toto adeſt. & ita Cornelius. in proprijs terminis conſuluit (has opiniones ſic conciliando) in conſilio. 27. in primo conſultationis. columna. 5. & ſequentibus libro. 4. conſtanter tenens, contrariam ſententiam tunc obtinere (quando verior eſſet) vbi læſio parum dimidiam excedit: noſtra verò ſententia, ſi longè vltra ipſam dimidiam ſit. & inibi loquitur, etiam ſi tranſactio iure iurando ſit munita. idem & conſuluit ipſe Corne. in conſi. 166. circa primum. column. 3. verſiculo vel procedat opinio. lib. 1. & Deci. in conſ. 216. viſa tranſactione. colum. prima verſiculo ſed prædictis non obſtantibus. & in conſil. 479. in controuerſia. numero. 11. & in pluribus alijs conſilijs. & Ioan. Anton. Rube. in conſilio 71. plura mihi. numero octauo vbi ait, ſic fuiſſe pronunciatum ſecundum prædictam concordiam. idem & conſuluit ipſe Antonius Rub. in conſi. 147. viſo inſtrumento. numero. 17. & in dicto conſili. 152. numero quarto, & Hierony. Grat. reſponſorum libro primo in reſpon. 88. et ſi decreueram. columna. fi. numero tertio, & quarto & Aym. Crauet. in dicto conſilio. 151. numero. 26. ad finem. & idem tenent plures alij doctores ex ſuprà citatis.

Verum & etiam dictæ opiniones contrariæ conueniri poſſunt, vt ſcilicet, opinio contraria noſtræ (ſi probabilior reputatur) tunc locum habeat † quandò cum priuato confecta fuerit: at ſecus ſi cum 22
principe, eiúſque fiſco. vt in præſentia.

Tum, quia (vt explicuimus) conuentio cum principe facta bonæ fidei eſt. igitur non poteſt tunc dicta. l. 2. C. de reſcin. vend. non obtinere. vt et ſupra deſcripſimus. & tradit Panthal. de Crem. in. d. l. 2. columna. 10.

TVM, & quia in dubijs opinionibus aduerſus fiſcum, pronũciandum eſt. ff. de iur. iur. l. & puto. cum ſuis ſimilibus.

Tum etiam, quia dicta. l. 2. in. equitate fundatur, quam princeps præter omnes ſequi tenetur. vt legitur & notatur in. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. cum alijs.

Tum

TVM, & quia principis actus potiùs quam aliorum ab omni malitia, & dolo eſſe debet.vt in authentic. conſtitu. quæ de dignitatibus colla.6.& his accedant quæ notantur in.l.Cæſar.ff.de publica.& per Bald. in.l.ex imperfecto.in princip.C.de teſtamen.cum alijs de quibus Deci.in conſil.404.viſo eleganti.num.8. & in conſ.286.in cauſa communitatis.colum.penu.nu.5.&.6.

ITAQVE multis modis conſtat,dictam.l.2.C.de reſcin.vendi.in dicta tranſactione locum habere:& ſi tranſactio eſſet.

QVÆ quidem obtinent,& ſi in eadem ſcriptura iudicis & principis decre-
23 tum interuenerit † quia iudicis decretum non facit ceſſare læſionem enormiſſimam,quæ ex ſerie proceſſus conſtat.ex tex.in.l.1.in fine.C.de his qui veni.æta.impetra.& in.l.meminerint.C.vnd.vi. melior tex.in.l.et ſi præſes.C.de præd.mino. notat Abb.in dicto capitulo cùm cauſa. columna ſecunda,verſiculo ſecundò oppono.de empt.& vendi.Imol.& moder. in.d.l.ſi quis cùm aliter.ff.de verb.oblig. cũ alijs de quibus in noſtris terminis meminit Corne.in.d.conſ.214.viſo puncto. col.penu.verſic.nec obſtat quòd interuenit.lib.3.& Hipol.in ſingula.438.lex multum.col.fi.ad finem.& notabiliter Card. Paul.Pariſi.in conſi.89.rationes.numero. 58.cum ſequentibus.libro primo & Ioan. de Rip.lib.3.reſponſorum.cap.15.num.15. & Ioan.de Neuiſa.in conſi.52.circa venditionem.num.54.& ſequentibus. Et ſi in hoc contrarium teneat Iaſo.alios referendo in cap.1.num.9.in tit.qui feud.da.poſſunt. Et quanto magis quòd ſi cæſar noſter dicta ſcriptura ad fuit,nõ quidem vt rex,ſed vt priuatus fuit, quod perpendũt doctores in cap.1.de probat.& in alijs locis ibi à nouioribus traditis.

24 PLANE nec ſententia † quæ ad partium conſenſum poſt dictam conuentionem fuit lata,prædictis nocet: et quandocúnque poſſunt contra eam venire erroris cauſa.ex his quæ in terminis Paulus Caſtrenſis conſuluit in conſil.288. ad primum reſpondetur.numero quarto libro primo,et facit quod notat Bartolus in.l.non fatetur columna tertia verſiculo ſed an iſto caſu.ff.de confeſ.et Iaſo.in l.error.numero.23.C.de iur.et fact.igno.Nec talis ſententia de conſenſu partium lata meretur habere nomen ſententiæ.vt ait optima gloſ.in capitulo ex parte in Chriſto.in verb. ſi vero dubia in medio.de verb.ſignifi.ad idem eſt bona gloſ.in.l.fin. §.neceſsitate.C.de bon.quæ libe.et ibi etiam Baldus notat.columna tertia, verſiculo ſequitur in gloſ.et idem notat Philip.Franciſ.in capitulo.fin.columna.fina. verſiculo vltimo eſſet videndum. de in integ.reſtitut.libro ſexto.Et dicit notanter Deci.in conſilio.445.in caſu ad me.
numero.44.† quod in dubio debet pro- 25
nunciari,quod non obſtet exceptio rei iudicatæ.

PROINDE nec aduerſario ſuffragatur dicere, quod qui opinionem noſtram ſectantur (qua aſſeruimus,dictam. l.2.C.de reſcin.vendi.etiam in tranſactio-
ne obtinere) dicunt † ipſam læſionem 26
probandnm conſiderato dubio litis euentu.et quod hoc dictus Gaſpar Ramirez nec probauit, nec articulauit.

PRIMO, quia ex rei euidentia, ex proceſſus quæ ſerie dicta enormiſsima
læſio patentiſsima eſt † et ſat conſtat ex 27
priori lite, eiúſque euentu ſperato, dictum Gaſparem obtenturum: et ita quod conſtat, magis probari neceſſum non eſt.l. continus.§.cùm ita ff.de verb. obliga.l.1.ff.de act.empt. et.l.prima. ff.de dot.præleg.cum alijs notiſsimis. Et Bartolus aliorum quæ ſententia tenentium, ſecundum dubium euentum litis læſionem teſtibus probandam, explicanda quidem eſt, niſi ex actis proceſſus antiquæ litis ipſa conſtet læſio, ſeu a-
liàs,ſiquidem † probationum genus non 28
ſit reſtringendum. C. de hæretic.et maniche.lege quoniam.in finalibus verbis. et illic Bartolus et doctores poſt gloſ.

inibi in verb. anguſtetur. Et in terminis noſtris hæc conſuluit Cornelius in dicto conſilio.27.columna tertia, libro
29 quarto, vbi aſſerit † quòd ſi conſtat lucidè aliquid eſſe dubitum, quod tranſactio ne remititur, quòd ob id, confeſtim de enormiſsima conſtat læſione: & ſi aliter conſiderato dubio euentu non probetur læſio.

SECVNDO Bartol.& ſequatium doctrina prædicta locum non ha-
30 bet † cùm acta adinueniuntur inter partes confecta, quibus ante tranſactionem, res ſuper qua tranſactio eſt facta, controuerſa eſt, & illis de ipſo dubio euentu iudicari poteſt.vt in præſenti caſu, námque peritiſsimi iudices coram quibus partes contendunt, ex facili ex dictis actis poterunt dictam enormiſsimam læſionem percipere optimè enim ipſi domini iudices vt peritores hoc quàm teſtium dictis percipient. cui rei alludit text.in.l.3.§. ideóque.ff.de teſtibus ibi. *Eum qui iudicat magis poſſe ſcire.* Et eam ob rem
31 † omnes probationes ſunt arbitrariæ.vt conſtat ex.d.l.3.& id notat Bartolus in lege Lutius.ff.de his qui notan.infa.& Paulus Caſtrenſis in lege admonendi columna penultima.ff.de iure iurando ad quod etiam eſt optimus text.in capitulo ex literis.& ibi notat Deci.columna ſecunda verſiculo tertiò nota cum ſequentibus de probat.& idem Deci.in conſilio.448.vis tota.numero.19.& ſequentibus, & notat Barba.in conſil.47.præclare columna prima in princip.lib.2.& hæc eſt communis opinio ſecundum Pinel.l.2.C.de reſcin. vendi.3.part.cap.fin.num.44.cum ſequẽ. quibus adde Gregor.Lup.in.l.40.titul.16. part.3.verb. *De mejor fama.* Quin & teſtiũ
32 dicta † de dicto dubio euentu ſi recipiantur, potius iudicant, quàm vt teſtes deponent: & ob id non prorſus eorum dicta videntur conſideranda.vt conſtat ex traditis in lege qui teſtamento.§.final. & inibi doctores.ff.de teſtibus & in.l.tertia. C.eodem titulo. Quæ & irroborantur, quia acta litis antiquæ rem notoriam ef-
ficiunt † & iuſtitiam iniuſtitiámque par- 33
tium comperiunt. & iſta manifeſtè dubius litis euentus ex eis conſtabit.vt in capitulo ex inſinuatione.de appellat.& illic doctores, & tradit Baldus in.l.prima columna ſecunda.C.quomod.& quãd.iud. & doctores in capitulo per tuas de teſtibus, & latius recentiores in capitulo ſignificauerunt eodem titulo & Alexandrinus in lege ſecunda.C.quod met.cau. Hæc
& elucet veritas † quia parem vim di- 34
cta acta ſeu inſtrumenta habere debent, quàm teſtes ſuper dubio euentu recipiendi.l.in exercendis.C. de fid. inſtrument. cum alijs de quibus doctores.in.l.prima. C.de eden.& in dicta lege admonendi.ff. de iure iurando. Proindè hæc & ſuadentur, quia teſtes ſuper dicto dubio euentu deponentes, ad dicta acta præcedentia ſe refferre debent (non quidem ambiguimus) & ita non plus probabunt, quàm ipſa acta.ex text.in.l.inſtrumento. ff.de condi.& demonſtrat.& ibi Socinus numero ſeptimo & Bartolus in lege prima.ff.ſi cert. peta.cum alijs quæ ibi moder.tradunt.iditur cùm habeamus dicta acta antiqua, quibus dicta læſio probari, ſeu improbari valet, ad quid ſuper dicto dubio euentu teſtes ſunt recipiendi.Quę omnia maximè obtinent, quia dicta lis ſuper qua dicta euenit conuentio, inſtru-
cta erat, & proceſſus concluſus † nam æ- 35
quabilia ſunt, quòd quis ſit cõdemnatus, vel abſolutus: vel quòd ex proceſſu concluſio appareat, an ſit condemnandus, ſeu abſoluendus.l.qui pœne.§.diuus.ff.de manumiſſio.& in.l. quamuis in fine.C.de adulter.quo in text.habetur, quòd ſi aliquid eſt probatum, ac ſi pronunciatum eſſet debet haberi.& inibi eſt optima gloſ. in verb.confecto.eſt etiam tex.in.l.3.§.lege Iulian.ff. de teſtibus, & notat Baldus.in lege ſi pro ea columna ſecunda, verſiculo ſexto quæro.C.manda.quibus & conducit optimus textu.in lege ſi rem.§.finali. vbi gloſ..ff. de euictio. vbi probatur, æquabile eſſe, concluſum in cauſa, vel ſic iudicatum. & tenet Bartolus in lege ſi ma-

ſi mater.§.eadē.ff.de ecep.rei iudi. & Bal. in.d.l.quamuis.C.de adulte. Quæ & ſuadentur,quia exiſtimandum eſt, ſecundũ ius eſſe iudicandum.l.Herénius.ff.de euictio.& tradit Bal.in.l.1.C.de nego.geſt.& ita iuſta ea quę ex actis dicti proceſſus cõſtat,pronunciandũ eſt,& per conſequens dictam læſionem enormiſsimam ineſſe. nec credendum eſt, iniquam ſentẽtiam ferendam.ex text.in.l.merito.ff.pro ſot. cum ſua materia.

QVIN & ad ſuperiora ſat eſt aduertendum, dictos duos iudices qui de hac
36 cauſa dirimẽda agunt,ſupræmos eſſe † & debent ſola facti veritate inſpecta & cognita iudicare,ſine alijs iuris apicibus. l.11 titul.1.lib.3 ordina.(quæ habetur lib.4.recopil.titul.17.l.10.& text.in.l.fi.titu.15.eodem libro tertio ordina cum ſuis ſimilibus.& hoc facere debent ſeruata equitate
37 † quam iudex coram ſuis occulis habere debet.l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod cert. loc.cum ſimilibus.in qua equitate dicta. l.2.C.de reſcin.vẽdi.& ſimiles(vt aſſeruimus)fundatur.

QVID multa,& ad probandam læſionem enormiſsimam in tranſactione, non vt Bart.eiúſque aſſeclę dicunt ( ſcilicet conſiderato dubio euentu litis) proba
tio teſtibus eſt facienda † & ſat eſt vt Sali. 38
ait in.l.arbitrorum.columna ante penultima.ff.pro ſot.probare,quòd tanti plus ſibi debitum erat,& quòd nullus vir bonus factis probationibus, ita modicũ fuiſſet arbitraturus:& quòd ad hoc teſtes neceſſarij minimè ſunt:& ſi id allegandum eſſe inibi dicat.quam Salic.ſententiã & Barba.ſectatur in dicto capitulo cum cauſa. columna quarta.de empt.& vendi. & palam videtur idem tenere Barto.in.d.l.arbitrorum.colum.8.verſicul.quæro vtrum arbitramentũ.Quin doctores qui tenent, in tranſactione dictam.l.2. C.de reſcin. vendit.non ſubſiſtere,Bart.impetunt, ex eo quòd de probatione agit, conſiderato dubio litis euentu:ſiquidem talis probatio fieri nequeat.

QVIBVS hic reſponſus finem inuenit. Quod ita demum pronuntiatum eſt.

Doctor Burgen.Marcus Salon de Pace.

# Summarium ſuper vigeſimo Conſilio.

1 *SCRIPTVRA Veriſsima præſumitur: & vbi eſt caſus inſtrumenti non videtur dubitandum.*

2 *Scriptura carens ſigno tabellionis non probat.*

3 *Prothocolum de per ſe adinuentum non probat.*

4 *Prothocolum non habens ſubſcriptionẽ notarii iure ſubuertitur.*

5 *Ad maioricatus ſucceſsionem quis vocari poteſt ſub conditione, vt matrimoniũ non contrahat ſine alicuius licentia.et numero.9.&.10.& fere per totum conſilium.*

6 *Conditio non dicitur impeditiua matrimonii, ſi ad matrimonium contrahendum alicuius licentia requiritur.*

7 *Matrimonium contrahere ſine conſenſu patris eſt contra bonos mores: et inducit odium capitale.*

8 *Statutum laicorum prohibens filium ſine patris licentia contrahere matrimonium, valet & tenet, et habet in ſe ſummam iuſtitiam.*

11 *Eccleſia pugnit matrimonium clandeſtinum contrahentes.*

12 *Conditio de matrimonio contrahendo, intelligitur de vero matrimonio, non vero de nullo.*

13 *Habens ius aliquam de certis eligendi ad ſucceſsionem maioratus, poteſt variare & mutare talem electionem ſeu*

 *nomina*

*nomitationem.& ſequentibus numero, & fere per totum conſilium.*

14 *Rogatus rem reſtituere poſt mortem ſuam vni ex certis, non poteſt in vita irreuocabiliter concedere. Et inibi de ratione tex.in.l.cum pater.§.a filia.ff.de leg.2.*

15 *Intellectus.l.vnum ex familia.in princip.ff.de leg.2.*

16 *Meliorandi ius habens ex teſtamento alicuius, poteſt reuocare melioratione͂ per eum factam in fauorem alterius. Et inibi de intellectu.l.17.Tauri.*

16 *Reſtitutio bonorum ſi ex volũtate defuncti facienda ſit pauperibus ſi aliqui pauperes in vita ſint electi, ipſa electio poſtea poteſt reuocari, & alios pauperes admittere.*

19 *Declarandi poteſtatem habens an poſſit variare.*

20 *Electus ad officium non habet ius conſiderabile durante tempore ſui prædeceſſoris.*

21 *Variatio locũ habet data electione ex contractu.*

22 *Electio ſeu nominatio facta in fauore͂ alicuius ante eius acceptationem facilius reuocari poteſt: maxime de eius conſenſu. & nu.23.*

24 *Falſitatis ſuſpitio habetur pro falſitate.*

25 *Inſtrumentum non habens diem nec menſem non valet.*

26 *Matrimonium ex quibus probetur clã deſtinum remiſſiue vide ibi.*

27 *Filius non eſt legitimus ex male fide parentum, qui ſuam conſanguinitatem non ignorarunt.*

28 *Mala fides parentum circa legitimitatem filiorum ex quibus probetur. & ſequentibus.*

29 *Actus clandeſtinus ſemper interprætatur in peiorem partem.*

30 *Scientia & mala fides ex coniecturis probatur.*

31 *Mala fides parentum circa legitimitatem filiorum vnico teſte probatur.*

32 *Filius natus ex matrimonio putatiuo non ſuccedit in maioricatu: cum non ſit natus de legitimo matrimonio.*

# Conſilium Vigeſimum.

OPTIMI maximi Dei auxilio poſtulato, & eius genitricis Virginis ſanctiſſimæ. In hac cõtrouerſia quæ eſt inter donnam Coſtantiã de Leiua, ex vna parte: & Petrũ de Palacios, & donnã Agnetem eius vxorem, ex alia. breui probauimus, ius dictæ dõne Coſtãtiæ; & illã in cauſa obtenturã: non obſtante ſcriptura ſecundi maioratus, quæ aſſeritur facta à Ioanne de Arze (alias de Moxica) & à donna Ioanna de Salazar, eius auis: in qua aduerſarij dicunt, per dictum Ioanné de Arze cõceſſam fuiſſe prędictæ dõnæ Coſtantiæ dictę quę Agneti facultatem nominandi filiam quã voluerit ad bonorum ſucceſſioné ſuper quibus hæc lis eſt.

Primò hoc cõſtat, quia prædictus Ioannes de Arze & dicta donna Ioanna de Salazar prędictarum aui maioricatũ conſtituerunt anno.1514. in quo poſt dictũ Ioannem de Arze Iuniorem & eius deſcendétes maſculos, filiam eius primo genitam ſubſtituũt, quæ eſt dicta donna Coſtãtia de Leiua, dicta Agnete excluſa. Quæ ſcriptura veriſſima conſtat † & ita præſumitur. ex tex. in. l. cũ præcibus. C. ꝺ. probat. & in. l. optimã. C. de cõtrahend. & cõmi. ſtipul. & vbi eſt caſus inſtrumẽti, nõ videtur dubitandũ, ſicut dicitur ꝺ caſu legis. vt ait Bal. in cõſ. 215. proponitur. co. 2. circa finé. li. 2. qué refert & ſequitur Aym. Craue in cõſ. 31. proponitur ꝙ mulier. n. 7. vbi inter alia dicit (referédo eundé Bal. in alio cõſilio) quòd iam dici poteſt de inſtrumẽto publico, nolli me tangere. 1

ET multis modis dicto aſſerto ſecundo maioricatui, eiúſque ſcripturę reſpondemus.

ET PRIMO, quòd eſt ſcriptura quæ tabellionis ſignum non habet
2 † ob idque non probat ex tex. in authentica de inſtrumen. caute. & fid. §. oportet. colla. 6. & communi doctorum ſententia in capi. 1. de fid. inſtru. & inibi latè Feli. nu. 13. complures citans. poſt Bal. in rub. C. de fid. inſtru. colum. 7. verſiculo ſed & tertiò. & Angelus. in l. Lutius. ff. de teſta. mili. poſt Angelus in conſilio. 220. ad hoc colum. prima verſicu. item dicta cartula. & Imol. in. cap. cùm P. tabellio. de fid. inſtrum. & Alexand. in conſi. 153. videtur prima. colum. 1. verſic. dicit Bald. lib. 2. citans Specul. in titu. de fid. inſtrumen. §. videndum. verſi. & nota quòd tabellio. idem & tenet Corne. in conſ. 226. licet in hac. col. 3. verſicu. cùm itaque. lib. 3. poſt Ancha. in conſ. 431. pręmiſſa col. 1. verſ. pro quarum. & Deci. in conſil. 447. in donatione. nu. 4 &. 5. cum alijs de quibus Card. Paul. Pariſ. in conſilio. 12. tranſactio. nume. 125. libr. 2. & plenius in conſilio. 27. notula. nume. 6. eodem libro. 2. & Aym. Crauet. in conſil. 72. dubitatur. num. 4. Et ſi in hoc alij multi teneant contrarium vt conſtat ex Roland. à Valle in conſ. 44. præſens. num. 40 lib. 1. & alibi ſæpe.

PROINDE prothocollum dicti inſtrumenti non facit fidem, quia minimè inter alios prothocollos tabellionis (qui illud feciſſe aduerſarij dicunt) reperitur, prout exigitur ex lege regia Cōpluti edita anno. 15003. c. 1. & quòd prothocollum
3 † de per ſe adinuentum non probet. traditur in authent. de tabellionib. §. penul. colla. 4. & idem expræſſe conſuluit Corne. in. d. conſ. 226. col. 3. verſ. coadiuuātur. lib. 3. & priùs hoc tenuit Paul. Caſt. in. l. contractus. col. 1. verſ. poſtea ponit. C. de fid. inſtrum. & Paul. refert & ſequitur Cardin. Paul. Pariſi. in dicto conſilio. 27. num. 14. libro ſecundo & Boerius in deciſio. 36. & videtur. nu. 2. in prima part. & alibi ſæpe traditur.

ITEM, quia dictum prothocollum non habet tabellionis ſubſcriptionem † & ideò iure ſubuertitur. ex text. in. d. authentic. de tabellionibus. §. penultimo. colla. 4. & notat Bald. in. d. l. contractus. columna ſecunda, verſicu. ſed quæro & Suar. in repeti. l. poſt rem iudicatam. in 2. extenſione. col. penu. illius ſecundæ extenſionis. ff. de re iud. cum alijs de quibus Card. Pariſi. in. d. conſ. 27. num. 5. lib. ſecundo. Et ſi in hoc contrarium teneant plures alij vt refert Curti. Iuni. in conſi. 162. ſacratiſsimæ. nu. 1. & alibi ſæpe. 4

RVRSVM & ſi dictum prothocollum & ſcriptura ſecundi maioricatus fidem faceret, nihil dictæ donne Conſtantiæ refragatur † ſiquidem à dicto Ioanne de Arze & de Moxica dicta Agnes hac lege priùs nominata eſt, quòd ſine eius licentia ipſa matrimonium non contraheret. Quæ conditio ab eodem Ioanne de Arze imponuit valuit: ſiquidem ſi vera ſit dicta prior ſcriptura ad eiúſque libitum nominandi ius illi conceſſum conſtat. ex tex. in. l. cùm quidam. ff. de lega. 2. cum alijs. Rurſum cùm ei data eſt libera nominandi facultas vnam ex dictis ſuis filiabus, potuit dictam Agnetem ſub dicta conditione nominare: & ipſa lege ſeu conditione non impleta, dictam Conſtantiam excludere. ex text. in. l. vnum ex familia. §. ſi duos. ff. de leg. 2. & illic doctores cum alijs de quibus Didac. de Segur. in repetitione. l. cùm filiæ. §. cohæredi. columna. 89. verſiculo, ſed quando tale grauamen. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. folio. 22. eiuſdem repetionis. & ſimiliter potuit diuidere ipſam nominationem ſeu electionem inter ipſas filias. 5

NEC dicere oberit, quòd dicta conditio eſt impeditiua matrimonij: & quòd ob id iure ſubuertitur. ex tex. in capitulo gema. de ſponſal. cum alijs ſuis ſimilibus. Nam hoc aſſertum iuri aduerſatur † ſiquidem ea nec matrimonium impeditur: nec pœna contra matrimonium imponitur: & ideo firma eſt 6

talis conditio. vt pleriſque rationibus &
iuribus cenſet.Ioan.Lup.in repetition.ca
pitulo per veſtras.§.21.nume.primo cum
ſequentibus de donatio.int. vir.& vxor.
poſt Iaſo.qui in effectu idem tenet in.l.2.
col.fi. num.25.ff.de iuriſdi.omni.iudi.lo-
quens in ſtatuto quo cauetur,quòd nullus
Guelphus matrimonium cum aliqua de
comitibus de Baptiſtis contrahat. quod
etiam fuſius tradit Chaſſene.in conſuetu.
Burgund.in tit.des ſucceſsionis.in rub.7.
§.ſecundo numer.5.char. mihi.232.& hoc
conſtat ex tex.in.l.2.& illic Pau.Caſtren.
C.de inſti.& ſubſti.ſub condi.fact. & ita
conſuluit idem Paul.Caſtren.in conſ.300
videtur dicendũ.col.1.li.1.& Feli.in.ca.ex
parte.col.2.de conſtitu.& faciunt quæ ſin
gulariter in noſtro propoſito adducit
Card.Paul.Pariſi.in.conſ.29.ſto quòd.nu.
45.cum ſequentibus. lib.3.& notanter idẽ
tenet Didac.Couarru.in ſuo Epitome.4.
libri decretal.ca.3 §.3.ſecundæ partis.nu.
6.cum ſequentibus. Quod etiam con-
7 firmatur † quia contrahere matrimo-
nium ſine conſenſu patris eſt contra o-
mnium bonos mores: & inducit odium
capitale.vt ait Baldus in.l.omnem.colũ-
na.fin.C.ad Tertu.quem refert(& ſi cor-
ruptè)Felin.in conſil.26.quidam num.21.
8 vbi etiam referendo Ioan.Andr.ait † ſta-
tutum laicorum prohibens filium ſine pa
tris licentia contrahere matrimonium,
valere,& habere in ſe ſummam iuſtitiam
& idem etiam tenet Card.Paul.Pariſi.in
dicto conſil.29.numero.45.&.46.libro.3.
quod notandum eſt ad.l.49.legum Tau-
ri (vbi Deo fauente plenè de hoc tracta-
uimus) vbi vide Anton. Gome.numero.
2.& Ioã Lup.in relect.d.c.per veſtras.§.3.
num.14.&.15.&Couar.in.d.4.lib.decreta.
capitu.6.in princip.2.partis numero.17.&
18.& Ioan.Baptiſt.Plot.in tracta.de in lit.
iuran.§.8.numero.23. vbi ponit cauſas ſi-
milis decreti.Quę omnia maximè ſubſi-
9 ſtunt,locum quæ habent † quia in præ-
ſenti non agitur de tollenda legitima di-
ctæ Agnetis: nec de eius alimentis aufe-
rendis: ſed tantum inibi conſtituitur,
quòd commodum dicti maioricatus(ſi
contra patris voluntatatem nupſerit)
non adquirat : nec illi pœna ſubijcitur,ſi
citra licentiam paternam contrahæret.
vt expręſſe conſiderat Ioan.Lup.in dicto
capitulo per veſtras.§.tertio column.3.&
4.& in. §.ſeptimo numero tertio prope
finem.& Dominus Couarru.in.d.2.part.
libro quarto decretal. in dicto capitulo
tertio. §.3. numero ſeptimo . Quod &
confirmatur, quia iuris optimi eſt, quòd
ſi alicui filiæ ſit ſubſtitutio † ſi de patris 10
nupſerit voluntate,hæc ſubſtitutio & cõ
ditio iure firmatur,& ob id,ſi in dicto ca
ſu filia aduerſus patris uoluntatem nupſe
rit,amitti bona,ad quæ ſubſtituta eſt.vt
ſatis probatur in.l. Titio centum.§.pri-
mo.ff.de condi.& demonſtra.& in termi
nis ita tenet Antonius deButrius in capi-
tulo.1.de ſponſal.quem illic ſequitur Fe-
linus numero.15. verſiculo ſecundò fallit.
& Deci.in.l.1.num.4.verſiculo tertio no-
ta.C.de inſtitu.& ſubſtitu. & notabiliter
Guiller.Bened.rep.capitulo Raynuntius.
in verb.cuidam Petro.numer.10.de teſta.
& Aym.Craue. in conſil.1.nume.2.&.3.&
conſil.80. nobilis.numero.11. vbi & citat
Oldrad.in conſilio.16.thema tale eſt.qui-
bus eſt Baldus.in.l.omnem.columna.fin.
C.ad Tertul.& quæ Deci.abunde conge-
rit in capitulo in præſentia.columna ter-
tia de probat.& doctor Peralta.(commu
nis præceptor) in.l.1.numero.32.colum-
na.3.illius.n.ff.de leg.2.Et prædicta hoc in
negotio maxime obtinent,cũ in pręſen-
ti caſu prædicta omiſsio lucri impoſita
eſt,cùm dicta Agnes clandeſtinum con-
traxerit matrimoniũ,& ſine patris licen-
tio.Quin † & eccleſia ipſum matrimoniũ 11
clandeſtinũ pugnit.vt in.c.fi.de clandeſti.
deſpõſa.&ꝑ totũ & nouiſsimè ita diſpoſi
tũ eſt per ſacrũ cõſiliũ Trid.in ſeſione.24
tit.de reforma.matr.c.1.co.3.verſ.in ſuper
& facit ex.tex.in.d.l.49.Tauri.hoc cõper
tiſsimũ eſt,cũ illa.l.ſtabilitũ reperiatur,fi
liã clandeſtinè ſine patris volũtate matri
moniũ cõtrahẽtẽ,à patre exhęredari poſ
ſe.quã legẽ iã ſæpius praxi,& tam in ſup-
præ-

præmo regio conſilio, quã in nña Pinciana cancellaria munitam & obſeruatam vidimus. ad quę omnia addẽdus eſt Pau. Caſt. in. l. ſi filiam. nu. 2. C. de in offi. teſta.

S E D in præſenti cauſa cõſtat, quòd dicta Agnes ſine dicti ſui patris licentia dicto Petro nupſit, & clandeſtine, vt probatum eſt, igitur ex dicta priori ſcriptura ſe iubare nequit.

Q V I D plura, & dicta conditio ex a-
12 lio adimpleta non fuit, nempè quia † cũ dicto Petro dictę Agneti conſanguineo matrimonium de facto contraxit. ex traditis in. d. l. 1. C. de inſtitu. & ſubſti. & in. l. 4. §. condẽnatum. ff. de re iudi. & probatur quóque in. l. hæc cõditio. ff. de cõdit. & demõſtra. quo in tex. probatur, cõditionẽ de matrimonio agẽtẽ, ꝗ firmo matrimonio (nõ autẽ inualido) eſſe interprætãdã.

P R O I N D E & ſi quæ diximus, locum non haberent (vt inficiamur) dici-
13 mus tamen † quòd dictus Ioannes de Arze potuit dictam nominationem ex dicta priori ſcriptura ab eo factam, mutare & variare, dictam què Coſtantiam nominare, vt dicta bona maioricatus ante dictã Agnetẽ habeat: & hoc ex ſequen.

P R I M O ex tex. notabili in. l. cùm pater. §. à filia. ff. de leg. 2. cuius text. aurea ſunt verba, ibi. *A filia pater pecierat, vt cui vellet, ex liberis ſuis prædia cùm moreretur reſtitueret: vni ex liberis prædia fideicommiſsi viua donauit: non eſſe electionem propter incertũ diem fideicommiſsi certæ donationis videbatur: nam in eum deſtinatio dirigi poteſt: qui fideicommiſſum inter certos habiturus eſt.* Quem tex. ſic ibi ſummat Fulgo col. 1. in princip. ſcilicet
14 † rogatus reſtituere poſt mortem ſuam vni ex certis, non poteſt in vita irreuocabiliter concedere. qui tex. ad noſtrum caſum manifeſtiſsimè in ſpetie pertinet: quando quidem in dicta priori ſcriptura maioricatus (ſi vera eſſet) parentes dicto Ioanni de Arze eius filio facultatem tribuerunt, quòd poſt eius mortem filiæ cui voluerit bona dicti maioricatus reſtituat cuius text. ratio duplex eſt in propoſito, prout Paul. Caſt. in. d. §. à filia recẽſet, nẽpe & prior (quæ in nr̃o caſu obtinet) quia cõtingere poſſet, quòd electus ante eligẽtis mortem moreretur: & ſic ſuperua canea fuiſſet electio. ſecunda quæ & hic locũ habet, quia & ſi non decederet eligens in vita eligentis, caſus euenire poſſet, quo omnes alij eligendi obirent ipſo ſuperuiuente, & ſic neceſſe ille fideicõmiſſum eſſet habiturus: interim ergo quòd ex dictis caſibus aliquis poſſet accidere, quo electio dirueretur, non quidem electio firma eſſe poteſt. & ad prædicta eſt etiam tex. in. d. §. à filia. & ibidem Bart. & doctores perpendunt. & moderni in. l. poſt mortẽ C. ꝗ fid. cõmi. & in. l. huiuſmodi. §. Schęcũ. ff. de leg. 1. & in. l. ſerui electione. in princip. ff. eod. tit. & illic Paul. Caſt. n. 3. & abũ de Ludo. Roma. in cõſi. 452. circa primũ. col. 2. & docto. in. d. l. filius famil. §. diuus. ff. de leg. 1. cũ alijs de quibus Card. Paul. Pariſi. in cõſ 23. ſer Frãciſ. co 3. n. 12. & ſeq. li. 3

P R E D I C T A etiam ſuadentur
† ex tex. notabi. in. d. l. vnũ ex familia. in 15
princip. ff. de leg. 2. quo conſtat, quòd & ſi quis rogatus fuerit, alicui ex incertis ab eo eligendo poſt mortẽ reſtituere, quòd ſi ante mortẽ elegerit, variare poterit, & ipſam mutare electionẽ. Quem tex. inibi Cuma. intelligit, & ſi eligendi facultas data ſit, vt quãdò eligens voluerit eligat: dũ tamen reſtitutio poſt mortẽ ſit efficiẽda.

Q V I B V S & accedat tex. † in. l. 17. 16
Tauri. (quæ reperitur lib. 5. recopil. tit. 6. l. 1.) qua cauetur, quòd cùm pater habeat electionẽ vnũ ex filijs meliorandi, eligẽdi quæ ad melioriã, quod facta ipſa electione in vita, variare poterit, illam què meliorĩã abrogare valeuit. qui text. loquitur etiã, cùm electio in vita vel in morte ſiẽ da tribuitur. vt ex ipſo conſtat tex. & ibi vide late Anto. Gome. n. 6. Preterea et cõmunc aſſertũ eſt doctorũ † ꝙ ſi ex teſtãtis 17
pręcepto poſt ouitũ pauperibus reſtitutio bonorũ eſt facienda, ꝙ tamẽ ſi in vita aliquos eligat pauperes, ꝙ ipſã electionẽ reuocare poterit, et alios admittere pauperes. vt tenet Bartol. in. d. §. à filia. et inibi etiam

etiam Imol.& Angel.& idem Ang.cæte-
rique docto.in.d.l.poſt mortem. cum ſi-
milibus quorum illic Iaſo.nu.7. memor
eſt.quam ſententiam communem ibidē
ipſe Iaſo.profitetur. & Alex. in.l. ſtipula-
tio iſta.§.ſiquis dolū.col.fi.ff. de verb.obli
ga.cui ad ſtipulatur Deci.pleróſque alios
citans in conſi.416.in teſtamento. col.fi.
nu.22.& probatur in.l.vxorem.§. Seia.ff.
de leg.3.& in.§.Scebola. eiuſdem legis.ad
notant etiam docto.maximè Salic.col.3.
in.l.1.C.de hæred.inſti. Et ſi in hoc alij cō
trarium teneant vt per Anto. Gome. in.
d.l.17.Tauri.nu.7.vbi Deo duce plura in
materia deducemus.

18 QVÆ & ſuadentur † ex text.in.l.1.
§.aſsignare.ff.de aſsigna.liberto.vbi & ſi a
liàs pater cōcedat aſsignationē vni ex li-
beris fieri,in vita ſiue ī morte,ꝙ ſi in vita
fiat talis aſsignatio,libere mutari poterit

QVIBVS & conducit ellegans
Bart.ſententia in.l.omnes populi.col.3.in
5.q.primę queſtionis principal.ff.de iuſti.
& iur. & Alberi. ſententia. in.l. quotiens.
C.famil.hærciſcum.

HIS & fauet tex.in.l.fideicōmiſſa.§.
1.ff.de leg.3.ibi. *Tractum habet quandiu
viuat,is a quo fideicommiſſum relictū eſt.*
Idem etiam probatur in.l. ſeruos. in fine.
ff.de manu.teſta.

SVBINDE & prædicta manife-
ſta redduntur ex ſentētia Decij in.d.cōſi.
416.col.fi.nu.20.in fine.& nu.21. vbi con-
19 ſuluit † quòd ſi teſtator declarationi quo
rundam ſuper contentis in eius teſtamē
to,ſtare voluit,quòd ante inſtituti mor-
tem talis fieri declaratio non poteſt, &
hoc antequàm caſus ſubſtitutionis eue-
nerit,ſuper quo ipſa declaratio facienda
eſt:& quòd ſi ante fiat, poterit reuocari.
ex tex.in.d.§.à filia.

HÆC & ſuadentur ex Imol. ſenten
tia in.c.propter ſterilitatem.col.11.de lo-
20 ca.cenſens † quòd cùm communiter ele
ctiones poteſtatis ante tēpus officij præ-
deceſſoris finiti pręſentant, quòd ex his
electionibus,electus ius cōſiderabile mi
nimè conſequitur.

HIS et prodeſt tex.in.l.ſi ita ſcriptū.
§.ſi ſub conditione.ff.de leg.2. & in.l. ſed
& ſi ante.ff.ad Trebel.& in.l.hæres meus.
ff.de condi.& demonſtra. & in.l. optione
legata.ff.de leg.2.

VERVM & his aſsiſtit, quia ſcrip
tura dicti aſſerti primi maioricatus eſt
quidam contractus † & data electione 21
ex cōtractu,variare licet.l.eum qui certa
rum.ff.de verb.obliga. cū alijs de quibus
recentiores in.d.l.ſerui electione. in prin
cip.ff.de leg.1.& probatur etiā in.l. ſiquis
ſtipulatus ſit.§.1.ff.de verb. obliga. & alibi
ſępe.

QVID plura † & cùm prima ele- 22
ctio ſeu nominatio à dicta Agnete non
fuit acceptata ante ipſam acceptationē
facilius mutari potuit.ex traditis in.l.ab
ſenti.ff.de donatio.& in.l.ſi ego. ff. de ne-
go.geſt.cum alijs de quibus meminit De
ci.in.l.contractus.col.6.nu.16.ff. de regul.
iur.& Curti.Iuni.in conſi.120. præſuppo-
nitur.col.2.nu.4.& late hæc fundauimus
ſupra in conſili.14.in præſenti cauſa.nu.
20.& ſequen.

SANE & dictam reuocationem
† ſatis adiuuat conſenſus illi præſtitus à 23
dicta Agnete.ex tex.iuncta glo. in.l. per-
fecta donatio. C. de donatio. quæ ſub
mod.& ex tex.in.l.ſi quandò.§. & genera
liter.C.de in offi.teſta.cum alijs quæ tra-
duntur in.l.qui Romę.§.Flauius Hermes
ff.de verb.obliga.& facit etiam text.in.l.
filio præterito. ff. de in iuſt.rupt. & quæ
notantur in.l.quoniam in prioribus.C.de
in offi.teſta.

NEC ſuffragatur aduerſarijs ſcriptu
ra,quæ dicitur codicilli poſtremò confe-
cti per dictum Ioānem de Arze ſeniorē,
quo dicitur,quòd dictus Ioānes eius filius
nominet filiam quam voluerit ad dictū
maioricatū, & quòd ſi ſuper hoc aliquod
teſtamentum ſeu aliam diſpoſitionem
editam habet,firma ſit: & aduerſarij di-
cunt,ante hunc codicillum dictam ele-
ctionem confectam in fauorem prædi-
ctę Agnetis, quæ verè non obſtat ex ſe
quentibus.

Primò

PRIMO, quia hæc ſcriptura( vt ex
ea circunſepta liquet) de falſitate eſt ſu-
24 ſpecta † quę ſuſpitio pro falſitate habetur
l. iubemus. C. de probat. &. C. ad. l. Cor-
nel. de fal. l. vbi falſi. & notat Bald. in. l. ſi
veritas col. 1. C. de fid. commi. cum ſimili
bus dequibus ſupra in hac prima parte
memores fuimus. in conſi. 6. quia latiſsi-
mè nu. 3.

SECVNDO quia dictus aſſertus
25 codicillus † diem nec menſem continet
& ob id ſubuertitur. l. III. tit. 18. partit. 3. &
in. l. 44. & l. 54. & l. 103. eod. tit. & parti. &
idem conſtat in. l. 2. §. diem. ff. quemad-
mod. teſta. appe. & in authenti. quod ſine.
C. de teſta. & inibi docto. pręſertim Bald.
& tex. in. l. generali. C. de tabula. lib. 10. &
docto. etiam in. c. 1. de fid. inſtru.

26 QVOD autem † dictum matrimo
nium fuerit clandeſtinum, præter proceſ
ſus probationes videndus eſt tex. in. ca. fi.
de clandeſt. deſponſa. & quę abundè tra-
dit Hieronym. Grat. in conſi. 2. in præſen
ti. nu. 45. lib. 2. & fuſius conſuluit Car. Pau.
Pariſi. in conſi. 57. ſtante. col. 2. nu. 3. & ſe-
quentib. lib. 4. & Curt. Iuni. in conſi. 64.
præſupponitur. col. 4. nu. 9. & per totum
conſilium. poſt docto. in. ca. penul. qui fil.
ſint legiti. & quæ ſingulariter tradit Ca-
rol. Ruyn. in conſi. 14. ſuper quęſtione. nu.
10. lib. 3.

NEC filius dictę Agnetis qui ſe huic
oppoſuit liti, obtinere valet ex prædictis
27 Præter hoc † quod non eſt legitimus, ex
mala fide parentum, qui ſuam conſangui
nitatem minime ignorarũt. ex text. in. d.
c. fi. de clandeſt. deſponſa. & in. c. ex teno-
re. qui fil. ſint legi. & abundè Card. in cle.
1. de conſang. & affi. & ex tex. in. l. 1. cũ glo.
C. de in terd. matri. & in l. qui cõtra. C. de
inceſt. nupt. optimus tex. in. l. 2. tit. 15. par.
4. cum alijs de quibus Ruyn. in. d. cõſi. 14.
nu. 10. & ſequẽ. lib. 3. & alibi ſæpe. Quæ ma
28 la fides † quidem conſtat.

TVM ex probationibus: & quia clã
deſtinè contraxerunt. ff. de rit. nupt. l. fi. &
eſt ad idem glo. in. d. l. 1. C. de interd. ma-
tri actus enim † clandeſtinus ſemper in- 29
terprætatur in peiorẽ partẽ. vt notat Pal.
Rub. in ſua allega. in materia hęreſis. §. 10.
col. 2. qui eſt poſitus in fine ſuæ repe. char.
120. co. 2. & latè Hipol. in rub. ff. ad. l. Cor.
de ſicca. nu. 4. cum plurib. ſequentib. & in
propoſito Card. Pariſi. d. conſi. 57. nu. 10.
cum ſequentib. Et ſcientia † & mala fi- 30
des ex cõiecturis probatur ex tex. in. l. pe.
C. de euictio. cum alijs de quibus Curt. Iu
ni. in. d. conſi. 64. nu. 8. poſt Bart. & docto.
in. l. Cælſus. ff. de vſucap. quibus adde. Car.
Paul. Pariſi. in. d. cõſi. 57. nu. 25. & ſeq. li. 4.

QVID plura, & aliqui tenent † pa 31
tentum malam fidem ſingulari & vnico
teſte poſſe probari. vt traditur in. c. præte
rea. deſponſal. cum alijs de quibus Card.
Paul. Pariſi. memor eſt in. d. cõſi. 57. nu. 17.
lib. 4. cum alijs quę in noſtris terminis ad
ducit Curt. Iuni. in. d. conſi. 64. nume. 8. &
ſequentib.

VERVM & dictæ ſcripturæ maio
ricatus non tantũ legitimũ filiũ ad ſucceſ
ſionẽ admittũt, ſed eſſe de legitimo ma-
trimonio etiã exigũt, quo caſu & aliqui te
nẽt † filiũ ex matrimonio putatiuo natũ, 32
vt potè quòd natũ nõ de legitimo matri-
monio nõ ſuccedere. & ita ex pluribus cõ
ſuluit Curt. Iuni. in. d. cõſi. 64. nu. 6. & ſeq.
& nu. 17. & idẽ Cur. in cõſi. 27. habita dili-
gẽti. col. 4. nu. 6. ver. ſed quid. poſt mediũ.
Et ſi cõtrariũ teneat Deci. in cõſi. 153. in ef
fectu quæritur. col. 1. & 2. ver. ſed tamẽ. cũ
ſeq. & Ioã. Frãciſ. de Rip. in. rub. ff. ſolu. ma
tri. nu. 65. & idẽ Rip. in. c. inter cęteras. nu.
7. de reſcript. circa quã ſentẽtiã & de eius
veritate plenius alio trademus conſilio.

Quibus quidẽ expectamus, in fauorẽ
dictæ dõnę Cõſtãtiæ ſentẽtiã ferendam
(prout poſtea lata fuit). Burgen. doctor
Marc. Salon de Pace.

Sũma

# Summarium ſuper Vigeſimo primo conſilio.

1 *OFFICIA ante obitum officialium non ſunt eis auferenda, nec circa talia officia debent dari literæ expectatiuæ.*

2 *Tabelliones numerarij cenſentur a dominis temporalibus nominati ad totam vitam.*

3 *Officia conceſſa tolli nequeunt ſine cauſa, etiam ſi ad libitum ſint creati, & plenius nume. 5.*

4 *Argumentum validum eſt de officiali perpetuo ad officialem ad beneplacitum creatum.*

6 *Officiales creati in dubio intelliguntur perpetui.*

7 *Conſueta fieri non cadunt ſub arbitrio.*

8 *Officiales vbicunque creantur, ſemper debet mos antiquus ſeruari: & quod alias creatio eſſet nulla.*

9 *Arbitrium licet quis in re liberum habeat, eo vti non poteſt, ſi actus ab eo geſtus æquitati aduerſetur.*

## Conſilium Vigeſimum Primum.

IN hac cauſa oppido de Villada cum comite de Alua de Liſtę breui dicimus, dictum comitem eſſe condénandũ, vt tabelliones quos creauit, nequeat remouere citra cauſam.

QVOD primo probamus ex text. in l. 8. tit. 14. lib. 3. ordina. (quę habetur lib. 4. recopila. tit. 13. l. 7.) qua ſtabilitur, (& in forciori caſu) quòd & ſi rex præceperit, officia ab eo conceſſa tolli, quòd nõ ideò eius mandatum eſt exequendum, quibus conducit tex. in l. 11. 12. & 13 tit. 2. ordina. lib. 7. & optimus tex. in l. 24. eod. tit. & li. & in l. 10. in fine. titu. 3. eod. lib. 7. ordina.
1 Quæ leges ſanciunt † ante obitum officialium, eorum officia eis non eſſe auferenda: nec literas expectatiues officiorũ per alios poſſeſſorum nemini eſſe concedendas, & idem hodie eſt diſpoſitum in l. 13 titul. 10. lib. 5 nouæ recopil. & plenius lib. 7. eiuſdem recopila. titul. 3. l. 3. ſunt & aliæ concordan. de quibus meminit Pet. Rebuf. in. 2. tomo conſtitu. Gallica. in tracta. vt beneficia ante vocationem, vel bona confiſcata peti ante declarationẽ non debeant. glo. 1. nu. 2. lib. 3. & in eod. tracta. glo. 2. per totam. poſt Corne. qui notabiliter loquitur in noſtro propoſito in conſi. 45. de um inuocent. co. pe. & fi. Et nuncupatim in tabellionibus ad numerũ creatis † quòd ad totam vitam nominati cẽſeantur. eſt etiam tex. in l. 1. verſi. *Ordenamos que tenga.* Tit. 6. ordinamen. lib. 2. 2
quæ habetur lib. 2. recopila. titul. 20. lib. 1. & faciunt quæ infra dicemus. nu. 6.

PROINDE † quòd officia conceſſa ſine cauſa tolli neque ant. ſat & conſtat in authenti. de referẽdarijs. poſt principium. colla. 2. vt notatur in. c. 1. de natu. feud. & inibi ſcribentes. 3

QVIBVS & accedat tex. in l. iuriſperitos. in princip. ff. de excuſa. tuto. & quæ Bartol. tradit in l. de pupillo. §. ſiquis ipſi prætori. ff. de no. ope. nũcia. col. 2. ver. tertio quęro. & Pet. de Bellaper. in l. quiſquis. & ibi etiam Cin. & Bald. colũ 1. C. ſi

cert.peta.& Alex.complures alios citans in.l.principalibus.prope finem.ff.eod.tit. ſi cert.peta. vbi ait, communiter teneri
4 † quòd validum ſit argumentum de officiali perpetuo ad officialem ad beneplacitum creatum. idem & tradit Iaſo.in.l. cum quis.nu.20.C.de iuris & fact.igno.& alibi ſępe.

5 ET in noſtris ꝓprijs terminis † quòd officialis etiam ad libitũ creatus ſine cauſa mutari nõ poſsit.tenet Guiller. Bened. in repeti.c.Raynuntius. de teſta. in verb. duas habens filias.nu.36.cum pleríſque ſequẽtib.quo in loco loquitur in officio ad regis libitum conceſo quem refert & ſequitur Boeri.in deciſio.149.an rex Franticę.nu.18.& ſequentib.& inibi ſic eſſe iudicatum teſtatur:& quòd officialis ab epiſcopo ſuis in locis etiam ad ſui bene placitum conſtitutus, dimoueri ab officio abſque cauſa non valeat.idem & tenet idem Boeri.in ſuo tracta.de authoritate magni conſilij.nu.154.& ſat hoc probatur in.l.2. tit.10.parti.2.& inibi in noſtris terminis ita tenet Greg.Lup.in verb. *Mantener.* Et ita tenendum eſt, licet in alio propoſito contrariũ teneat Albert. Brun. in cõſi. 92.nemini dubium.col.1.verſi.& tãto magis. Et hinc dicit Greg.Lup.in.l.6.in verb. *Acabaren el ſu tiempo.* Ad finẽ.tit.4.par.
6 3.vbi ait † quòd in dubio officiales creati intelliguntur perpetui, quandò ſimpliciter eis conceditur officium ſine temporis præfinitione, ſiue ad beneplacitum cõcedentis.vbi hoc ibi tenet ex text. in.d.l. iuriſperitos.

QVÆ quidem opinio æquiſsima eſt, nè quotidiè dominus tabelliones ab eo creatos remoueat. Præter hoc, quod eſt probata conſuetudo generalis quę hiſce in regnis viget, dictæ noſtræ ſententẽtiæ concordis † & conſueta fieri non cadunt ſub arbitrio.ff.de extra ordi.crimi.l. ſacularij. per quem tex.ita notat Bald. in l.quicúnque.nu.17.col.5.verſi.ſcias autem C.de ſeru.fugi.& Bald.refert Corne. in.d. conſi.45.col.pe.lib.3.vbi ipſe Corne.in noſtro propoſito dicit † quòd vbicúnque creantur aliqui officiales, ſemper debet mos antiquus ſeruari, & quod aliàs creatio eſſet nulla.ex tex.& inibi Bart. in.l. actuarios.C.de numerarijs & actua. lib.12. bonus tex.in.l.23.in princip.tit.2.lib.7.ordi.& in.l.1.tit.18.lib.2.ord.quas leges non inueni in recopila.ll regni. 7

ET licet quis † in re liberum habeat arbitrium, eo quidem vti nequit, ſi actus ab eo geſtus æquitati aduerſetur. ex text. in.l.ſi fideicõmiſſa.§.quãquàm. ff. de leg. 3.quem ad hoc citat Bald.in.l. ſiquis maior.C.de tranſacto.col.1.ver. nota primò. 9

ET ita cenſemus pronunciandum.

Doctor Burgen. Marcus Salõ de Pace.

# Summarium ſuper Vigeſimo ſecundo cõſilio.

1 *CLERICVS primæ tonſuræ vnicæ & virginis matrimonio copulatus gaudet priuilegio fori.*

2 *Clericatus & tonſuræ cognitio expectat ad iudicem eccleſiaſticum, non vero ad iudicem laicum, & plenius nu.3.*

4 *Præuentioni locus eſt inter iudices, cum cauſa ad duos iudices expectat.*

5 *Clericorum coniugatorum habitus decens an ſit determinatus: & qualis dicatur habitus clericis coniugatis conueniens.*

6 *Conſuetudine an induci poſsit, quod clericus coniugatus non portet habitum clericalem, nec tonſuram apertam.*

7 *Bulla Alexandri Papæ quæ loquitur de veſte & tonſura clericorum primæ tonſuræ, qualiter intelligatur.*

8 *Legum publicatio exigitur, vt dicantur receptæ.*

Prouo

9 *Prouocatus ad rixam ſi aliquẽ occidat, non pugnitur pœna ordinaria.*
10 *Inimicitia capitalis ſuboritur ex iniurijs atrociſſimis.*
11 *Inimicitia capitalis ex quibus probetur & nu.12.& .13.*
14 *Scientia inditijs probatur.*
15 *Proditio ceſſat data inimicitia capitali: etiam ſi facie ad faciem quis non ſit occiſus.& ſequentibus.*
16 *Proditor eſt qui vnum actu oſtendit, aliud vero mente gerit.*
17 *Intellectus.l.11.tit.13.ordina.lib.8. &.l.4.tit.7.eod.li.8.ordina.quæ habetur li.8.recopila.titul.26.l.10. Et ibi tractatur, quando dicatur mors ſecura.*
18 *Securus dicitur qui nihil timet.*
19 *Nuncio credendum eſt.*
20 *Clericus non perdit priuilegium clericale, & ſi quibuſcunque enormitatibus ſe immiſcuerit.*

# Conſilium Vigeſimum ſecundum.

DIVINO inuocato auxilio. Petrus Diaz de Vernui litem controuerſatur cum vxore & filijs Franciſci de Gante: num ad abbatẽ huius Pinciani oppidi, eiúſque carcerem à qua dictus fuit, ſit remittendus. Quod quidem nobis videtur ex ſequentibus.

ET primo quia ipſe eſt clericus pri-
1 mæ tonſuræ † vnicę & virginis matrimo
nio copulatus: quam ob rem, quo ad forũ
clericali priuilegio eſt fruiturus. ex text.
in.c.1.de cleri.coniuga.lib.6.qui tex. com
muniter in clerico primæ tonſuræ expli-
catur.& eius tex.verba hoc clare inſinuãt
& probatur in clemen. 1. de vit. & hone-
ſta.cleri.& ibidem Cardi. cũ alijs de qui-
bus dominus Didac.Couarru.in.c.31.pra-
tica.q.col.22.verſi:tertio. igitur ad dictũ
carcerem eſt remittendus.

ET eo maxime, cum ipſius clerica-
tus † & an eo vti queat, cognitio ad dictũ
2 Abbatem expectat.ex text.notabi.in: ca.
ſi iudex laicus.de ſenten.excõmu. li. 6.in
tantum quòd inibi tex. ſancit, quòd & ſi
clericus tulerit habitum laicalé, ſi de cle-
ricatus titulo eccleſiaſtico fides iudici ſit
data, ad eum remittendus eſt.

ET in proprijs terminis † quòd co-
3 gnitio habitus & tonſuræ ad ſecularem
iudicem non pertineat, ſed ad iudicem
eccleſiaſticum. tenent domini de Rota
in nouis in deciſio.202.ſi clericus cõiuga
tus.& tenet Dominic.in.d.c. ſi iudex lai-
cus.col.fi.in fine.& illic Philip. Fran. & in
§.& ſi notorium.eiuſdem capi. poſt me-
dium.& idem conſuluit Fulgo. in conſil.
124.præſuppoſitis ſtatutis. col.2. & Alex.
in conſi.8.videtur ſuper. colũ.fi.lib.1. poſt
Cardi.qui palam hoc tenet in.c. per pen-
dimus.col.6.de ſenté.excõmu.& Cæpol.
in conſi.11.caſus talis eſt.col.2.&.3. verſic.
de prima quęſtione.& Ang.de Claua. ſua
ſumma.verb.clericus.14. nu.3. & Chaſſe-
ne.in conſue.Burg.rub.1.§.5.nu.58.& eſt in
meo libro char.50.colũ.3. aduerſus Guid.
Pap.ab eo inibi citatũ. Præter hoc quòd
ipſe Guid.Pap.loquitur in eo qui habitu
clericali & non decenti reperitur, & quã
do à iudice ſeculari captus eſt. & ſat præ-
dicta conſtant ex tex.in.l.2.ff. de iuriſdi.
omni.iudi.& hæc eſt communis docen-
tium ſententia.& demum hæc eſt com-
munis interprętatio doctorum & prati-
ca vt teſtatur do.Couarru.in.d.ca.31.prati
ca.qq.col.20.verſi.prima igitur.& Rolan.
à Valle in conſi.4.in cauſa.nu.17.& nu.20
&.21.&.33.lib.1.& Card.Pariſi.in cõſi.154.
ad reſolutionem.col.1.in princip.li.4. vbi
loquitur in caſu fortiori.quibus adde So-
ci.in cõſi.11.quoniam.nu.19.&.20.lib.1.

Quod

QVOD commune aſſertum in caſu fortiori loquitur, nempè cùm iudex ſecularis in captura prçuenerit: vt in prçſentiarum non præuenit, ſed dictus abbas: quarè & ſi ad vtrúnque iudicẽ cauſa perti
4 neret † præuentioni eſſet locus ff. de iudi. l. ſiquis poſtea quàm. & in. l. vbi ceptũ. ff. eod. tit. & traditur in. ca. paſtoralis. & in cap. irrefragabili. de offi. ordina. & alibi sçpe traditur.

PRÆDICTA & ſuadentur, quia vt eſt probatum, dictus Petrus Diaz habitum & tonſuram decentem, & per annum ante dicti Franciſci mortem por
5 tauit. † qui clericorum habitus decens tunc temporis non dum erat conſtitutus præſertim coniugatorum. ſecũdum glo. in clemen. 1. de elect. & inibi ſcribentes. & glo. in. c. pe. de vit. & honeſta. cleri. quæ glo. habitum certi coloris clericis prohibent. & abunde Alex. in conſi. 8. videtur ſuper primo. col. fi. verſi. & quamuis. lib. 1. quo cenſet loco, quòd quilibet honeſtus habitus clericis coniugatis cõueniens eſt idem & conſuluit idem Alex. in cõſi. 149 in cauſa inquiſitionis. col. pe. li. 6. & Chaſſene. in. d. conſuetud. Burg. rub. 1. §. 5. num. 59. & eſt glo. notabilis in. c. ſiquis virorum 30. diſtin. quç ſingulariter dicit, conſuetudini eſſe ſtandum circa clericorum habitum. quam ad hoc refert & ſequitur Cæpol. in. d. conſi. 11. col. 5. ſunt & aliç concordantiæ de quibus meminit Do. Didac. Couarru. in. d. c. 31. pratica. qq. col. 22. ver. quarto illud eſt. & Roland. à Valle in. d. conſi. 4. nu. 27. lib. 1. Et ſi iam hodiè quodam motu proprio noſtri ſummi pontificis declaratum ſit, quam habitum & tonſuram portare debeat clerici primç tonſuræ. Et quid tunc ſit faciendum videas rogo. l. 8 tit. 4. lib. 1. nouæ recopila. & alias plures leges eiuſdem tit. & lib.

QVIN & probatum eſt, Burgenſi dioceſi (de qua dictus Petrus eſt) clericũ coniugatum etiam habitum clericalem non portantem nec tonſuram appertam
6 clericali priuilegio fori frui † quæ cõſuetudo ſeruanda eſt. ex tex. & inibi traditis in. l. de quibus. ff. de legib. cum ſuis vulgatis. Et in proprijs terminis quòd hæc conſuetudo ſit firma, nempè quòd clericus coniugatus habitum clericalem non portans priuilegium clericali gaudeat conſuluit Fulgo. in. d. conſi. 124. qui ad hoc inibi citat Ioan. Monach in. d. c. 1. de cleri. coniuga. lib. 6. quem refert & ſequitur Chaſſene. in. d. conſuetudinib. Burgund. rub. 1. §. 5 nu. 59. verſi. ſed pone. & eſt tex. & illic docto. in. c. Ioannes. de cleri. cõiuga. ibi. *Cum ꝙ conſuetudine terræ clerici coniugati non coguntur inuiti portare tonſuram.* Quem expendunt illic Ioan. And. & docto. cum alijs de quibus do. Couarru. in. d. c. 31. pratica. qq. col. 22. verſi. quarto illud eſt. & Roland. à Valle in. d. conſi. 4. nu. 26. cum ſequentib. lib. 1.

NEC oberit bulla † Alexand. Papæ 7
quæ de veſte & tõſura per quatuor annos ante delictum portanda tractat.

Tum, quia dictus Petrus dictis quatuor annis ea portauit: imò ſufficit tempore cõmiſsi delicti, vel ſaltem per quatuor menſes ante cõmiſſum delictum tõſuram & veſtes decentes habuiſſe. vt per plura fundat dominus Couarru. in. d. c. 31. prat. qq. co. 25. verſi. quintò potiſsimũ eſt. cum alijs de quibus Chaſſene. in. d. conſuetu. Burgund. rub. 1. § 5. nu. 57. verſi. 10.

Tum, & quia dicta bulla conditionalis eſt, nempe ſi dioceſi fiat, quæ Burgẽſi dioceſi facta non conſtat, nec præſumitur, cum in facto conſiſtat. ff. de publica. l. quçcúnque. & ff. de capti. & poſtlimi. reuer. l. in bello. §. facta. cum alijs vulgatis. Prçter hoc, quòd iure ipſa publicatio erat neceſſaria. vt in authenti. vt factæ nouç conſtitu. colla. 5.

Tum etiam † quia dicta bulla in dicta 8
dioceſi recepta non fuit, prout iure exigitur. vt in. d. l. de quibus. et in. c. in iſtis. 4. diſtin. ibi. *Leges inſtituuntur, cum promulgãtur. firmantur cum moribus vtentium approbantur.* Et traditur in. cap. 1. de treg. & pact. & ibidem late Feli. poſt Bal. inſigne in authenti. omnes peregrini. col. 2. C. cõmu. de ſucceſsionib. tex. etiam in. l. 1. Tau

rinatũ

rinarum conſtitutionum. (quæ habetur lib.2.recopila.tit.1.l.3.) in verbis. *Ni fueron auidas ni recibidas por leyes.*

Tum, quia in dicta diœceſi (vt explicuimus) conſuetudo contraria verſatur, ſic quæ inibi iudicatur, & lex (vt notiſsima concinunt iura) contrario vſu diruitur.

RVRSVM & in dicti Petri fauorem peritiſsimi iudices cauſam iudicaturi, aduertere debent iniurias frequentiſsimas per dictum Franciſcum de Gãte dicto Petro factas, factis verbíſque: quæ cõſpicienda ſunt ad hoc negotium. vt conſtat ex tex.in.l.ſi adulterium cum inceſtu §.imperatores.ff.de adulte.ibi. *Impetu tactus doloris interfecit.* Quem ibidem Angel.ad hoc expẽdit, quòd difficilimũ eſt, iuſtum temperare dolorem. quam ob rẽ
9 pleríque tenuerunt † quòd ſiquis ex verbis iniurioſis prouocatus aliquem occidat, quòd non eſt plectendus pœna legis Corneliæ de ſiccaris. vt Angel. cenſet in d.§.imperatores.& Alexan. Paul. Caſtrẽ. Curti.antiq.alij quę à Boerio citati in deciſio.169.& primò videtur.nu.2.& palàm Abb.in.c.1.col.2.de iniurijs. & abundè Hipol.in conſi.25.vltra ea. nu.25. cum ſequẽtib.& idem Hipol.in cõſi.137. inſpecto tenore.nu.14.dicit hæc verba. *Homo vtique ferreus non eſt: ſed carneus, & iniurias ſibi illatas ſentit: & quod vnuſquiſque hac in ſpetie de ſe faciat coniecturam.* Hactenus Hipol.

ET quantò magis quòd dictę iniurię atrociſsimæ fuere † ex quibus inimici-
10 tia capitalis ſuboriebatur.vt in.c.veniens & illic docto.de iniur.& Iaſo.in.l. procuratoribus.col.fi.C.de procura. poſt Alberi.in authenti.ſi teſtis.colũ.2. C.de teſtib. quibus accedat tex.in.l.4.tit.12.parti.7. Quæ inimicitia probatur † quia dictus
11 Franciſcus de Gante aduerſus dictum Petrum de Vernui literas regias habuit, vt idem Petrus in tributis cum plebeis contribueret: cum ſtatus quæſtio mouetur, clarum eſt, quòd inter eos magnę inimicitiæ ortæ dicuntur. vt traditur in. ca. frequens.de reſti.ſpol.& ſcribit Bald. in.l. at letæ.§.dat remiſsionem. vbi probatur. ff.de excuſa.tuto.col.1. & eſt glo. notabil. in.cap.cùm oporteat. de accuſa. in verb. inimicos.verſi.illæ dicuntur graues.& facit opimus tex.in.l.1.2. &.3.ff.de libe. cau. Nec ex dictarum literarum obtentione iniuria ſublata fuit.ff de iniur.l. iniuriarũ. §.ſiquis.& tex.in.l.item apud Labeonem §.ſiquis libello.ff.eod.tit.& tex.in.l. ſi verò.§.& ſat.ff.qui ſatiſda. cogan. & probatur in.l.7.tit.9.parti.7. Quæ & iniuria † ex 12
eo cõpertiſsima fuit, quia ſe adinuicem minimè loquebantur. vt legitur & notatur in.ca.cùm ſuper.de offi.de leg. & alijs in locis inibi à recẽtioribus citatis.& traditur in.c.ſi inimicus.93.diſtin. Quid multa † & ſola cauſa inimicitię ipſam pro- 13
bat inimicitiam Innoc. authore. in. cap. cùm.1.&.D.de re iudi.cum ſimilibus à Feli.citatis.in.d.c.cùm ſuper.col.1. verſic.& nota quod nedum.conſtat quę ex proceſſu, prædictum Petrum de Vernui prædicta ſciuiſſe, & verba iniurioſa in ſe prolata † Et eius ſcientia etiam indicijs pro- 14
batur.ex tex.in.l.penu.C.de euictio.cum alijs quorũ Curt.Iuni.memor.eſt in cõſi. 64.pręſupponitur in facto.nu.8. Deníque & de eius ſcientia ex animo patet, ex híſque extra iuditiũ ipſe Petrus edixit. ex traditis in.l.cùm proponas.C.de bon. auto.iudi.poſsiden.& eſt glo.in.l. Fulcinius. §.quid ſit.ff.ex quib.cau. in poſſe. ea. cum alijs.

EX quibus quidem confluit, non poſſe dici, dictum Petrum de Vernui proditoriè dictum Franciſcum de Gante occidiſſe † Nam data dicta inimicitia capi- 15
tali proditio ceſat, etiam ſi facie ad faciẽ non fuiſſet occiſus. vt traditur. in.l. reſpiciendum.§.delinquit.ff.de pœnis. & illic notat Bart. nempè quia proditor eſt † qui 16
vnum actu oſtendit, aliud verò mente gerit.ex tex.in.l.1.ff.de præuarica. & notat Bald.in.ca.1.col.7.verſi. proditor. in titul. quib.mod.feud.anni.citans ad hoc etiam Ioan.And.in loco de quo ibi. idem & tenet Ancha.in.cap.1.de homicid.& Anan.

in

in conſil.44.in quæſtione.col.1.& Alex. in conſil.92.perſpectis.col.3.in fine.&.4. col.lib.6.& ſat conſtat in.l.omne delictũ §.exploratores.ff.de re mili.& in.l.proditores.ff.eod.tit.& in.l.3.tit.27.part.7.& in.l.1.titu.2.ead.parti.& in.l.77.in legibus ſtoli.& in.l.4.tit.13.ordina.lib.8.quæ habetur lib.8.nouæ recopila.tit.23.l.4.

17 NEC his obſtat † tex.in.l.11.tit.13.ordina.lib.8.& in.l.4.titu.7.eod.lib.ordina. quæ habentur lib.8.nouæ recopila.tit.26. l.10.quibus ſancitum eſt, omnem mortẽ ſecuram dici, niſi tantum illa quæ bello ſeu in rixa fit. Siquidem ſat in rixa fit,cũ tam tempore homicidij,quàm ante rixã erat inter eos inimicitia.vt in hoc caſu accidit.&probatur ex traditis in.l.3.§.ſed etſi deiectus.ff.de via & vi arma.& illic glo.& docto.cum ſimilibus.& prædictis accedat tex.in.l.quod ait lex.in fine.ff.de adulter.cuius meminit Alberi.in ſuo dictionario.in.verb.in continenti. ad hoc, quod in continenti factum dicitur, quandiu negotij proſecutio durat.& idẽ probatur in.§.illud.inſtitu.de rer.diuiſio.

PROINDE quòd non poſſit mors ſecura dici,ſi ab initio ſit facta,præter ſupra
18 dicta,ſat conſtat † quia ſecurus cenſetur, qui nihil timet.vt notatur in.l.1.ff.de act.emp.& Alberi.in.d.eius dictionario in verb.ſecurus.Et ob id, dicitur ſecurus, vbi periculum non imminet.ex tex.in.l. 1.§.quotiens.ff.de vent.in poſſeſſ.mitten. ibi.*Poſſunt ſecuri creditores eſſe, cum periculum ad curatorem pertineat.* Et ita conſtat,quòd dictus Franciſcus de Gante tutus non erat,nec dici poterat,ſiquidẽ tot verbis iniuriæ grauiſsimæ dictum Petrũ de Vernui cõuicerit:& ita non potuit eius mors tuta mors nuncupari.& licet dictæ leges ordinamen.verbis taxatiuis loquantur,minimè noſter abijcitur caſus. ex tex.iuncta glo.in.l.ob es alienum tantum.C.de prẹd.mino.& in authent.imò. C.de act.& obliga.& alibi ſæpe. Et dictæ ordina.ſanctiones ad ius commune ſupra explicitũ trahendæ ſunt.ff.de legib.l. non eſt nouum.cum alijs.

QVID multa,& probatum eſt,quòd dictus Petrus prædicto Franciſco nuncio
monuit,ſe illum occiſurum † cui in hoc 19
credendum videtur ex tex.in.l.quæro.cũ ſimilibus.ff.de edil.edict.& quẹ doctores tradunt in.l.quicũque.C.de ſeru.fugiti. & alibi ſæpe.

ITAQVE non poteſt dici, dictum Petrum proditoriè occidiſſe prædictum Franciſcum, & ob id, clericatus priuile-
giũ amiſiſſe:& quantò magis † quòd pri- 20
uilegium clericale non perditur:etſi quibuſcũque enormitatibus ſe immiſcuerit.ex notatis in.ca.perpendimus.vbi eſt optimus tex.de ſenten.excommu.& traditur in.c.1.de homicid.& in.ca.1.de apoſta.& hæc eſt communis ſententia vt teſtatur Alex.in.d.conſi.8.col.2.lib.1.quem refert & ſequitur Roland.à Valle in.d.cõſilio.4.num.28.cum ſequentibus.li.1.quibus adde Socin.in conſil.12.quoniam.nu. 19.& 20.lib.1.

EX quibus non ab re confidimus, dictum Petrum de Vernui ad dictum abbabatem remittendum: prout deniq; factum, pronunciatúmque eſt.

Doctor Burgen.Marcus Salon de Pace.Legum Doctor.

# Summarium ſuper vigeſimo tertio conſilio.

1 *PRIVILEGIVM nobilitatis ſeu immunitatis alicui conceſſum et ſuis filiis & filiabus, qualiter intelligatur & extendatur. & per totum conſilium.*

3 *Verbum,* Dellos. *Ad omnes præcedentes refertur.*

4 *Verbum,* Deſcendentes. *Etiam fœminas compræhendit.*

5 *Priuilegii verba interprætatur conſuetudo ſeu vſus: etiam ſi verba priuilegii aduerſentur.*

6 *Intellectus. l. 1. ff. de iur. immuni. & pleriſque ſequentibus.*

8 *Fœminæ maritatæ an gaudeant priuilegio immunitatis eorum patri conceſſo.*

10 *Fœmina conditrix maioritatus non cẽſetur volniſſe fœminas excludere.*

11 *Fœminis cum aliquid conceditur, etiam maſculus ex fœmina compræhenditur.*

12 *Deſcendentes ex fœmina non gaudent nobilitate ſanguinis maternæ. Et inibi quid erit in nobilitate ex priuilegio.*

13 *Fœminæ etſi expræſſè ſint excluſſæ a ſucceſſione maioritatus, an princeps poſſit eas & ſuos deſcendentes habilitare ad ſuccedendum in tali maioratu.*

14 *Priuilegium immunitatis an ſit perpetuum. & num. 16.*

15 *Verbum,* Deſcendentes. *Omnes in infinitum compræhendit.*

17 *Intellectus regiarum pragmaticarum quæ diſponunt, quod exempti a muneribus de monetis tantum intelligantur.*

# Conſilium Vigeſimum Tertium.

DIVINO inuocato auxilio. In cauſa Franciſci Nigri & cõſortiũ, ex vna parte. & oppidum de Laziana, ex alia. Breui videtur
1 † quod nobilitatis priuilegium & tributorum immunitatis Toribio Fernandez & ſuis filijs & filiabus nepotibus & neptis, & ab eis deſcendentibus conceſſa, extendi valent ad dictum Franciſcum & eius conſortes: etſi à dicto Toribio nõ deſcendant de maſculo ex maſculo, ſed ex fœminis.

QVOD conſtare videtur, ſiquidem immunitas ipſa dicti. Toribij filiabus & nepotibus & deſcendentibus concedatur: ſitq; dictum priuilegium omnibus
2 generale † & ita generaliter interprætandũ eſt. c. ſolite. de maio. & obidien. & ff. de publicia. l. de prætio. cum ſuis vulgatis.

Deindè hæc verba dicti priuilegij ſunt expendenda, *Que de vos o dellos deſcendieren.* Poſt quæ verba confeſtim alia ſubijciuntur, ibi. *Vueſtros hijos y hijas nietos nietas.* Quo fit, dicta verba. *Dellos.* Etiam ad deſcendentes ex filiabus neptibus quæ trahenda † ſiquidem ipſum ver- 3
bum, *Dellos.* Ad præcedentes omnes referatur. ex tex. in. l. à. filio. §. teſtator. ff. de alimen. & ciba. lega. & in. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. omni. iudi notat Barto in. l. ſi quis ſeruũ. §. fi. col. fi. ff. de leg. 2. cũ alijs. Si enĩ prĩceps in. d. priuilegio voluiſſet facere diſcrimẽ inter deſcẽdẽtes ex maſculis & deſcẽdẽtes ex fœminis, exprçſiſſe q̄dẽ. l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & inibi Bal. text. etiam in. c. ad audien-

dientiam. de decim. cum alijs, & ſat in terminis hoc conſuluit Corne. in conſi. 177. circa quod. col. 3. verſi. item facit quia lib. 4. & faciunt plura quæ adduximus in repetitio. proœmij Taurinarũ conſtitutionum num. 126. cum multis ſequentib.

4 Præterea dictũ † verbũ, *Deſcendientes*. etiam fœminas comprænhendit. l. cognoſcere. in fine. ff. de verb. ſignif. notatur in. c. ſtatutum. de hęreti. lib. 6. & illic Domini. col. 2. & eſt bonus tex. in authenti. de hęred. ab in teſta. venien. poſt princip. verſi quia igitur. colla. 9. cũ alijs, ꝗ quibus Alex. in conſi. 160. viſo themate. col. 1. verſi. ſed his, & ſequentib. lib. 2.

ET præcipuùm hæc obtinent, cùm longeuus vſus & conſuetudo huic faueat 5 interpræpræationi † cùm iure cõſuetudo vſuſque priuilegij verba interpræ̨tetur. de cõſang. & affini. c. quod dilectio. & de cõſuetu. c. quod dilectio. & de conſuetu. c. cùm dilectus. & 7. parti. titu. 33. l. 4. & 5. cũ alijs, quod ad eo obtinet, quod etiam ſi priuilegij verba tali aduerſentur interpræ̨tationi, ex cõſuetudine nihilominus admittitur ipſa interpræ̨tatio. ex tex. in. d. capitul. cùm dilectus. & inibi Anto. & ex tex. in. c. fi. eod. tit. & tradit inſigne Soci. in conſi. 84. accuratiſsime. num. 15. verſi. poſtremo. lib. 3. cum alijs de quibus ſupra memores fuimus in conſi. 15. in hac lite Venauentani. nume. 22. minimè enim mutanda ſunt, quæ certam habuerũt interpretationem. l. minimè. ff. de legib. & alibi ſępe traditur. & in terminis proprijs quòd priuilegium immunitatis interpretetur ſecundum vſum poſt ſuperueniẽtẽ tradit late Silua. conſi. 88. amicus. nume. 27. & ſequentib. lib. 2. & tradit Otalo. de nobili. c. 5. 4. 5. partis. col. 2.

6 Nec prædictis † oberit tex. in. l. 1. ff. de iur. immunni: qua ſtabilitur, immunitatis priuilegium ad deſcendentes ex fœminis non extendi.

PRIMO, quia id verum eſt, niſi cõtrariũ priuilegij verba comperiãt: quia princeps bene poteſt concedere ipſam immunitatem deſcendentibus ex fœminis. vt conſtat in ead. l. 1. ff. de iur. immuni & in. l. 10. *Quitamiento*. tit. 18. parti. 3. & in. l. 6. & ibi late Gregorius Lup. in verb. *De hijos dalgo*. ti. 27. parti. 2. & in. l. 1. C. de his quia princip. vaca. accepe. lib. 10.

SECVNDO quia dicta. l. 1. ff. de iur. immuni. tunc obtinet, cùm verbo poſteris ipſa conceſsio fiat: at ſecus ſi verbo deſcendentibus priuilegium immunitatis concedatur, ſiquidem verbum poſteris familiæ verbum compræhẽdat. ff. de munerib. & hono. l. vacatio. & familia deſcendentes per maſculinum ſexum tantum appræhendit. ff. de verb. ſignificatio. l. familiæ. & in terminis † quòd 7 immunitate deſcendentibus conceſſa, quòd deſcendentes ex fœminis compræhendat. palàm Alberic. cenſet in ead. l. 1. & ſingulariter Alexan. in. d. conſili. 160. colum. 1. lib. 2. & lucide etiam idem Alexan. in additionib. ad Bart. in. d. l. 1. ff. de iur. immuni. Et idem conſuluerit Deci. in conſil. 223. in caſu propoſito. nume. 4. colum. 2. verſi. ſecundo. & ſequẽti. Et ſi idem Deci. teneat contrarium in conſil. 468. ſuperiori anno. nume. 31. & 32. & in. l. fœminæ. nume. 69. ff. de regul. iur. & Alexan. in. l. quia tale. ff. ſolu. matri. Et ſi etiam alibi Bart. in. l. quoties. C. de priui. ſchola. lib. 11. dicat, quod & ſi † pri 8 uilegium concedatur mihi & omnibus deſcendentibus meis tam maſculis quàm fœminis, quòd filiæ ita demùm gaudent tali priuilegio, ſi ſint aut virgines aut viduæ: & quod ſecus erit, ſi ſint maritatæ, quia mutant ſtatum, & ſortiuntur forum viri. ex. l. mulieres. ff. ad municip. & Bar. referunt & ſequuntur plures doctores. quos citat Iaſo. in. l. quod princip. numero. 18. ff. de conſtitutio. princip. & in. l. cùm quædam puella numero. 3. ff. de iuriſdi. omni. iudi. in quibus locis ipſe Iaſo. refert ſolum Alexan. tenuiſſe contra prædictam reſtrictionem Bartol. in. dicta. lege. cùm quædam puella. in princip. columna. final. imo quod etiam fœminæ maritatæ debent gaudere tali

priuilegio.& Bartolus etiam refert & ſequitur Lauren. Silua. vbi alios refert in conſi.1.quoniam.nu.50.lib.1.

QVIN & vt dicta immunitas ad deſcendentes ex fœmina trahatur, ſat videtur aduertẽdum, quòd regina dictum conceſsit priuilegiũ etſic fœmina † qua-
9 re videtur eã noluiſſe excludere à dicta immunitate.ex tex.in.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.in fine.ff.ad Trebel.in verbis, *Ex conditione eius qui fidem commiſsit*. Et faciunt quæ ſingulariter conſuluit Anchar.
10 in ſimili caſu † de ſucceſsione maioricatu loquens in conſil.339.pro maiori.col.5. verſi.tertiò quòd proles.vbi tenet, quòd ſi fœmina fuerit conditrix maioricatus, non videtur fœminas excludere voluiſſe & Soci.in.l.Gallus.§.nunc de lege.verſic. ſecundò poteſt.ff.de libe.& poſtu.& Iaſo. in.l.ſed ſi hac.§. liberos.col.1.ff.de in ius vocan.& idem tenet Grat. in reſpõ.159.il luſtriſsime. num.14.libro.2. quod etiam tenent alij plures quos citauimus in relect.procœmij legum Tauri.nu.131.fol.21. & in terminis immunitatis ita tenet Deci.in.d.l.fœminæ.num.98.ff.de regul.iur. & Ferdina.Loazes in repeti.l.filius famil. §.diui.nu.176.ff.de leg.1.poſt Iaſo.in conſ. 117.in cauſa.col.2.verſi.ſecundo. lib.4.

PRÆTEREA dicta.l.1.ff.de iur. immu. non quidem locum habet quia fœminæ eſt facta dicta conceſsio, ſcilicet,
11 vxori dicti Toribij † quia cùm aliquid fœminæ tribuitur, etiam maſculus ex fœmina comprænenditur. ex text.in. cap.1.in titu.de eo qui ſib.& hæred.& Areti.in.d.l.Gallus.§.nunc de lege.colum. penultima.ff.de libe. & poſthu. tradunt moder.in.l.fœminę.ff.de regu.iur.Et expræſſe Loazes in.d.§.diui.nu.178.

NEC dici poteſt, quòd abſurdum eſt, quòd plus habeat nobilis ex priuilegio,
12 quàm nobilis ſanguine. † Nam deſcendentes ex fœmina nobilitate ſanguinis non pociuntur.ex tex.in.l.1.titulo. 11.parti.ſeptima, & citatis à Boeri. deciſione.246.numero quinto igitur nec nobilis ex priuilegio, ſiquidem in prõptu videatur reſpõſio: nempè quia rex potuit, noluítque contrarium.vt prædicta lucidè edocẽt. Sicut in ſimili dicimus † quòd 13
licet fœminæ exprẹſſe ſint excluſſæ à ſucceſsione maioricatus, nihilominus rex poteſt eas & ſuos deſcendentes habilitare ad talem ſucceſsionem maioratus. vt abundè diximus in repeti.procœmij legũ Tauri.num.323.fol.46.col.4.& ſequentibus.Et ſi in hoc Card.Paul.Pariſi.in conſilio.23.prima numero. 156.libro primo, dicat communis opinio eſt in contrarium.

ET prædictum priuilegium † perpe- 14
tuò eſt duraturum.ex tex.in.l.4.ff.de iur. immuni. Et quia principis priuilegium perpetuò decet eſſe manſuram. vt in authenti.conſtitutio. quæ de dignitatibus. §.illud.colla.6.cum alijs de quibus moder.in.l.benefitium.ff.de conſtitu.princi. Et quantò magis cùm deſcendẽtibus ſit conceſſum: quandoquidem † verbum 15
*Deſcendentes*.Omnes in infinitum compræhendit.C.de ſuis & legi. hæred.l.fi. & notat Iacob.de Belloui.in authenti. de reſtitu.fidei commi.in fine.colla.9. & etiã deſcendentes vltra quartum gradum. vt probatur in authenti.de hæredib.ab inteſta.venien.§.1.colla.9.& inſignè tradit Barba.in repeti.l.cùm accutiſsimi. colu. 12.C.de fideicõmi.& alibi ſæpe reperies.

Et eo maximè † quòd in dicto priuile- 16
gio ſuis quoque d̃ſcẽdẽtibus perpetuò cuſtodiendum præcipitur. & ob id ſemper durat.vt ſancit tex.in.l.10.& ibi latè Gre. Lup.tit.18.part.3.

NEC aduerſarijs ſuffragantur leges regiæ † quæ ſanciunt, quòd à muneribus 17
exempti de manetis tãtum intelligãtur.

Tum, quia in aliis diſsimilibus terminis dictæ leges loquũtur.vt ex eis cõſtat. Tum, & quia expræſsim in dicto priuilegio ipſę leges abrogantur. Tum etiã, quia cæſar noſter dictũ priuiligiũ cõfirmauit: & illud obſeruari præcepit: prout ante cõſuetũ eſt. Tũ & deníq;, qa dictę leges(vt conſtat in.l.1.tit.4.ordina.lib.4.quæ habetur lib.6.nouæ recopil.titu.14.l.22.) ex eo

editæ

editæ fuerunt, quod alijs ex ſoluentibus tributa prejuditium fit.(idem probantur in.l.8.titulo.7.lib.1.nouæ recopila.) quod in pręſenti ceſſat:ſiquidem expræſsim in dicto priuilegio ſit expræſſum,quòd contribuentibus certus numerus dipondiorum tollatur.& ceſſante legis ratione, ipſa quoque lex locum habere non debet. vt conſtat.in.§.quamuis.l.adigere.ff.de iur.patrona.cap.cùm ceſſante de appella. cum ſimilibus à Tiraquellus citatis in tracta.de ceſſante cauſa.1. part.nu.125.& ſequentibus.

Marcus Salon de Pace.
Legum Doctor.

## Summarium ſuper vigeſimo quarto conſilio.

1 *COMMISSI pœna vtens non poteſt petere penſiones præteritas.& per totum conſilium.*

6 *Intellectus gloſ.in capitulo potuit.de loca.in verb.item quid ſi dicat.*

7 *Gloſæ authoritas alias excedit.*

8 *Iudex præ occulis æquitatem habere debet.*

9 *Opinionibus in dubiis mitiori ſtandum eſt.*

10 *Intellectus authenti.de aliena.emphy: §.ſi vero quis.colla.9.& authentic.qui rem.C.de ſacro ſanctæ eccleſiæ & multis ſequentibus.*

11 *Lex debet intelligi ſecundum titulum ſub quo eſt ſituata.*

12 *Extenſio in pœnalibus locum habere non debet.*

14 *Intellectus.l.colonus.ff.loca.*

## Conſilium Vigeſimum Quartum.

DEI optimi maximi auxilio poſtulato, eiuſq; ſanctiſsimæ matris virginis Mariæ.In lite quæ in hoc regio prætorio verſatur, inter oppidum de Auñon, & Marchionem de Bondexar.Breui ius dicti oppidi probauimus,& ipſum oppidum à præteritis penſionibus à dicto marchione petitis abſoluendum.

1 NANQVE cùm dictus Marchior commiſsi pœna ſit vſus † terminum pro quo dictę penſiones ſoluebãtur,ſibi ſummens, præteritas & decurſas penſiones prætendere non poteſt. ex ſequentib.

2 PRIMO ex † tex.in.l.veſtigalia.§.primo.ff.de publica.vbi ſi veſtigalium cõductor penſiones præteritas debito non perſoluerit tẽpore,expelli valet: vel vſuræ ab eo ex mora recipi: at vero vtrũq; peti non permittit.

His & ſecũdò alludit † tex.in.l.3.§.Labeo.ff.de dol.mal.& met.excep.ibi. *Petitorem qui & hominem vendicat,& pœnã petit,exceptione eſſe repellẽdum: iniquum enim eſſe,& hominem poßidere,et pœnam exigere.* Quibus & cõducit tex.in.l.reſcriptum.§.ſi pacto.ff.de pact.& eſt optimus tex.in l.fi.in fine.ff.de eo quod cer.loc.ibi *Tanto magis quod creditori accipiendo pecuniam,etiam remiſiſſe pœnam videatur.* Quibus & addẽdus eſt tex.in.l.ſi duo.§.fi. 3

ff.ſiquis cautio.ibi. *Petendo pecuniam, exceptione ſubmouetur.*

Cæterùm & hæc ſententia ſubſtinetur ex tex.in.l.2.C de iur.emphy.cùm in pœnam non ſolutę penſionis, commiſſi pœ
4 nam concedit † at non inquit, præteritas penſiones ſoluendas, quod ex facili ſi voluiſſet, expræſiſſet. vt conſtat ex tex.in.c. ad audientiam.de decim.& in.l.1.§.fin autem ad deficientis.C.de cadu.tollen.& inibi Bald.& text.in.l.ſi ſeruum.§. prætor ait.verſi.non dixit prætor.ff.de acqui.hęred.& in.l.illam.C.de collat.cum alijs.

PRÆTEREA hæc ſuadetur opinio ex tex.in.l.28.titulo.8.parti.5.& in.l.3. titulo.14.parti.1.

DENIQVE & in proprijs terminis
5 † quòd petito commiſſo præteritæ penſiones peti nequeant. ſic palam tenet glo. in.d.l.2.C.de iur.emphi.in verb.repetere. cùm dicat, dominum commiſſum, aut præteritas penſiones petere poſſe, & non ambo iunctim.ex tex.in authen.de aliena.emphi.§.ſi quis locator.colla.9.& huic ſententiæ expræſſim vt pote equiori Angel.ad ſtipulatur.in.d.l.2.poſt Odofred.inibi.& palam etiam ibi Bald.& eſt etiam gloſ.in capitulo potuit.loca.in verb.item quid ſi dicat.ob id cenſens, proteſtationẽ eſſe neceſſariam, vt ex petitione vnius, alterum renunciatum non videatur. & ex-
6 præſſe ita † illam gloſ.intelligit Imol.inibi colum.24.dictæ aſſenciens ſententiæ. poſt Ioan.And.ibi & Ancharra.(etſi Bald. in.d.l.2.C.de iur.emphy.cenſeat, in hoc caſu proteſtationem non admittẽdam) & prædictæ opinioni etiam adhæret Iacob. de Belloui.in authen.de non alie.aut permutan.§.quod autem.colla.2.& Specul.in tit.de inſtru.edi.§.nunc aliqua. verſiculo vigeſimo ſexto quæro.& Bal.in addi.ad Specul.titul.de loca.col.3.verſi.emphyteota eccleſiæ.& late Iaſo.in.d.l.2.nu. 124.& ſequentib.verſi in ea gloſ.161.& ſequentibus.C.de iur.emphy.(vbi complures videndos, citat) eandem etiam opinionem tenet Guiller.de Cug.in authen. qui rem.C.de ſac.ſanct.eccleſ.quia dicit, quòd expulſio emphiteotæ ſuccedit loco nõ præſtitæ pẽſionis.ex tex.in.l.ſi duo. §.1.ff.ſiquis cautio.et idem tenet Paul.Caſtren.in ead.authen.qui rem.vbi et dicit, quod idẽ tenet Cin.in.d.l.2.C.de iur.emphi.et ibidem etiã Iacob.de Sãcto Geor. nu.45. Itáque conſtat Acurſi.Specul.Ioan. Andr.Iacob.de Belloui.Guiller.de Cug. Cin.Paul.Caſtren.Imol.Iacob.de ſancto Georg.hanc ſentẽtiam tenere. Quorum authoritas nõ minor eſt, quàm contrariã tenentium ſententiam † et glo.authori- 7
tas alias quidem excedit.Iacob.Butri.authore in.l.1.C.qui pro ſua iuriſdi.cũ alijs de quibus Anto.Corſet.in ſua quæſtione incipien.glo.authoritas. quã inuenies in fine Abb.repertorij.et late Ioan.de Neuiza.in ſua ſilua nuptiali.in titu.eſt tenenda communis opinio.col.3.verſi.etiam ſi eſſet.Et ob id, dicta ſententia præponenda eſt contrariæ ſententiæ. Et quia æquitatẽ habet † quam præ occulis iudex debet ha- 8
bere.ff.de eo quod cert.loc.l.quod ſi ephe ſi cum alijs.Et † in dubijs opinionibus mi- 9
tiori ſtandum eſt.ff.de pœn.l. penul.et fi. &.ff.de legib.l.begninior.Et prõptior † iudex eſſe debet ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.l. abſenſem.in princip. ff.de pœnis.& alibi ſæpe reus etiã magis fauendus eſt, quàm actor.ff.de regul.iur.l. fauorabiliores.cum ſuis vulgatis.

NEC huic ſententiæ aduerſatur † tex. 10
in authen.de alienatio.emphitheoſis.§.ſi verò quis.colla.9.in quo tex.cõtraria ſententia videtur probari.& in.d.authen.qui rem.C.de ſacro ſanct.eccle.

Tum, quia in emphitheoſi eccleſiæ loquuntur.& illis ita reſpondet Guiller.de Cug.& Paul.Caſt.in.d.authẽ.qui rẽ.& alij quorũ Cin.meminit in.d.l.2.C.de iur.emphi.in eius additione.& inſignè Imol.in. d.c.potuit & Iaſ.in.d.l.2.n.126.in princ.& ſat hoc cõſtat ĩ.d.§.ſi vero ĩ verb. *Damus licentiã venerabili domui.* Itẽ & cõſtat ex ipſa rub.qua.d.auth.qui rẽ.ineſt quę de rebus eccleſię agit † quia lex debet intelligi 11
ſecundũ titulũ ſub quo eſt ſituata.l.imperatores.in fine.vbi Bart.notat.ff.de in diẽ adict.

ad ict.l.fin.in princip.cum glo.ff.de cond. in debi.& hoc docet imperator in.l.1.§. ſed cùm nouellæ.C.de emenda.codi.& notat Laur.Silua.in conſ.88.amicus Plato.nu.18.li.2.poſt Anton.Butr.in.c.1.nu.2. de offi.de lega.& cum in eccleſia ſit ſpeciale, ius commune eſt in contrarium.l. quòd vero.ff.de legib.cum alijs.& maximè, quia cùm de pœnalibus hic agamus
12 † extenſio locum habere non debet.vt in authent.de non eligend.ſecund.nuben.§. cùm igitur.colla.1.cuius meminit Bald.in authen.ex teſtamento.C.de ſecund.nup. & idem conſtat in.l.ſi de interpretatione ff.de pœn.cum alijs. Et quia diſcrimē iura in alijs quoque faciunt inter emphyteoſim eccleſiaſticam, & emphytheoſim ab extraneo cōceſſam.vt traditur in.d.ca. potuit.& in.d.authenti.de aliena.emphytheo.§.ſi verò quis.colla.9.& in.l.28.tit.8. parti.5.& alibi ſæpe. Vel dicendum eſt
13 † quòd tex.in.d.§.ſi verò minimè concedat eccleſię vtriuſque petitionem, ſed cō miſſum, vel præteritas penſiones vt intelligit glo.in verb.repellere.in.l.2.C.de iur. emphi.& cōſtat, quia dicto.Et quæ ineſt. in.d.§.ſi verò.ꝑ alternatiua ſummitur.ff. de verb.ſignifi.l.ſæpe.& in.l.cōiunctionē. eo.ti.& hoc ex equitate, quæ hic adeſt.argumen.d.l.pen.ff.de pęn.& in.l.ſi me & titium.ff.ſi cert.peta.& alibi ſæpe.

TERTIO dici poteſt, quòd tex.in. d.§.ſi verò quis.loquitur, cùm vtrūque ſimul petitur: ſeu vnum, cum dicta proteſtatione: at ſecus ſi vnum tantum ſit petitum.vt contingit in caſu noſtro.

CVI rei nec etiam † obſtat.l.colonus. ff.loca.ſiquidem in ſimplici loquitur colono: non verò in emphytheota.vt tenēt prædicti doctores noſtram tenentes ſententiam.& diſsimilitudinis rationē Ioan. de Imol.aſsignat in.d.cap.potuit. col.24. 14

ET ita luce clarius conſtat, hanc noſtram ſententiam optimam & equabiliorem: etſi iudices hac in cauſa contrarium iudicauerint: & maximè in noſtro caſu hæc præualet ſententia, quia dictus marchio citra dictam poteſtationem in iuditio à dicto oppido dictam commiſsi pœnam petijt: & deinde anno iam decurſo ſuper dictis penſionibus præteritis agit.

DEMVM & principaliter hoc in caſu hæc obtinent, quia in contractu emphytheotico in caſu non ſolutæ penſionis commiſsi pœna tantum imponitur cum meliorationibus in dicto termino factis † & non cauetur in dicto caſu & 15
pēſiones præteritas peti poſſe, igitur hoc videtur in dicti oppidi fauorem conſiderandum.ff.de pact.l.ſi vnus.§.ante omnia. & ff.de fideiuſſo.l.fideiuſſores magiſtratum cum alijs.quibus & conducit tex.in cap.per tuas.de arbit.& text.in.l.fin.C.de pact.conuen.

ET hæc ſufficiant in fauorem dicti oppidi dixiſſe.

Doctor Burgen.Marc.
Salon de Pace.

# Summarium ſuper vigeſimo quinto conſilio.

1 *SPOLIATVS ante omnia eſt reſtituendus.*

2 *Ius transfertur ex regia donatione ſeu priuilegio.*

3 *Spoliatus a iudice ſine cauſæ cognitione debet ante omnia reſtitui.*

4 *Poſſeſsio non eſt auferenda etiam prædoni citra cauſæ cognitionem: alias ei competit remedium recuperandæ.*

5 *Spoliatio quando non ſit facienda virtute regiæ facultatis. & pluribus ſequentibus.*

6 *Poſſeſsio alicui ablata per principem ſine ordine iudiciario, principi non acquiritur*

tur vlla poſſeſsio.

7 Donatio regia amplianda eſt: non vero reſtringenda.& nu.11.& .13.et ſequent.

8 Principis liberalitas non debet freno ſubiacere.

9 Principem liberalem eſſet decet.

10 Donatio remuneratoria ſui natura fauorabilis eſt.

12 Merita præcedentia donationem præſumi efficiunt.

14 Princeps recenter quæſita facilius alienare poterit.

15 Donatio regia qualiter facta intelligatur:& quid compræhendat. & per totũ conſilium.

16 Merita debent eſſe æquiualentia donationi remuneratoriæ.

17 Donatione regia ſi expreſſus ſit numerus vaſallorum, quos rex donat, eã non reſtringit ad merita nec ad numerũ vaſallorũ in ea expræſſam, et plenius. n.22 cum plurib ſequentib.

18 Principi aſſerenti merita inſpetiæ præceſiſſe, plene credendũ eſt. Et inibi quod idem eſt, in aſſertione vniuerſitatis donantis propter merita.

19 Donatio regia regulatur ex ratione in eius prooemio expræſſa.

20 Ratio vbi eſt amplior dicto, ad rationis limites trahitur.

21 Donationis regiæ verba non debent eſſe ſuperflua.

22 Princeps ſi in ſua regia donatione non exordiatur a numero ſed a corpore, videtur concedere omnia compræhenſa in corpore.& fere per totum conſilium.

24 Diſpoſitionis verba potius in dubio ſũt iudicãda demõſtratiua, quã reſtrictiua.

25 Dictio vſq; non eſt reſtrictiua, ſed ampleatiua: & non ponitur incluſiue, ſed excluſiue.

26 Princeps per quæ verba videatur omnia oppida cum ſuis vaſallis & terminis concedere.& nu.27.& ſeq.& .n.37.

27 Verba cui non conneniunt, nec etiã conueniunt diſpoſitio.

30 Dictio quodcunque apoſita in regia donatione, quid ſignificet.

31 Reſeruatio certarum rerum apoſita in regia donatione, quid operetur.& .n.32.

33 Princeps non cẽſetur, ſe incontinẽti vele corrigere per aliqua verba apoſita in ſua regia donatione.

34 Verba ſcripturæ ita explicanda ſunt, ne ſibi aduerſentur.

35 Verba apoſita in clauſulis executiuis regiæ donationis non extendunt nec reſtringunt donationem regalem.

36 Dictio ſegun apoſita in regia donatione quid ſignificet.

38 Diſponentis gloſa cum reperitur, nulla alia admittitur explicatio.

39 Schedula regia cõceſſa in præiuditiũ alicuius non tenet, ſi citatio non præcedat.

40 Citatio eſt de iure diuino.

41 Principe procedente ſine citatione, non præſumitur pro eo.

42 Principis declaratio facta ſine citatione non valet: nec per eam alicui ius tollitur.et num.43.

44 Principis aſſertioni factæ in ſuis ſchedulis non eſt ſtandum: cum de eius agitur commodo.

45 Clauſulæ de plenitudine poteſtatis et ex certa ſcientia non operãtur in tertii præiuditium.

46 Rex non poteſt ex interuallo ſuam donationem perfectam modificare.

47 Princeps tenetur dare bonum cambiũ, quando alicui tollit ſuum ius.

48 Princeps non poteſt reuocare ſuam donationem remuneratoriam.

49 Donatio prĩcipis remuneratoria etiã ex cauſa ingratitudinis reuocari nõ põt.

50 Donatio remuneratoria non eſt donatio, ſed quidam contractus.

51 Contractus principem ligant.

52 Cauſa non præſumitur in principe veniente contra eius contractum.

53 Prĩceps ex quibus rationibus obligetur ſuis contractibus et pactionibus.et ſeq.

54 Rationes naturales principẽ aſtringũt.

55 Princeps in contractibus priuatus reputatur.

56 Equalitas omnis debet eſſe in contractibus: nec contractus debet claudicare.

57 Prin-

57 *Princeps conſtans eſſe tenetur.& plura alia inibi de principe.*

58 *Lex perfecta donatio. C. de dona.quæ ſub mod.habet etiam locum in principe. & num.46.*

59 *Intellectus.l.qui fũdos.C.de omni agro de ſer.li.11.& ibi late,an princeps poſſit apponere conditionem ſuæ donationi. et præcedentibus.*

60 *Declaratio vt dicatur,requiritur,quod res ſit dubia.*

61 *Declarare qui poteſt, non poteſt corrigere.*

62 *Error conſtare dicitur in conficiẽte duo inſtrumẽta; quorum vnum ſe refert ad aliud,in quo minus continetur.*

63 *Confeſſio non nocet, quãdo confitens ſe refert ad aliquod inſtrumentum,in quo contrarium conſtat.*

64 *Error conſtat,ſi rẽ aliter ſe haberi apareat.*

65 *Error in facto proprio quando tolleretur.*

66 *Conſenſui nihil ita contrarium eſt,ſicut error.*

67 *Errans non videtur ratiſicare actum.*

68 *Proteſtatio ſeu reſeruatio proteſtanti ius conſeruat.*

69 *Spoliatus conſentire non videtur.*

70 *Laudi emologatio ex præſſa quãdo non noceat.*

71 *Metus iudicis ex quibus præſumatur.*

72 *Metum iuſtum operantur blanditiæ potentum.*

73 *Metus iuſta ſuſpitio habetur pro iuſto metu.*

# Conſilium Vigeſimum Quintum.

DIVINO poſtulato auxilio. In punctis ad me tranſmiſſis à quodam donno Franciſco de.B. ſequentia iure eſſe cenſerem.

PRIMVM quòd cùm dictus donnus Franciſcus poſſederit oppida, ſuper quibus lis hæc ventilatur, à quibus ſpolia-
1 tus eſt † ante omnia eſt reſtituendus. C.
ad.l.Iul.de vi.l.ſiquis ad ſe fundum. &. C.
inde vi.l.ſiquis in tantam.&.l.5.tit.10.parti.3.&
in.l.fi.tit.10.parti.7. cum alijs notiſ-
2 ſimis † Quorum oppidorum ius etiam
ex regia conceſſione ad dictum dominũ
eſt tranſlatum.ex tex.in clem.auditor.de
reſcrip.& id ad notat Ioã.And.in.c.cùm
olim.de verbo.ſigni.& Bald.in præludijs
feudorum.col.7.& traditur in.c.inter dilectos.de
fid.inſtru.& per recentiores in
l.quotiens.C.de rei vendi.& abũdè Alex.
in.conſi.3.ex his quæ.col.pe.ver.ſeptimò
lib.5.& Deci.in conſi.689. viſo puncto ſu-
pra ſcripto.col.fi.quod etiam tenent plures
alij quos ſequitur And.Tira.in tracta.
de nobilita.c.37.nu.51.

ET adeò dicta.l.ſiquis ad ſe fundum & ſimilia iura obtinent, quòd locum habent,quantuncũque ipſe Franciſcus à iudice
ſit ſpoliatus:cùm citra cauſę cogni-
tionem ſit ſpoliatus † éſtque ei reſtitu- 3
tio facienda poſſeſſionis. vt traditur in.l.
meminerint.& in.l.ſi quandò.C.vnde vi.
& in.c.conquærente.& illic docto. de re-
ſti.ſpolia.probatur etiam in.c.ex inſinua-
tione.de procura.& in.ca.notum.2.q.1.&
inibi Archid.ſunt & aliæ concordantiæ
de quibus meminit Feli.in.c. eccleſia ſan-
ctæ Mariæ col.12.nu.30. verſi. ſexto nota.
de conſtitu.& notàt Alberi.in.l.fi.C.ſi per
vim vel alio mod.& Deci in regul.nõ vi-
detur data.§.qui iuſſu.ff.de regul.iur.cum
alijs de quibus meminit Nicola.Boeri.in
deciſio.238.& videtur.nu.4. Non enim
† poſſeſſio etiam prædoni citra cauſæ 4
cognitionem auferenda eſt:alias enim re-
cuperãdæ remedio illi ſucurritur. ex tex.
in.c.in literis.de reſti.ſpol.& ibi docto. &
in.l.1.§.qui à me.ff.đ via & vi arma.& ſcri-
bentes in.d.l. meminerint. & tradit Bal.
in.l.nam ita diuus.col.2.ff.de adopt.& do-
cto.in.l.2.C.vbi in rem act.& eſt ad prædicta
text.in.cap.licet epiſcopus.de præ-
bend.lib.6.& inibi docto.& latè Ioan.Frã-
ciſc.

ciſc.de Rip in.l.naturaliter.§.nihil commune.nu.46 & ſequenti.ff.de acqui.poſſe. cum alijs de quibus ſingulariter Ioan Plot.in ſuo tracta.quem fecit de in litem iurando.ſub repeti.l. ſi quãdo.C.vnde vi. §.46.per totum.

5 NEC oberit † quòd ex facultate regia ſpoliatio facta fuerit.ex tex.in.d.l.meminerint.& in.l.authoritate.C.vnd.vi.& in.l.3.tit.14.ordina.lib.3.( quę habetur.lib. 4.nouæ recopila.tit.13.l.2. cum ſimilibus de quibus meminit Matthę.de Afflict.in deciſio.116.princeps.col.fi.nu.5.verſi.nam illi qui poſt Innoc.in.c.inter quatuor.inibíque alij docto.de immuni.eccleſia. Et ſi in hoc contrarium teneat Deci.in cõſi. 125.in cauſa.col.2.verſi.ſed tamen. & late Albert. Brun. in conſil.19. omnipotentis. per totum.& idem Matthæ.de Afflict.in deciſio.302.aliud dubium nume.2. & ſequentib.

QVID plura, & cùm dicto donno Franciſco poſſeſsio fuerit ablata, vt regi redderetur,non tamen ipſi regi poſſeſsio quæſita fuit.ſiquidem † cùm princeps ci-
6 tra iudiciarium ordinem alicui tollit poſſeſsionem, principi ipſa non acquiritur poſſeſsio.vt probatur in.l.fi.tit.13. ordina. lib.3 (quæ habetur lib.4.nouæ recopil.tit. 15.l.1.)ibi. *Pero ſi alguno de los reyes nueſtros predeceſſores de hecho y ſin conocimiẽto de juyzio tomare la poſſeſsion de la juriſdicion:y deſpues fueſſe cobrada la tenencia y poſſeſsion por aquel o aquellos que la ante tenian por nueſtro mãdado, o en otra manera ſin fuerça y ſin engaño:que por interrupcion no ſe entienda ſer deſtajado el tiẽpo en que la podia ganar:porque al Rey y a la ſu voz no ſe pueden defender los ſuyos.* Et in terminis ita Bald. tenet in.l. 2. col.5.C.de ſerui.& aqua. ad quod ibi citat Innoc.in.c.bonæ.in.2.de poſtula.prelato. quo in loco idem Bald.ſuper Innoc. hoc idem cenſet.& Lauden.in ſuo tracta.de primogenitu.concluſio.279.qui inuenitur in.13.volumi.tracta.diuerſorum doctorum.

VERVM, & in ſecundo puncto dicimus,regiam mageſtatem eius in cõceſsione dicti Franciſci fauore edita, nõ tantum eidem quatuor millia vaſallorũ tribuiſſe,ſed & omnia opida in ipſa cõceſsione contenta:& ob id ſequitur,vaſallorum numerationẽ eſſe ſuperuacaneam, & hoc ex ſequentibus.

PRIMO hoc conſtat † quia regia 7
donatio amplianda eſt:non verò reſtringenda.iuxta notata in.l.fi.ff.de cõſti. princip.& in.ca.olim.de verb.ſignifica. quare tex.in.l.fi.C.de præpo.agen.in reb. lib.12. ait per abſurdum per quam temerarium eſſe, principis liberalitatem non ad augmentum ſed ad diminutionem conuertere † non enim principis liberalitas fre- 8
no ſubiacere debet.l.donationes quas diuus.C.de dona.int.vir.& vxor. &.l.ſancimus.§. exceptis. C. de donatio. quorum iurium Oldrad.meminit in conſi.252. ad quęſtionem.col.2.quo cenſet loco, ſemper regiam conceſsionem quantum poſibile ſi,ampliandam eſſe:& hoc regis perſona appenſa.ad quod & facit text. optimus.in. cap. & ſi quęſtiones. & illic Abb. de ſimo. & quia † principem liberalem 9
eſſe decet,& ſeruitia ſibi impenſa perſoluere.ex tex.in.cap.1. de donatio. & inibi Abb. & traditur in.c.grãdi.de ſuplen. negli.prælato.lib.6.optimus tex.in.l.2.tit.9. ordinamen.lib.5.cum peculiare regis ſit, nihil quæ ei magis expediat, quam liberalitatem exercere.authore Cicero.eiúſque largitas illum clariorem reddit. vt ait idem Cicero lib.1.de offi. eúmque & beatiorem cõſtituit.de celebra. Miſſa.c. cum marte.& ob id, quę princeps concedit,& ſi magna,parua exiſtimari conſueuerunt.vt ait glo.in.l.ſed & ſi ſuſceperit. §.ſed &.verſi. modica. de iudic. & ita ſæpe principem feciſſe legitur, nempe de Alexandro,qui pauperi potenti elemoſinam,ciuitatem dedit,& cùm pauper ediceret,immodicam ingentem quę ſibi illam gratiam fuiſſe, Alexander ipſe reſpõdit,non quidem curo, quid te accipere decead,ſed quid me dare oporteat,prout Tulius recenſet,cuius meminit Ioã.Lup. in

in repeti.rub.de donat.int.vir.& vxo.§.9.
nume.3.verſi.ſimilem liberalitatem.fol.5
col.2.inibi quæ alia ſimila citans. & facit
quod tradit Tiraquel. de nobilita. ca.37.
nu.47.

QVÆ quidem præcipuum ex ple-
riſque rationibus ſubſiſtunt.

10 PRIMO quia dicta conceſsio † re-
muneratoria eſt, vnde ſui natura fauora-
bilis eſt.l. Aquilius regulus.ff. de donatio.
l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hęredi.
cum alijs quorum Iaſo. meminit in.l. ex
hoc iure.col.10.nu.53.& ſequētib.ff.de iu-
ſti.& iur. & recentiores præſertim And.
Tiraquel. in repeti.l. ſi vnquam. in verb.
donatione largitus. nu. 11. cum pleriſque
ſequentib.C.de reuo.dona. & Ioā Lup.in
repeti.d.rub.de dona int.vir.& vxo. §.50.
nume.1.& ſequentib.fol.29.col.2. & paſ-
11 ſim etiam traditur.& ob id † huberius in
terpretāda eſt quam aliæ donationes.au
thore Guiller.de Cug.cui cōſentit Alex.
in.l.3.in princip.ff.quod quiſque iur.& De
ci.in.c.fi.de conſtitu. col.2. in princip. &
idem Deci.in.conſi.468.ſuperiori.nu.14.
& ſat conſtat in.l.ſi verò non remuneran-
12 di.§.idem Papinianus.ff.manda.vbi † me
rita præcedentia donationem præſumi
efficiunt,quod etiam latè tradit Iaſo. in
d.l.ex hoc iure.nu.57. verſic. quintus effe-
ctus.ff.de iuſti.& iur. & idem Iaſo. in.l.ſi
non ſortem.§.libertus.nu.8.verſi.quartus
notab.ff.de cond.in debi.& alibi ſępe.

SECVNDA ratio eſt,quia dicta
ſeruitia dicti donni Franciſci aduerſus in
fideles fuerunt, & quę in recuperatione
certorum locorum, accuratiſsimè fecit,
ſe ſubmittens varijs periculis in fauorem
fidei catholicæ regiæ quæ coronæ fecit.
13 vt notorium omnibus eſt, † quam ob rē
dicta conceſsio fuſius ampliuſque eſt in
telligenda, quàm reliquę donationes. vt
conſtat in.l.1.C.de propo.labo.lib.12.& in
l.1.C.de caſtren.omni. pala. cod.lib. quæ
iura Oldra.ad hoc citat in conſil.300 fa-
ctum tale.col.2.verſi.dicit enim impera
tor.quibus & accedat text. in.l. princeps.
C.de princip.agen. in rebus. & in.l. dona
tiones quas diuus. C. de dona int. vir. &
vxo. Et quæ adducit And. Tiraquel.in.d.
l.ſi vnquam. in verb. donatione largitus.
nu 73.&.74.

TERTIA ratio,quia dicta cōceſ-
ſio eſt oppidorum nouæ quæſitorum per
dictum donnum Franciſcum † ſiquidem 14
recenter quęſita princeps facilius aliena-
re poterit,non quæ ſubiacent regulis alio
rum ſuorum bonorum regalium. ex tex.
in.c.abbate ſane.de re iud.lib.6.& ad no-
tat Bald.in.l.1.col.penul.C.ſi plur. vna ſen
ten.fue.condemna. & eſt ad idem opti-
mus tex.in.l.1.tit 17.parti.2.verſic. *Eſtas
heredades*. In verbis. *Que ouieſſe hereda-
do,o comprado, o ganado apartadamente
para ſi.* Et ſatis pręedicta probantur in.l.8.
tit.1.partic.2.Et dicit notanter Gulielm.à
Perno Syrac.in. conſi.4. quondam.nu.9.
(qui reperitur in nouo volumine cōſilio-
rum feudalium diuerſorum docto. fol.
234.col.2.) quod in feudis nouis largior
eſt diſponendi licentia,quam in antiquis
& vltra eum idem plene tradit Aluar. Va
laſc.de iu.emphi.1.par.q.49.nu.6.

SECVNDO principaliter ex alio
conſtat,dictam cōceſsionem de quatuor
mille vaſallis tantum nō eſſe factam, ſed
de oppidis in ipſa regia donatione collo-
catis,cū eius omnibus oppidanis. ex tex.
in.l.9.tit.4. parti.5. quę ſancit † in regia 15
donatione omnia in oppidis extantia ve
nire,præter quàm ius monetas conficien
di, ſuprėmam quę iuriſditionem.idem
& conſtat.2.parti.tit.15.l.5. Quin & ſtabi
litur in.l.2.titul.9.lib.5.ordina. in regia cō
ceſsione nō tantum expręſſa venire, ſed
& illa quę princeps voluiſſe creditur: & ſi
expecificè in ea non ſint contēta. quibus
conducit text.in.l. licet imperator. ff. de
leg.1.cum ſua materia. & ob id Præpoſi.
in.cap.1.§.in generali. in titul. ſi de feud.
fuer.controuer.int domi.& agna. colum.
1.dicit, quòd in principis conceſsione de
aliquo caſtro facta,quòd in tali cōceſſio-
ne veniunt omnia in caſtro exiſtentia,cū
omnibus ſuis vaſallis:& ſi in ea non fue-
rint nominata,conſiderata pricipis per-
ſona,

ſona,eiúſque & cui fit conceſsio. ex text.
in.l.plenum.§.æquitij.ff.de vſu & habita.

TERTIO hæc ex alio eluſcent,
quia dicti donni Franciſci ſeruitia omni
bus ipſis oppidis & vaſallis correſpõdent:
16 igitur exiſtimandum eſt † ea omnia in
dicta regia conceſsione veniſſe.ex tex.in
l.ſemper inſtipulationibus. & inibi Bart.
ff.de regul.iur.& idem habetur in.l.1.ff.de
ſuperficieb.& idem glo.in.§.1.in verb.agẽ
do.& Bart.& ſcribentes in.l. patronus.§.
Sempronius.col.3.verſic. fallit.ff. de leg.3.
citantes Dinum ibidem. & idem tenent
Bart.& docto.in.l.meminiſſe. col.fi.ff.de
offi.procõſul.& Alberic.in authẽti. quod
ius.col.3 C.de procura.& Bald.in authen-
ti.hoc amplius.col.fi.C.de fideicõmi.idẽ
Bald.in.l.1.col.1.C.qui teſta.face. po. & in
l.ex conuentione.col.2.C.de pact.quibus
& fauet tex.in.cap.relatum.in.2.de teſta.
ibi. *Iuſta ſeruitii merita.* Quo fit, vt Cor
ne.cõſuluit in conſi.59.licet videatur.col.
2.in fine.verſi.& licet Oldra.lib.4.vbi ait,
17 † quòd numerus in donatione impoſitus
eam minimè ad ipſum reſtringit prætiũ
ſi vltra numerũ in donatione expræſſum
meritoria eſt. ex notatis in. d.l.1.§.1.ff.de
ſuper facieb.& palam idẽ cõſuluit Alex.
in conſi.39.vertitur lis.col.3.verſi.item nõ
deponit.lib.5. Quorum ſeruiciorum in
ſpetiæ ipſe rex in dicta cõceſsione ſpecia
18 tim meminit † & ob id ei plene creden
dum eſt.ex tex.in clem.1.de probat.& ibi
dem glo.& communiter docto. tradunt.
& per eoſdem in.ca. cùm nobis. de præ-
ſcript.& tenet Bart.in.l. ſi forte. ff. de ca-
ſtren.pecul.& Paul.Caſtrẽ. & alij in.l. per
diuerſas.col.fi.C. manda & per docto.in
d.l.Aquilius regulus.ff.de donatio. & in.l.
ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff. de peti. hęre-
di.cum alijs de quibus Deci. & recentio-
res memores ſunt in.l.ſi donatione.nu.19
&.23 C.de collat.& copioſe Iaſo.in conſi.
154.ad habendam.nu.3.&.4.lib.2.& Deci.
in conſi.20. in cauſa iſtorum. per totum
conſilium. & faciunt tradita per Carol.
Ruin.in conſi.217.iudendũ nu.2.&.3.lib.1.
vbi allegando Bart. in.l. ambicioſa. ff. de
decret.ab ordi.facien.vbi ait,quod ſtatur
aſſertioni vniuerſitatis quòd ex cauſa re-
munerationis immunitatem concedit.
& ſi contrarium teneat Lauren. Silua. in
conſi.4.viſo priuilegij.nume.4.lib.1.& vi
de quæ in contrarium adducit Aym.cõſi.
135.verba.nu.42.

QVÆ & ſuadentur, quia cùm rex
in dicta donatione reddiderit cauſam
ſuæ donationis,nempè propter dicta ſer
uitia,ſit quę ipſa ratio in procemio poſita
finalis reputatur † & ſecundum eam re- 19
gulãda eſt prædicta regia conceſsio. ff. de
hæred.inſti.l.fi.& illic Bald.& tex.in.l.re-
gula.§.fi.ff.de iur.& fact.igno. tex. & illic
docto.in.l.1.ff.ad Macedonia. & ſcriben-
tes in.c.2.de appel.† & vbi ratio amplior 20
dicto eſt , ad rationis limites trahitur.ff.
de leg.2.l.cùm pater.§.dulciſsimis.tradi-
tur in.l.pater filiũ.§.fundũ.& illic Bart. ff.
de leg.3.tex.etiam & inibi Bart.in.l.regu-
la.§.ſiquis ius.ff.de iur.& fact.igno.& Bal.
in.l.conuenticulam.C.de epiſcop.& cle-
ri.col.pe.

PRÆDICTA veritas etiam cõ
ſtat,quia ſi dictę conceſsionis ſeriem ap-
pendamus,oppida quidẽ à rege ſunt do-
nata,ibi. *Por la preſente hazemos os mer*
*ced gracia y donacion pura perfecta non re*
*uocable,que es dicha entre viuos, para ſiẽ*
*pre jamas delos pueblos y villas.* Et cùm
in verbis nulla ad ſit dubitatio,de alio in-
tellectu dictæ regię cõceſsionis minimè
per tractandum eſt.l.ille aut ille.§.cùm in
verbis nulla dubitatio.ff.de leg.3. cũ alijs
notiſsimis.quæ quidem verba ſuperflue-
rent,ſi noſter non reciperetur intellectus
& ob id † noſter intellectus recipiendus 21
eſt,ne ipſa verba ſuperuacanea ſint. cap.ſi
Papa de priuileg.li.6.&.ff.de leg.1.l. ſi quã
do.cum alijs.nanque etiam verbum vnũ
non debet exiſtimari ludribio impoſitũ
ff.de contrahẽn.empt.l.hanc legẽ. & tex.
in.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſuris.& notat Bald.
in rub.C.de contrahẽn.empt.col.3.verſic.
nono quæro.cum alijs de quibus And.Ti
raquel.in ſuo tracta.( intitulato) nihil fru
ſtra.Imò & ſuperfluitas euitatur ex repe-
titione

titione cùm res ſit clarior. ex ſententia glo.in.c.1.in verb.& filio.& ibi Dominic. & docto.de ſum.trini.lib.6. cum alijs de quibus latè idem Tiraquel.de vtróque re tract.tit.de retra.ligna.§.21.nu.4.&.5. Et quidem imputandum eſt regi, ſi non expręſsit id quod mente tenebat.ff.de pact. l.veteribus.&.C.de condi.ob cau.l.ſi repe tendi.cum alijs.

CÆTERVM hęc & conſtant, quia rex in dicta conceſione à numero non exorditur:nec dictum vaſallorũ numerum donare ait,ſed à corporibus inci piens,ait, dicto donno Franciſco prædi cta oppida donare(quę ſunt Hiſpanię) vſquæ ad numerum quatuor mille vaſallo
22 rum, † quarè concẽſio ipſa nõ eſt reſtrin genda tantum ad decem mille vaſallos: ſed omnes compręhændit vaſallos in dictis oppidis commorantes. quæ ſententia optimè probatur in.l.qui fundũ.§.qui agrum.ff.de contrahæn.emptio.& in.l. cùm pater.§.pater qui filio.ff.d leg.2.& in l. ſi ſub cõditione.§.ſi libertus.in.2.reſpõ. ff.de leg.1.& in.l.falſa demonſtratio.ff.de condi.& demonſtra.& in terminis ita Oldrad.conſuluit.in conſi.197.in conceſione.col.1.verſi.ſed ego contrarium. vbi tenet,quòd ſi conceditur inſula quę eſt iuxta loca epiſcopalia,& quæ quinquaginta brachia in longum habet,quòd cùm hæc cõceſsio à corpore ſummat initiũ, quòd verba ſequentia quæ de numero loquuntur,conceſsionem ad ipſum numerũ mi nimè reſtringũt:ſed quòd donatarius totam inſulã habebit,& ſi plus habeat, quã continetur in dicto numero expræſſo.ad quod Old.allegat tex.in.l.cùm his verbis. §.pater famil.ff.de leg.3.& huic Old.ſententię conſentiunt Ancha.Imol.Abb.& Barba.cæteríque docto.in.ca.per veſtras. de donationib.poſt Ioan.And.in additionib.ad Specul.tit.de empt.& vendit.ver. 22.& Alberi.in.l.conſenſum.ff.de contra hæn.empt.& Paul.Caſtren.in.l.ſi ſeruum §.ſi modus.ff.de act.empt.& in.l.ſi venditor.col.fi.ff.eod.tit.& in.l.ſi duorũ.ff.eod. Sali.in.l.2.C.de cõtrahęn.empt.& Alex. in conſi.44.viſis argumentis.col.2.lib.6. & in conſi.106.viſo proceſſu.eod.lib.6.& in conſi.107.quàmuis.nu.1.& nu.2.eod.lib. 6.inibi dicens,hoc eſſe doctorum commune placitum.& idem Alex.in conſil. 120.viſis.col.fi.lib.2.& in conſi.82.in cauſa & lite.nume.1.lib.7.& in conſi.133.viſo proceſſu.col.4.lib.1.& Corne.in.d.conſil. 59.col.2.&.3.lib.4.& Iaſo.in cõſi.73.aggre dior.nume.1.per totum lib.1.ex pleríſque rationibus illic congeſtis.et ibi dicit,docto.indiffetenter ita concludere. Et faciunt quæ in ſimili conſuluit Paul.Pariſi. in conſi.64.luculenter.nume.6.10.et ſequen.et nume.76.et ſequẽ.lib.2.et Anto. Gome.lib.2.varia.reſolu.titul.de emp.et vendi.nume.16.Quibus et conducit Bart. ſentẽtia in.l.Iulianus.§.ſi Titius.ff.de act. emp.Et quę abũde tradimus in noſtra ſolemni repeti.l.3.Tauri.nume.268.et.269. poſt Couarru.in.c.3.pratic.qq.nume.1.et ſequentib. 23

QVÆ doctorum ſententia † maximè in caſu noſtro obtinet.

Tum quia donatio regia eſt.vt conſuluit Alex.in.d.conſi.107.lib.6.nu.3.

Tum,etiã quia pręter id, quòd à corpore princeps exorditur in dicta eius cõceſsione,alia confluunt verba, quæ hanc rem palam comperiunt, quorum ſupra memores fuimus,erimúſque.

Tum,& quia pro quolibet ex dictis decem mille vaſallis nullum eſt aſsignatum prætium.vt aduertunt dicti docto.in prædictis locis.

Tum,item quia dicta donatio remuneratoria(vt explicuimus) fuit, & ſeruitia ipſi donationi omnium oppidorum correſpondentia.

Tum,quia in hoc caſu ante dicta verba vſque ad numerum quatuor mille vaſallorum dicta verba quæ ſunt in tali prouintia præceſſere:quæ ſicut demonſtratiua ſunt,ſic & ſubſequẽtia. vt palam dicti doctores in dictis locis conſiderant, maximè Alex.in.d.conſi.82.nu.1.poſt principium.lib.7.& in.d.conſi.107.nu.2.lib.6. Quæ & cõfirmãtur,quia dicta verba quæ ſunt

ſunt in tali prouintia nõ quidem ſunt ex præſſa ad ipſam conceſsionem extenuandam: ſed vt qua parte ipſa oppida ſint inſinuetur, eadem igitur & ratione, & dicta verba vſque ad numerum decem mille vaſallorum ad demonſtrationem collocata ſunt in ſcriptura dictæ donationis.

24 Quod & denique ſuadetur † quia potius in dubio verba diſpoſitionis demonſtratiua, quàm reſtrictiua iudicanda ſunt Bart. notat in l. centurio. col. 11. ff. de vulg. & pup. ſubſti. & Deci. in conſi. 324. conſuluit accurate. num. 3. & alibi ſępe. & Alex. idem notat in prædictis conſilijs.

25 NEC dicere oberit † quòd dicta dictio. *Vſque* reſtrictiua videatur. Quia nõ quidem eſſe reſtrictiuam in donatione principis præcipuùm reperimus. Quim & extante dicta dictione. *Vſque* eadem in eſt ratio: & ſi caſus in quibus doctores prædicti conſuluerunt, alia verba ſimilia in diſpoſitionibus appoſita fuere, quę tantum reſtringere videntur, ſicut prædicta dictio. *Vſque.*

Proindè dicta dictio. *Vſque* in materia fauorabili (vt eſt pręſens) non excluſiue impoſita cenſetur, ſed ampliatiuè. vt legitur & notatur in l. meminiſſe. ff. de offi. proconſul. & in l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. 3. & inibi docentes. & latè Iacobi. in ſuo tracta. feudor. in verſicul. præſentes. col. 2. nu. 7. char. 18. col. 4.

Præterea dictio. *Vſque* cùm de concedentis apparet mente, non excluſiuè, ſed incluſiue explicatur. ex tex. in l. fi. §. ſenatores. ff. de ſenato. & ibi Alber. & in authẽti. quod ius. C. de procura. idem Alberi. in eius dictionario. in verb. vſque. poſt Bart. in l. patronus. §. Sẽpronio. col. 3. ff. de leg. 3. quo & cenſet loco, ſat eſſe, ſi ex conjecturis apparet de mente concedentis. idem tenet Bald. in l. à caligato. C. de nupt. Quid plura, & quando rei totæ, & non tãtum parti prætium correſpondet, (vt hic ſeruitia dicti dõni Ferdinãdi) tunc enim dictio. *Vſque* incluſiue, non quę reſtrictiue intelligitur. ita Bart. authenti. hoc amplius. in fine C. de fideicõmi. & notat idẽ Bart. in d. l. patronus. §. ſemper. ff. de leg. 3. col. 2. & Bald. in d. authenti. hoc amplius. col. fi. & Alberi. in d. eius dictionario. in verb. vſque. idem Alberi. in l. qui fundum ff. de reb. dub.

Deníque quòd dictio. *Vſque* ampliatiue in hoc caſu ſummenda ſit. probatur in l. ſi mandato. in 2. §. Paulus. in 1. ff. manda. & Alberi. ſcribit in l. cum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig. Et quòd dictio. *Vſque* demonſtratiua ſit. Alex. edocet in l. quæ dotis. col. 4. in 7. fallen. ff. ſolu. matri.

COMPERIVNT omnia prædicta, hæc verba dictę donationis. *Con ſus tierras y aldeas terminos vaſallos iuriſdicion.* Quandoquidem hic manifeſte concedantur oppida omnia † cum omnibus ſuis vaſallis, & non tantum dicti decem mille vaſalli compræhenduntur in dicta regia donatione: nec dicta verba dictis decẽ mille vaſallis applicari poſſunt, cùm ipſi terras nec vicos terminóſque minime habeant: & dicta verba populorum reſpectu dici conſueſcunt. vt cõſtat ex tex. in l. 7. tit. 29. parti. 3. et ex tex. in l. 5. tit. 3. lib. 7. ordina. (quæ habetur lib. 7. recopila. tit. 7. l. 3.) et in alijs eiuſdem tituli. et ex tex. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſignifi. et ex tex. in §. vniuerſitatis. et inibi eſt optima glo. in verb. et ſi qua. inſtitu. đ rer. diuiſio. quibus et cõducit tex. in cap. 1. et illic Bald. in tit. de capita. qui cur. vendi. idem Bald. in l. à procuratore. C. manda et cùm verba † non cõueniũt, nec etiam diſpoſitio. ff. de damn. infect. l. 4. §. totiens. et inibi docto. et in l. ita autem. in princip. ff. de adminiſtra. tuto. et in l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. cum alijs ſuis vulgatis paſſim repertis. et ſunt alia verba ſubſequentia, quę et prædicta edocent: quæ cõſideranda et aduertenda ſunt. ff. de leg. 1. l. qui filiabus. et. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. eod. tit. et in l. vtrũ ff. de peti. hæredi. cum alijs de quibus abũde Ioan. Franciſc. de Rip. reſponſo. lib. 2. in 1. reſpon. col. pe.

(The marginal numbers 26 and 27 stand beside the lines "concedantur oppida omnia † cum om-" and "C. manda et cùm verba † non cõueniũt," respectively.)

QVIN et conſideranda ſunt dictę donationis regalis hęc verba. *Para que todo*

*todo ſea vueſtro.* Quibus verbis ſat con-
28 ſtat † regem omnia dicta oppida donaſ-
ſe: nónque eſſe reſtringédam prędictam
donationem ad partem prædictorum op
pidorum. ex tex. in. l. Iulianus. ff. de lega 3.
& in. l. ſiquis cùm totum. & illic Soci. ff. de
excep. rei iudi. & in. l. de pupillo. §. qui nũ
ciat. verſi. totiens autem. ff. de no. ope. nũ
cia. cum alijs. Et ſatis etiam prædicta in
ſinuant, alia dictæ donationis verba, nem
pè ibi. *En qualquiera manera.* Quæ ver
ba edocēt, regem prorſus ipſa oppida &
in eis contenta ad dictum donnum Fer-
dinandum transferre voluiſſe. ex text. in
cap. ſolitè. de maiori. & obidien. quaſi ad
finem. ibi, nihil excipiens, qui dixit quod
cúnque. cum alijs quorũ meminit Alex.
in conſi. 127. viſo proceſſu. col. 2. verſi. & tã
to magis. lib. 2. vbi & exprẹſsè ait, diſcri-
men commune quo (vt explicuimus)
29 differentia fit † an diſponens incipiat à
corpore à numero vè minimè obtinere;
cùm in conceſsione hæc verba. *Quæcun-
que.* Vel. *Quantuncunque.* Vel ſimilia
collocantur. Quibus & accedat text. in. l.
cùm pater. §. filius. ff. de leg. 2. per quẽ tex.
Cuma. conſuluit in conſi. 162. viſa copia.
30 col. 2. hoc verbum † *Quodcunque* à prin
cipe in ſua donatione expræſſum, pręci-
ſam ipſius enunciare voluntatem, vt ni-
hil præter mittere voluerit, ſed omnia ci
tra exceptionem donare cēſuiſſe: ibidé-
que & in propoſito dicit, geminationem
verborum in principis cōceſsione reper-
tam, ipſam conceſsionem abundè inter-
prætandam edocere. ex text. in. l. Baliſta.
cum ſua materia. ff. ad Trebel.

31 VERVM & † reſeruatio quorun-
dam rerum in dictis oppidis in dicta re-
gia conceſsione ab ipſo rege facta, lucidè
oſtendit, omnia oppida, cæteráque non
reſeruãtur, fuiſſe donata. ex tex. in. l. nam
quod liquidè. §. fi. ff. đ pęn. lega. & in. l. quę
ſitum. §. idem reſpõdet. & inibi glo. ff. de
fid. inſtru. cum alijs. & ſat etiam conſtat
ex tex. in. l. ſiquis argentum. §. ſed ſiquidé.
C. de donatio. & inibi ad hoc appendit,
ſcilicet, quod reſeruatio in quibuſdam fa
cta, cætera confirmat & auget. Et ob id
And. de Iſern. in. c. 1. §. ſiquis de manſo. in
tit. de controuer. in veſtitu. dicit, quòd ſi
concedens aliquid ſibi reſeruauerit, ex
hoc conſtat, omnia alia præter reſeruata
concedere voluiſſe. & idem conſtat in au
thenti. de non alienan. aut permutan. §. vt
autem lex. colla. 2. & tex. in. l. ſi pluribus. ff.
de leg. 2. & in terminis donationis ita ſin
gul. tenet Aym. Craue. in conſi. 214. puto.
nu. 12. & ſequentib. lib. 2.

PRÆTEREA cùm princeps
vlnas aureas † argentináſque, ac ſalinas 32
ſibi retinuerit, quæ ſolo cohærent (vt eſt
notum) & tradit Iacobi. in tracta. feudo-
rum. in verb. cùm argenti fodi. nu. 1. char.
mihi. 36. col. 4. Item & princeps ſibi exce
pit iuriſditionem ſupprǽmam: quę qui-
dem territorio ineſt. ex. d. l. pupillus. §. ter
ritorium. ff. de verb. ſignifi. & traditur in
l. 1. & in. l. imperium. ff. de iuriſdi. omni. iu
di. Et officia etiam inibi excepta, territo
rio exercentur, & non extra. ex. l. fi. ff. de
iuriſdi. omni. iudi. cum ſua materia. igi-
tur conſequens eſt, principem ipſum nõ
tantum dictorũ vaſallorum decem mil-
lia donare voluiſſe, ſed ipſa oppida & ter
minos, & omnia alia quæ eis accedunt:
ex ſupra dictis nu. 31.

EX his & ſuboritur, verba expræſſa
in dicta donatione, quę in hunc ſunt mo
dum. *En quanto a los dichos quatro mil
vaſallos.* Superioribus non refragari: ſi
quidem anteriora verba ſpeciatim edo-
cuerint, omnia oppida donata: & ob id,
cenſendum minimè eſt † regem ipſum 33
ex dictis verbis à ſuperioribus recedere
noluiſſe, nec ſe confeſtim corrigere. ff. de
condi. & demonſtra. l. nam ad ea. tex. etiã
& illic Bal. in. l. ſi domino. C. per quas per
ſo. nob. acquiri. nec eadem diſpoſitio diſ-
ſimilis cenſenda eſt. ff. de vſucap. l. eum
qui edes. & ita in donatione regia Ang.
aduertit in conſi. 262. aliàs eſt. 280. Marti
nus. col. penul. cuius meminit Curt. Iuni.
in conſi. 7. videretur prima. col. 2. nume. 3.
verſi. tertio confirmatur. & verba ſcriptu
rę † ita explicanda ſunt, ne ſibi aduerſen 34
tur.

tur.de fid.inſtru.ca.inter dilectos. cū alijs de quibus meminit Deci.in.l.pacta nouiſſima.col.1.C.de pact.poſt Alex.in.l.1.ff.ne quis eum qui in ius voca. cum alijs de quibus ſupra memores fuimus in conſil.2.in cauſa de qua.nu.60.&.66. Proinde & cū
35 dicta verba † reperiantur poſita in clauſulis executiuis dictę regię donationis, minime extendunt, nec reſtringunt diſpoſitionem.ex tex.in clem.1. & illic docto.de præbend.& in. c. quoniam abbas. de offi.de leg.cum alijs de quibus abunde Alex.in.l.quæ dotis.col.4.verſic.ſeptimò fallit.ff.ſolu.matri.recenciores in.c. licet. de offi.ordina.& Deci.in conſi.413.conſuluit nu.8.& Curt.Iuni.in cōſi.131.circa ingenioſam.col.3.nu.6.verſi.pręmiſſa iuditio meo.& alibi ſæpe traditur. Demùm
36 cùm ſubſequantur hęc verba † *Segun y dela manera que dicha es*. Sat conſtat dictis verbis,regem à præcedentibus recedere noluiſſe.ex.l.aſſe toto.ff.de hæred.inſti.& in.l.ſi ita ſcripſero. & inibi Bart. ff. de condi.& demonſtra. & in hac ſpecię inſigne ita conſuluit Alex.in conſi.52. circa hanc.col.5.verſi.cùm ergo.lib.4.

EXPENDENDA etiam ſunt dictæ conceſsionis hæc verba,ibi. *Y mandamos a los concejos y juſticias y regidores cavalleros hombres buenos de los dichos pueblos y ſus tierras, que luego que con ellas fueredes requeridos vos reciban y tengan por ſeñor y poſſeedor delos dichos pueblos y villas y coſas ſuſo dichas, y vos apoderen en todo ello*. Hic enim lucidiſ-
37 ſime rex ait † omnia donare voluiſſe,oppidáque integra.& ſat præter iam dicta probatur ex híſque docto. tradunt in.l.3. §.ex cōtrario.ff.de aqui.poſſe.& in.l.ſicut §.duobus vehiculum.ff. cōmo. cum alijs. nec prædicta verba dictæ donationi regali immiſcerentur,ſi dictus vaſallorum numerus eſſet expēdēdus.ex text.in.l. quod ſępe.§.in his.ff.de contrahen. empt. & in l.2.C de pericul.& cōmo. rei vendi. cum alijs quorum recentiores meminerunt in.l traditionibus.C.de pact. & his accedat text.in.l.Iulianus.§.ſi Titius.& ibidē Alberi.ff.de act.emp.

E T cùm ita clara expeditiſsima quę habeamus principis verba,nihil eſt,quod dicto donno Franciſco officere poſsit.ex tex.in.d.l.ille aut ille.§.cùm in verbis. & in.l.iam hoc iure.§.fi.& illic docto.ff. de vulg.& pup.ſubſti.& in.l.continus.§.cùm ita.ff.de verb.obliga.cum alijs.& cum diſponentis gloſa reperitur † nulla alia admittitur explicatio.ſecūdum Bald.in auth enti.niſi rogati.col.2.C.ad Trebellia.& alibi ſæpe traditur. 38

N E C regiæ ſchedulæ quibus de dictorum vaſallorum numeratione poſt dictam donationem editę,pręiuditium aliquod dicto donno Franciſco & prædictis afferunt.

Tum,quia in eis non quidem rex firmat,tantùm vaſallorum numerum conceſſiſſe.

Tum,item † quia dictæ ſchedulæ latæ fuerunt dicto donno Ferdinando non citato,& ob id,illi nequaquàm nocent.ff. de adoptio.l.nam ita diuus.&.ff.de re iud. l.de vno quoque negotio. & tex.in clem. paſtoralis de re iud. text. & illic Abb. in capitulo primo. de cau. poſſe. & proprie.& in.l.fi.C.de leg.& illic Bald.cū alijs 39
Quæ iura in principis geſtis loquuntur.vt ex eiſdem iuribus conſtat.& traditur per Ange.in.l.princeps.ff. de legib. † citatio enim eſt de iure diuino.vt in.d. clem.paſtoralis.& in. c. omnipotens.2. q. 1. notat Bart.in extrauagan.ad reprimendum. in verb.figura iudicij.& Abb.in. c. inter quatuor.col.2.de maio. & obidien. cum alijs de quibus Hierony. Gig.in ſuo tracta. de crimi.lęſæ mageſta. pagi.412.in.1. q. nu 3. & melius Sebaſtia.Vāci.in tracta. de nullitatib.in tit.an quælibet ſenten.nu.14.pagi.81. Et ait Abb.in.d.c.1.de cau.poſſe.& proprie.quòd ſi princeps † citra citationem procedit, quòd pro eo minime eſt præſumendum, nec geſta ſua eſſe iuſta. quòd abunde moder.tradunt in.c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.& inibi Feli.col. 21.nu.& Soci.in conſi.164. viſa bulla. col. 6.lib.1.& Curt.antiq.in conſi.20. col 4.& 40 41
alibi

alibi ſæpe traditur. Et ideò in proprijs
42 terminis † quòd principis declaratio fa-
cta abſque partis citatione diruatur.nota
tur in.ca.irreprænhenſibilis de appel.& ex-
preſſe ita tenet Bellame.in deciſion.724.
extra rotam.colum.2.& ſat probatur in.l.
1.ff.quæ ſenten.ſine appel.reſcind.& in.c.
nos in quenquam.2.quæſt.1.& inibi Bella-
43 me.tenet † principem ius alterius ſua de-
claratione auferre non poſſe.cui & Felin.
conſentit in.c.cum olim.col.11.de re iud.
& Deci.in conſil.416.in teſtamento illu-
ſtris.colum.fi.poſt Bald.palam in.d.l.fi.C.
de legib.& faciunt à nobis citata in proœ
mio.ll.Tauri.numer.354.& ſequentibus.
44 Proinde nec † aſſertioni regis in dictis
ſchedulis factæ ſtandum eſt, cùm de eius
agatur commodo.ex tex.in.ca.1.de feud.
ſine culp.non amit.& notat Andr.de Iſer.
in cap.1.§.ſancimus.col.2.in tit.quo tem-
po.mil traditur in clemen.1.de probat.&
idem tenent plures alij doctores quos ci-
tant moder.in cap.quæ in eccleſiarum.&
in cap.cum veniſſent.de iud.& idem con
ſuluit Deci.in conſ.445.in caſu ad me.co
lumna.11.& in conſil.606.alias.506.Sere-
miſsimus.num.7.idem Deci.in conſ.602
viſo puncto.poſt Marti.Laudé.in ſuo tra-
cta.de principib.in concluſio.470.plus va
let.cum alijs de quibus doctores in.l.ex
his verbis.C.de teſta.mili.& alibi ſæpe.
Nec aduertendæ ſunt clauſulæ ex cer-
45 ta ſcientia † & de plenitudine poteſtatis
dictis ſchedulis collocatæ: ſiquidem aga-
tur đ tertij præiuditio.l.3.ti.12.li.3.ordina.
l.12.&.28.&.l.29.tit.4.lib.2.ordi.& haben-
tur lib.4.recopil.titu.14.l.2.&.6.7.& con-
ſtat in.l.nec auus.C.de emancipa.libe.bo
nus etiam text.in.l.7.titulo.1.libr.4.ordin.
& tenet Curti.antiquita.in conſilio.35.co
lumna penultima, & Carolus Ruinus in
conſilio.71.numer.37.libro.3.& Hierony.
Grati.in conſilio.158.numero.30.volum.2
& Anton.de Pretis de Conſilici.in tracta.
de iuriſdi.epiſcop.capitulo primo nume
ro.11.& alibi ſæpe traditur.
VERVM & non obſtant dictæ ſche
46 dulæ † ſiquidem poſt dictam donatio-
nem perfectam non poterat rex eam mi
nuere,nec dicti donni Franciſci ius aufer
re: cùm ei iam fuerit plenum ius quæſi-
tum.vt traditur in.l.venditor.§.ſi conſtat.
ff.commu.prædio.& in.l.quæcunque.C.
de fund.patrimo.lib.11.& inibi Bart.& in.
l.quęcunque.C.de fid.inſtrum.& iur.haſt.
fiſcal.lib.10.traditur etiam.in.l.1.ff.de con
ſti.princip.& ibidem Bart.columna.fi.&
in.l.fi.C.ſi cont.ius vel vtil.publi cū alijs
de quibus Feli.in.d.capitulo quæ in eccle
ſiarum.de conſti.num.49.& ſequentibus
& in terminis noſtris eſt ſingularis deciſio
Decij in conſilio.464.ſuperiori anno.nu.
28.vbi conſuluit,ꝙ.l.perfecta donatio.C.
đ dona.quę ſub mod.habet etiam locū in
rege: taliter quòd ipſe rex non poteſt mo
dificare nec alterare donationem perfe-
ctam per eum in fauorem alicuius factā
cui ante modificationem fuit plenum
ius quæſitum.& idem tenet idem Deci.
in conſi.498.viſo caſu.nu.19.idem etiam
tenet Luc.de Pen.in.l.qui fundos.colum.
1.C.de omni agro deſer.libro.11.& melius
idem Luc.de Pen.in.l.prædia.col.14.verſi
culo octauo ſic.& col.15.verſicul.decimo
quinto.C.de loca.prędio libro.11.& Ioan.
Lup.in repeti.rub.de donat.inter.vir.&
vxor.§.69.nume 13.& faciunt latè tradita
per Aria.Pinel.in repeti.rub.C.de reſcin.
vendi.1.part.num.18.cum ſequentibus,&
præcedentibus poſt Iaſo.in.d.conſ.73.nu.
2.lib.1.(etſi contrarium teneat in effectu
Bald.in.l.fi.in princip.1.lectu.ff.de ſenato.
& idem Bal.in.l.qui ſe patris.co.8.C.vnde
libe.& in l.fi.ff.de conſtitu.princip.colu.2
verſiculo,& nota quòd diſpenſatio.quo-
rum ſententia probatur in cap.quanto de
cenſibus,& in clement.fi.§.nos autem de
ſepultu.& in.l.1.C.de inditionibus libr.10.
& prædicta noſtra ſententia conſtat in.l.
ſi priuatus.ff.qui & à quib.& ad prædicta
eſt optima lex regia.in.l.31.tit.18.partit.3. 47
quæ lex & diſponit † ante omnia bonum
cambium à rege præſtari: et ſi cùm cauſa
ipſe rex rem alterius tollat.idem & dicit
tex.in.l.1.ti.1.parti.2.& probatur in.l.2.C.
quib.ex cau.ſer.pro præm.liber.meruc.&

inibi Bald.idem Bal.in cap.1.§.ad hęc.colum.6.de pac.iuramen.firmam.tex.& illic Bald.in cap.cùm inferior.de maio.& obidien.& tex.in.l.Lucius.ff.de euictio.& in.l.itẽ ſi verberatũ.ff.de rei vendi.& alibi ſæpe reperies. Et eo maximè prędicta procedũt, quia dicta donatio edita fuit ob ſeruitia immẽſa dicti dñi Ferdinãdi † ſiquidẽ princeps donationẽ remuneratoriam mutare nõ poſsit.l.ſi qua loca.C.de fund. & ſaltu.re.do.lib.11.&.l.1. & ibidem Bald. C.de legib.idem Baldus.in.l. qui ſe patris. col.8.C.vnd.libe.legitur & notatur in.l.ſi cum mihi.& ibi Bald.ff.dol.facit tex. in.l. Aquilius regulus.ff.de donatio.tradit Roma.in.l. ſi verò.§.de viro in. 24. fallen.ff. ſolu.matri.& Alex.in conſil.3.ex his quæ columna.penul.verſi.ſeptimo,quia libro. 5.notant recentiores in.c.nouit.de iudic. & Ioan.Lup.in repeti.rub.de dona. inter. vir.& vxor.§.50.numero. 5. verſiculo exiſtis infertur.et Curtius Iun.in conſil.174. in cauſa vertente columna.5.nume.24.& Luc.de Pen.in.l. prædia, columna.13.verſiculo 15.princeps,et ſequentibus.C.de loca.præd.libr.11.& idem tenent alij doctores quos nunc proximè citauimus, numero.46.

48

Et ideo.l.11.tit.9.lib.5.ordina.(quæ habetur lib.5.nouæ recopil.tit.10.l.15.) diſponit,quòd regiæ donationes remuneratoriæ ſunt cuſtodiendæ, & ob id † ex cauſa ingratitudinis reuocari non poſſunt. ex text.in.l.ſi pater.§.ſi.ff.de donationibus & tradit Roma.in ſingulari 514. donatio.& Abb.in capitul.fi.de donationibus, & Iaſ. in.l.ſi non ſortem.§.libertus.columna.3. &.4.ff.de condi.indebi.& Ioan.Lup.in repeti.rub.de donatio.inter.vir.& vxo.§.50. num.5.in princip.cum alijs de quibus Iaſo.in.l.ex hoc iure.numero.54.verſicul. ſecundus effectus.ff.de iuſti.& iur.& And. Tiraquel.in repet.l.ſi nunquam.C.de reuocan.donat.in verb.donatione largitus, numero.12.et.13. donatio enim † remuneratoria non eſt donatio,ſed quidam contractus,et quaſi permutationis ex tex.in. d.l.ſed ſi lege §.conſuluit.ff.de peti.hære. et in.d.l.Aquilius regulus.ff.de donationibus,et in.l.per diuerſas.C.manda. tradit Bartolus.in.ff.procemio.colum. pen.cum ſimilibus de quibus meminit Tiraque in. d.l.ſi vnquam.in.d.verb.donatione largitus.numero.11.cum ſequentibus.C.de reuo.dona.† Sed contractus principem ligant.vt traditur in.ca.1.de probat.vbi ſcriben.Cinus et alij in.l.digna vox.C.de legib.tex.vbi etiam doctores in cap.de natu.feu.notat Deci.in cap.1.in ſecunda lectu.colu.3.de conſtitu.idem Deci.in conſilio.48.et maturè.colum.pen.et in conſ. 286.in cauſa communitatis.nume.5.et in in conſi.410.in cauſa mota.colum.4.verſiculo ſecundo,num.22.ad quod et ibi citat Bald.in.ca.1.de pac.iura.firman.et adde videndum Abb.in.c.quæ in eccleſiarũ col.pen.et ibi late moder. de cõſitu.& late Guille. Bened.in.repe.c.Rayn.in verb. duas habens filias.nu.34.et ſeq.de teſta.et Aym.Craue.de antiq.tempore.1.part.nu. 19.et alibi ſæpe traditur. Et dicunt pleríque ex dictis doctoribus† in principe veniente contra eius contractum, cauſam non eſſe præſumendam. ad quod et citat plures doctores Fel.in.d.ca.quæ in eccleſiarum,num.62.col.21.verſic.ſecundo limita.de conſtitu.et traditur per doctor. in.d.l.digna vox.C.de legib. et in.l. ex facto.ff.de vulg.& pup.ſubſti. Et hæc ratione † minimè carent.

49 50 51 52 53

Tum,quia & ipſe Deus ex ſua obligatur promiſsione.vt docet magiſter ſententiarum,cuius meminit Bald.in.l.1.col. 1.ff.de pact.& notant doctores.in.c.1.eod. tit.& alibi ſæpe traditur.

Tum etiam,quia etſi princeps legibus ſit ſolutus,non tamen à dictamine rectæ rationis: vt potè qui ſit animal politum & mortale.vt Baldus ait in.l.2.column.7. verſiculo nulla.C.de ſerui.& aq.citans ad hoc tex.in.l.2.ff.de vſufruct.ea.rer. & Innoc.in cap.bonę.de poſtula.Prelato.cum alijs citatis à Roland.à Valle in conſilio.2 numero.150.& ſequent.lib.1. aſtrictus quę & ſit,rationi obediri.vt in authent.de monach.in princip.colla.1.

Tum

TVM item, quia nihil eſt, quòd humanæ naturæ ita congruat, quàm placita pactiones quæ ſeruare.vt in.d.l.1.in princip.ff.de pact.& in.l.legem quam dixiſti.C.eodem titulo,& in.d.capitulo primo eodem,& alibi ſæpe. Et ita non ab re cenſet iuriſconſultus, in.l.1.in princip.ff. de conſtit.pecu.nihil ita graue eſſe,quàm fidem fallere.ait quę & tex.in epiſtola inter claras.C.de ſum.trini.quòd nihil eſt, quòd ita in principe refulgeat, quàm recta fides.

Tum, quia ſi princeps contractu non obligaretur,nullus quidem eſſet,qui cum eo eſſet contracturus: & ita omnium priuaretur cõſortio.quod per graue eſſet.C. de apoſta.l.hi qui.quam rationem in hac ſpetiæ conſiderat Ludou.Roma.in conſ. 352. quæritur.primò.colu.ſi.prope finem, quod alij tenent quos ſequitur Aym.Craue.conſ.241. princeps.num.18.verſicul.ad ſecundum libr.2.Et Bald.in.l.princeps.ff. de legib.aliam ſuper addit rationẽ,nempe quòd ſi princeps contractibus non eſſet aſtrictus, illi eſſet inhibitum comertium eſſet quæ tanquam exul,qui omniũ præſul eſt:& ꝙ ſi princeps nõ obligaretur, ita nec illi alij, ex correlatiuorũ regula.

Tum etiam, quia contractus iure gentium ſunt conſtituti.ff.de iuſti.& iur.l.ex hoc iure.& tex.in.l.2.tit.1.parti.1.l.6.tit.2. lib.8.ordina.cum ſimilibus.Sed gentium iura immutabilia ſunt.§. ſed naturalia quidem iura.inſtitu.de iu.natu.gen.vel ciui.glo.in.l.manumiſsiones.in verb.naſcerentur.ff.de iuſti.& iur.& tex.in.l.13.tit.4. lib.2.ordina.& alibi ſæpe.etiam à principe.vt in clem.paſtoralis.de re iud.& in dictis locis habetur.tex.ad idẽ in.l.30.ſi contra.& in.l.ſequent.tit.18.parti.3.cum alijs quorum recentiores memores ſunt in.l. fi.C.ſi cont.ius vel vtil.publi.& Felin.in.d. capitulo quæ in eccleſiarum.de conſtitu. columna.8.nume.26.verſiculo tertia concluſio.de conſtitu.& moderni in.l.reſcripta.C.de præcib.imperato.offerend. Ex quibus & ait Bald.in capitulo.1.§.fi.col.1.
54 qui feud.da.po.† naturales cõſuetudines principem aſtringere,quia potentius eſt ius naturale,quàm principatus.

Tum, & quia de facili omnem contractum diluere valeret aduerſus.l.cæſar. ff.de publica.

Tum item † quia princeps in contra- 55
ctibus vt priuatus reputatur & conſideratur.vt traditur in.l.1.§.2.ff.ne quid in loc. publi.cum alijs congeſtis per Felin.in.capitu.1.colum.2.de probat.& Didacus Couarru.in repetitione regul.poſſeſſor.§.2. 2.partis columna penultima verſiculo vltima ſpeties de regul.iur.lib.6.

Tum, quia † in contractibus omnis ę- 56
qualitas ineſſe debet,non quę concedimus eſt,contractum claudicare.l.Iulianus.§.ſi quis à pupillo.ff.de act.emp. traditur per ſcribentes in.l.ex imperfecto.C.de teſta. & Alberi.in.l.quæ acta.col.fi.ff.de offi.procura.cæſar.& Areti.in.l.quod te.ff.ſi cert. peta.poſt Specul.titu.de emp.& vendi.§. 1.verſiculo quæ omnia.

Tum etiam,quia principis contractus ab eius dependeret voluntate contra.l.in vendentis.C.de contrahen.empt.cũ alijs.

Tum,& quia principium geſta ab omni malitia & diminutione aliena eſſe debent.vt in authentica conſtitutio,quæ de dignita.§.illud.colla.6.

Tum,quia † princeps conſtans eſſe te- 57
netur:& in eo potius error quàm variatio ob id pręſumitur.c.cũ olim.& inibi Abb. de re iud.& tradit Franc.de Rip.in.l.ſi ita legatũ.col.pe.n.21.ff.de leg.1.quare carpitur Cæleſtinus ob id,quia mane gratiã cõferebat,& ſerò illam reuocabat,animal & non homo fuit reputatus.vt traditur in.c. 1.de renũcia.li.6.Nanq; principi maxime illud verbũ conuenit, ſemel loquutus eſt Deus,& illud quod ſcripſi ſcripſi.prĩceps enim vnũ calamũ,vnamq; linguã eſt habiturus : debet quæ eſſe immobilis, ſicut lapis angularis,& veluti polus in cælo. vt hæc omnia Bald.edocet in conſi.279.pridiè enim conſului.lib.3.quem refert Deci.in conſil.689.viſo puncto.columna.fin. nume.17.18.&.19.inibi illi conſentiens.& Curtius Iuni.in conſilio.170.habita dili-

gentis columna fin.nume.41.42. & 43.& tradit idem Baldus in capitulo primo.§. fin.in titulo qui feudi.da.po.quo in loco cenſet,in ore principis veritatem firmiorem debere eſſe,quam in ore aliorum & late Roland.à Valle in dicto conſilio ſecundo numero.150.& ſequentibus libro primo,& Catelian.Cotta.in ſuis memorabilibus, in verbis princeps verus & bonus.

TVM & denique, quia regiæ mageſtatis peculiare eſt, conceſſa non auferre,vt in authentica de referendarijs ſacri palatij. colla.2.& text. in l.prima titulo ſecundo,libro primo.ordina. quæ habetur lib.1.recopila.titul.2.l.5.

PRÆTEREA vt ſupra in hoc conſil.nu.46.diximus, pleríque tenuere.d.l. perfecta donatio.C.de donatio.quæ ſub mod.( quæ ſancit , perfectam donationem eſſe irreuocabilem,adeo quòd conditio modus vè ei adijci non poteſt ) in

58 principe † quæ obtinere. vt vltra doctores ſupra citatos tenet Andre.de Iſern. in capitulo primo.§. fin.in titulo de capita. qui curi.vendi.colum.ante penultima, & Baldus in dicto conſilio.277. columna.1 & Paulus Caſtren.in conſil.164.in præſenti cauſa quæ vocatur maioriæ Hiſpalenſis columna.8.lib.2.& Deci.in.d.conſi. 498.viſo caſu propoſito.nume.16.& in.d. conſili.468.ſuperiori numero. 28. quibus & accedat tex.in capitulo abbate ſane de re iud.libro.6.cuius ad hoc meminit Ludouic.Roma.in conſi.298.circa præmiſſam.facit etiam text.in.l.fi.& inibi Bartolus.C.de loca.præd.fiſca.libro.11. Et ob id tex.in.l.2.titul.9.lib.5.ordina. dicit regias donationes ab eo eſſe perpetuò cuſtodiẽdas,quę habetur libro.5.recopil.titulo.10. l.1.quibus etiam fauet tex.in.l.8 titulo.12. libr.3.for.legum,quæ habetur eodem lib. 5.recopila.titul.10.l.6.

59 NEC obeſt † tex.in.l.qui fundos.C. de omni agro deſer.libr.11.quo probatur, principem ſuæ donationi conditionem apponere poſſe. ſiquidem id quod illo text.ſtabilitur,ex eo enim eſt , quia in locatione principis ſub intelligitur, ꝙ prædium ſterile fertile dimittat. vt pleriq; tenent,quibus inibi adhęret Luc.Penen.columna.1.& And.de Iſern.in.d.cap.1.§. fin. columna penul.de capi.qui curi.vendi.

VERVM & Odofred.in.l.qui agros. C.eodem titulo de omni agro deſer.lib. 11.hanc materiam & dictæ.l.qui fundos, interprætari videtur, cùm à principe fundum quod fecit fertile,minime eſt conceſſum,ſed propria ſuſcepit authoritate: atſi ſibi ipſum prędium fertile factum,ab imperatore eſt condonatum , nunquam ab eo conferri valet.argumen.l.quicunq;. C.eodem tit.de omnia deſer.lib.11.

Cæterum nec lex ipſa interueniente donatione remuneratoria intelligi valet. vt expręſſe tenet Bald.in.d.l.qui ſe patris. & Felin.in.d.cap.quæ in eccleſiarum.col. 17.de conſtitut.& alij quorum meminit Ioannes Lup.à Pal.Rubi.in repetit.d.rub. de donat.int.vir.& vxor.§.50. numero.6. verſicu.exiſtis.char.29.colum.2.

Quid multa,& Odofre.in.d.l.qui fundos.palam ipſam legem intelligit , cùm quis iũctim fundum ſterilem & fertilem ſumpſit.

Proinde &.d.l.qui fundos,minimè permitit rem donatario auferre in totũ,nec in parte: etſi in ea intereſſe apud donatariũ remanente onus imponere princeps queat.& ita Bal.& Ioan.de Plat.lucidè tenent in.d.l.qui fundos.

Nec prædictis dicere refragatur, ꝙ ex dictis ſchedulis. quædã regia declaratio enaſcitur aduerſus dictum donnum Franciſcum , quã ipſe princeps facere poteſt. Nam quidem potius eſſet mutatio , quã declaratio† quia vt declaratio dicatur,exi- 60
gitur,ꝙ res anceps dubia quæ ſit.ex text. in.l.pediculis.ff.de aur.& argẽ.lega.notat Bal.in.l.volũtatis.in princi.C.de fideicõ. idem & traditur in.l.ſi ſic.ff.de verb.obli. & inibi vterq; Imol.& plenius in.l.ſi mihi & Titio.ff.eod.tit.tex. etiã in.d.l.ille ait ille.§. cũ in verbis.Et in ꝓprijs terminis ſic Paulus Caſtrenſi.tenet & inſigne in.l.hæredes palam.§.ſi quid poſt.colum.1.ff.de teſta-

teſtament.& Deci.in capitulo.cùm ve-
niſſent columna ſecunda de iudi.& alibi
61 ſæpe. † Non enim ille qui poteſt decla-
rare, corrigere valet capitulo ſuper quæ-
ſtionum.de offi.de lega.& inibi doctores
& tradunt moder.in.d.l. hæredes palam.
§.ſi quid poſt.cum alijs à nobis citatis in
procœmio legum Tauri.numer.432.& ſe-
quentibus.

CÆTERVM nec dicto don-
no Franciſco obſiſtit, ſcriptura ab eo cō-
fecta, hac in lite producta. Quia hæc
ſcriptura in omnibus ſe refert ad conten
ta in dicta regia donatione, in qua (vt
dictum eſt) omnia oppida donantur
62 † quare et ſi quid in dicta poſteriori ſcri-
ptura contrarium eſſet cautum, de er-
rore conſtaret: & ita eidem donno Fran-
ciſco nocere non poſſet.ex text.in capi-
tulo final.de confeſsis.& in.l.non fatetur.
ff.eodem titulo & tertia partita titulo.13.
l.5.quare Baldus in.l.2.columna final.C.
63 de erro.aduoca.notanter ait † quòd ſi a-
liquis aliquid fatetur, ſeu ad aliquid præ-
ſtandum ſe obligat, excogitans ſic in in-
ſtrumento ad quod ſe refert, contineri,
quòd ſi in illo inſtrumento illud non re-
periatur, quòd illa confeſsio ſibi minimè
nocet.ex text.in authentica ſi quis in ali-
quo documento.C.de edend.& ibi no
tat Deci.columna penultima numero.31.
& ſequentibus.& Alexandrin.in conſilio
9.ponderatis his columna ſexta verſicu-
lo aut dictus Iulius.in fine.libro quinto, &
idem Deci.in conſilio.63.& pro tenui co
columna tertia verſiculo & licet poſt Pau
lus Caſtrenſi.in conſilio.87.in cauſa quæ
vertitur columna finali prope finem.li-
64 bro.1. † error enim conſtat, ſi rem ali-
ter ſe haberi appareat.vt in.l.ſi poſt diui-
ſionem.C.de iur.& fact.igno.& inibi Bar
tolus & doctores & in.l.ſed et ſi me puta-
rem.in princip.ff.de cond.indebi.& in di
cta.l.non fatetur.ff.de confe.& in.d.l.cùm
de indebito.ff.de probatio. Et error e-
tiam in facto proprio tolleratur † cùm
65 de damno euitando agitur.vt in.d.l.ſed ſi
me putarem.cum ſimilibus.

QVID plura, & ſi in dicta ſcriptura di-
ctus donnus Franciſcus cōſentiret, dicto
rū vaſſallorū numerationē errore fieri, ſi-
bi nequaquā noceret.vt in.d.l.ſi poſt diui
ſionē & in.l.ſi ſoror.C.de collatio.cū alijs.
Et licet ipſe Frāciſcus ſolēni ſtipulatione
cōtra talem numerationem & oppidorū
diuiſionem promitteret, ex text.in.l.fi.§.
idem quæſiuit.ff.de condi.indebi.& illic
Paul.Caſtren.inibi quæ etiam moder.cū
alijs de quibus Deci.in conſ.408.in præ-
ſenti conſultatione.colum.1.† nihil enim 66
conſenſui ita contrarium eſt, ſicut error.
ff.de iuriſdi.omni iud.l.ſi per errorem. &
ff.de regu.iur.l.cuius per errorem, &.ff.de 67
condi.indebi.l.1.& ob id errans † non vi-
detur ratificare actum.ff.de rei vendi.l.
mater.cum alijs.ita dicit Baldus in.l.1.C.
qui admi.columna ſexta verſiculo deci-
mo nono oppono.

ITEM & hæc ex alio elucent, quia
in dicta ſcriptura dictus donnus Franciſ-
cus eſt proteſtatus, quòd ſibi ex conten-
tis in ipſa ſcriptura nullum damnum nec
præiuditium euenire poſsit: nec regi ip-
ſa ſcriptura prodeſſe valeat † ſiquidem 68
proteſtatio reſeruatio quæ iuris, ius pro-
teſtanti tuetur.l.ſi debitor.§.1.& inibi do
ctores.ff. quib.mod.pig.vel hipoth.ſolui.
tex.iuncta.gloſ.in.l.ſi quis aliam.ff.de ſo-
lutio.cuius meminit gloſ.in.l.eleganter.
in verb.finita.ff.de pig.act.& habetur in.l.
libera iuncta.gloſ.C.de ſenten.& in.l.lo-
cu.omni.iud.tradunt doctores in capitu-
lo cùm.M.Ferrarienſis.de conſtitu.& in.
l.non ſolum.§.morte.ff.de no.ope.nun-
cia.& notat.Paul.Caſtren.in conſilio.311.
circa id quod.numer.4.lib.1.cum alijs de
quibus And.Tiraquel.in tracta.de vtroq;
retract.tit.de retractu lignag.§.1.glo.7.nu.
71.& in.§.5.gloſ.1.num.2. quibus & acce-
dat tex.in.l.fi.C.de compenſa.

DENIQVE contenta in dicta
ſcriptura dicto donno Franciſco nōn præ
iudicant, quia iudicis vi metu quæ ſpo-
liatus exiſtens, confecit.ex text.in ca-
pitulo ſolicite.de reſtitu.ſpolia. Et inibi
doctores præſertim Baldus Imol. no-

69 tantes illum tex. ad hoc † quòd ſpoliatus conſentire non videtur. & idem tenet Angelus in. l. ſi quis ad ſe fundum. colum. penul. verſiculo ſecus ſi opponeretur. C. ad. l. Iul. de vi publi. & ibidem tenet, iuris renunciationem poſt ſpoliationem factam, vi metu quæ editam præſumi: & ob id dirui. quod & doctores tenent in capitulo ſuper hoc de renuncia. & Bartolus in. l. 2. C. quod met. cau. & Cardi. in clem. 1. colum. 1. verſiculo nono nota. de renunciat. & notabiliter Alberic. Brun. in conſi. 82. ſuper difficultate. columna. 2. verſiculo ſecundo, quia & ſequentibus vbi con-
70 ſuluit † renunciationem ſeu ſententiæ arbitrariæ emologationem poſt ſpoliationem factam, renuncianti non nocere. ex tex. in capitulo ſolicite etiam quæ Bartolus tradit in. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. Et licet Abb. eius quæ aſſecle in dicto capitulo ſolicite. exiſtimét, tex. illum in profanis non ſubſiſtere, interueniente ſpontanea renunciatione poſt ſpoliationem non quidem predicta euertit, & eo præcipuum, quod in pręſentia ſpontanea non ineat renunciatio. compulſus enim fuit dictus donnus Franciſcus à dicto iudice, & citra cauſæ cognitionem, & maius dánum euitare cupiens, ipſam confecit renunciationem † quod inducere
71 iuſtum metum, non eſt dubitandum. ex tex. in. l. ſi per impręſsionem. cum. l. ſequentibus. C. quod met. cau. & in. l. non eſt veriſimile. §. 1. ff. eodem titulo. Quim
72 & † potentum blanditiæ iuſtum operantur metum. iuſta glo. in. l. 1. C. ſi rector prouin. in verb. pignora. cuius meminit Barba. in dicto cap 1. columna. 4. verſiculo tu adde. de offi. deleg. pro qua videtur tex. in capitul. cùm inter. R. ſeniorem de elect. & adde videndum Guilie. Bened. in repeti. cap. Raynuntius in verb. condidit. in. 2. nume. 2. de teſta. (etſi contrarium teneat Deci. in conſi. 42. & pro facultate. colum. 4. verſiculo ſed prædictis, & ſequentibus & Capici. in deciſione. 159. in cauſa. num. 33. & ſequentibus.) Imò iuſta ſuſpitio me-
tus † habetur pro iuſto metu. vt notat Ci- 73
nus Baldus & Salic. in. l. interpoſitas. C. de tranſact. ex tex. in. l. fi. C. de reuo. dona. doctores. in capitu. cùm dilectus quod met. cau. Bald. in. l. non eſt veriſimile. §. ſi fenerato. vbi probatur. ff. eodem titulo cum ſimilibus quorum meminit Alber. Brun. in dicto conſilio. 82. columna. 2. & probatur in. l. 8. titulo. 33. partita ſeptima, & for. legum titu. 12. libro ſecundo. l. 2. par enim eſt fieri coactè, coactionis vè timore aliquid facere. tex. in. l. nouiſsime. & ibi Baldus. ff. quod fal. tuto. autho. cum alijs de quibus Iaſo. in. l. cùm te proponas. columna ſecunda. C. de tranſact. & Alexandrin. in conſilio. 48. per excellentiſsimum columna prima libro. 4. & ait Baldus in rub. quod met. cau. columna ſecunda, quòd cauſa timendi metus probatur, ſi grauamem aliquod poſtea ſubſequatur.

QVIBVS huic allegationi ſit finis. Et prædictis abunde conſtat de notoria iuſtitia dicti donni Franciſci.

Doctor Burgenſis Marcus Salon de Pace.

Summa-

# Summarium ſuper vigeſimo ſexto conſilio.

1 VSVFRVCTVARIVS proprietatem donare minime poteſt.

2 L. quotiens. C. de rei vendica. qualiter procedat.

3 Conditio ſeu modus non poteſt apponi donationi perfectæ. et inibi de extenſione. l. perfecta donatio. C. de donat. quæ ſub modo.

4 Reuocari non poterit actus reuocabilis, ſi quis promittat illum non reuocare.

5 Maioricatus reuocari non poteſt, cuius poſſeſsio tradita eſt. & nu. 6. & ſequen.

7 Succeſſoribus in maioricatu auferri non poteſt ius in ſpe quæſitum etiã per principem.

8 Intellectus plures doctrinæ Bar. in. l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. obliga. & ſeq. nu. et fere per totum conſiliũ. Et inibi late an conditio vel modus apponi poſsit in tertii præiuditium, cui ante erat ius in ſpe quæſitum.

11 Conſeruatio familiæ & agnationis inducitur ex diuitiis & ſucceſsione.

14 Donatio eſt contractus nominatus.

15 Stipulatio eſt contractus nominatus.

16 Contractus innominatus ſtipulatione munitus, non poteſt reuocari.

17 Verba de iure regio an requirantur ad ſtipulationem.

18 Stipulari an quis de iure regio alteri poſſit. & ſequentib.

19 Donatarius poteſt tertio ſtipulari, vt bona donata poſt tertium habeat.

24 Relatum in referente ineſſe exiſtimandum eſt.

25 Expreſſum dicitur, cum quid ad aliud refertur.

26 Relatio intelligitur cum omnibus qualitatibus ſuis contentis in ſcriptura ad quam fit relatio. & nu. 27.

28 Acceptans ſcripturam, eam cenſetur acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus.

29 Maioricatus ſcripturam ſat eſt, quod poſt donatarius eã acceptet, taliter quod non eſt neceſſaria acceptatio ſucceſſorũ, vt maioricatus irreuocabilis efficiatur. & numero. 30.

31 Approbare ſeu acceptare quis videtur ſcripturam, cum aliquid ex contentis in ea adimplet.

32 Acceptatio ſcripturæ inducitur ex receptione ipſius ſcripturæ.

33 Acceptatio tacita ſufficit, vt locũ non habeat doctrina Bart. in dicta. l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. obli.

34 Matrimoniũ ſufficit quod paruo duret tempore, & ſi confeſtim morte diſſoluatur.

35 Ratio vna et ſi ceſſet, ſat eſt, aliam locũ habere.

36 Diſpoſitio non ſubuertitur, quando alteri eſt ius quæſitum: & ſi ceſſet cauſa diſpoſitionis.

37 Rationis idẽtitas ſolet diſpoſitiones declarare, & etiam eas extendere.

38 Scriptura vna alia ſcriptura declaratur.

39 Actus qui ſequitur, declarat intentionem in præcedentibus.

40 Linea dictio qualiter ſummatur.

41 Linea recta an verificetur in tranſuerſalibus.

42 Fratres et ſi ſint tranſuerſales, in recta linea dicuntur eſſe.

43 Lineæ ſimplex nominatio in vniuerſali adæquatur.

44 Filius ſacerdotis non præſumitur genitus in ſacerdotio.

45 Nepos ex filio ſpurio ſubſtitui poteſt.

# Conſilium Vigeſimum Sextum.

OPTIMI Dei maximi auxilio inuocato: eiúſque genitricis ſanctiſsimæ. Quia in hac cauſa domini comitis de Melito copioſè domini conſulentes eius ſuaderũt ius ob id breui idem ius fulciemus.

ET prius illud iuris optimi eſſe exiſtimamus, nempè quòd donna Ioanna de Valencia pręfecti donni Petri Gonſal. de Mendoza ſcripturam dotis & donationis fauore comitiſſæ donnæ Beatriz de Valencia ab ea confectam mutare non potuit. in eo quòd in eadem ſcriptura dictum eſt, quòd dicta comitiſſa ſine filijs deſcendente, ſuccedat in bonis inibi contentis, ille qui in dicti præfecti maioricatu ſucceſſerit: & ita quòd aduerſarius nullum ius ad ipſa bona habere poteſt, ex ſecunda ſcriptura à dicta donna Ioanna poſtea edita. quod quidem ipſi conſulentes ſatis pleríſque rationibus probarunt. Et ſuadetur etiam ex eo, quòd prior ſcriptura ex cõtractu oneroſo matrimonij effecta fuit: & ob id irreuocabilis eſt ex. l. 17. Tauri (quæ habetur lib. 5. nouæ recopila. ti. 6. l. 1.) quę iuribus munitur inibi à nobis citatis. Item, & quia dicta donna Ioan. in dicta priori ſcriptura ſe tantum bonorum vſufructuariam conſtituit, proprietatem in dictam comitiſſam tranſlata

i † namque vſufructuarius proprietatem donare minimè poteſt lege intereſt. C. de vſufruct. cum alijs. quibus & accedat tex. in authent. ingreſsi. C. de ſacroſanctæ eccleſiæ in verbis, *Vt pote nec domini rerum.*

PROINDE ex quo in dicta priori ſcriptura donatio dictorum bonorum facta fuit dictæ comitiſſe ſuíſque hæredibus, & eis deficientibus ſucceſſoribus in maioricatu prædicti præfecti: traditáque ſit poſſeſsio ipſorum bonorum dictæ comitiſſæ, dicta donna Ioanna minimè potuit mutare contenta in ipſa donatione, nec aduerſarius in caſu deficientium liberorum dictæ comitiſſæ ſubſtitui ex tex. in. l. quotiens. C. de rei vendi. † Quæ lex etiam procedit & ſub- 2
ſiſtit, tranſlata poſſeſsione ex conſtituto. ex. l. quod meo. ff. de acqui. poſſeſſ. cum ſuis ſimilibus. authore Ioannes Andreas in additionibus ad Specul. in titulo de empt. & vendi. §. ſciendum. & idem tenet Guido. de Suza. in dicta. l. quotiens inibi quæ recentiores, & in capitulo cùm veniſſent. de reſti. ſpol. cum ſimilibus citatis à Iaſo. in. d. l. quotiens. in. 5. limita. & Segur. in repe. l. filius dum in ciuitate columna. 24. verſiculo ex quo infertur. ff. de verbo. obliga. Quod & munitur † quia
donationi præfectę conditio modus quę 3
nouę apponi non poteſt. l. perfecta donatio. cum ſua materia. C. de donatio. quæ ſub mod. quæ lex procedit etiam in donatione regia vt plenè dicimus in conſilio præcedenti. numero. 58. & ſequentib. procedit etiam ſi donatarius conſenciat, ſi traditione facta conſenſum præſtiterit vt palam tenet gloſ. in. d. l. perfecta donatio. in verbis. *Non capit.* Et Sali. ibidem. cuius meminit plura alia referendo Andreas Tiraquel. in tracta. de vtroque retractu titulo de retractu conuentionali. in fine. char. mihi. 407. columna prima in fine. numero. 106.

RVRSVS & prædicta confirmantur, ex quo dicta donna Ioanna eadem prima ſcriptura ſe illam obſer-

uaturam ſolenniter promiſit: quod ſerua re obnoxia fuit. ff. de pact. l. 1. in princip. cum alijs notiſsimis. Quod & ſuadetur,
4 quia & ſi alias actus reuocabilis ſit † ſi tamen non reuocari promittitur, mutari nō quidem poterit. ff. de dona. cau. mor. l. vbi ita donatur. & text. in l. ſenatus. §. fi. ff. eodem. titu. & in l. cùm maritus. §. fi. ff. de pact. dotal. cum alijs quæ Alex. congerit in conſi. 14. circa primum. col. 2. verſic. & dicit etiam. & ſequentib. lib. 1. & plura in propoſito pro vtraque parte cōgerit Rolan. à Valle in conſil. 8. in præſenti. nu. 12. cum ſequen. lib. 1.

PRÆTEREA & hoc fulcitur, quia ſi vt diſponitur in dictis legibus. 17. Tauri quæ habetur lib. 5. nouę recopi. tit.
5 6. l. 1. & l. 44. Tau. (quę habet. eod. lib. 5. ti. 7. l. 4. † meliora maioratus vè cuius poſſeſsio eſt tradita dirui non poteſt, quanto ergo magis ſi iunctim & promiſsio de non reuocando ineat. Item contrariorū eadē eſt diſciplina. vt in. §. 1. inſti. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. quemadmodum. ff. de acqui. poſſe. cum ſuis vulgatis. ſed prædictis Taurinarum conſtitutionibus ſancitur, quòd ſi in facultate regia ad conficiendum maioricatum expræſsim rex decreuerit, maioricatum ad conficientis libitum poſſe immutari, econtra dicendum eſt, promiſsionem de non reuocando ipſum maioricatum magis irreuocabilem efficere.

VERVM ex quo ſucceſſoribus dicti maioricatus prædicti præfecti ius ex dicta ſcriptura approbata (& ſi ſpe) quę
6 ſitum erat † non verò potuit reuocari à dicta donna Ioanna. ex text. in l. quodcunque. §. ſiquis ita. ff. de verb. obliga. & illic docto. & tex. in l. quòd dicitur. ff. eod. tit. cum alijs quæ Deci. conſuluit. in cōſi. 239. primò non videtur. columna. 3. & ſat etiam conſtat. in l. conſtante. C. de dona. ant. nupt. & ibidem Bald. ad notat
7 † quod & ius quæſitum in ſpe tertio, auferri non poteſt. & idem probatur in l. 40. & 45. in legibus Tauri. & in l. fi. ff. de pact. & in proprijs terminis ſat ita conſuluit Paul. Caſtren. in conſili. 164. in præſenti cauſa quæ vocatur maioria Hiſpalenſis. columna. 8. libro. ſecundo. vbi conſuluit, quòd ſi rex alicui pro ſe ſuiſque deſcendentibus aliqua donauit bona, vt ea maioricatus titulo haberent, quòd talis donatio etiam reſpectu ſubſtitutorum poſt primum donatarium abrogari non poteſt. quim & fortius ibidem tenet, quòd nec rex nec ipſe donatarius illud immutare poterunt & quòd prior donatarius ius quę rere valuit poſt ſe nominatis ad bona, ex tex. in d. l. quotiens. C. de rei vēdi & dictę Paul. Caſtren. ſententiæ ad ſtipulatur Deci. in conſi. 468 ſuperiori anno. nume. 28. & in conſi. 498 viſo caſu. nu. 18. & Soci. Iuni. in conſi. 108. viſo puncto. num. 3. lib. 2. & Ioā. Lup. in repeti. rub. de donat. int. vi. & vxo. §. 69. nume. 13. charti. 51. columna. 3. poſt Bald. palàm in. d. conſi. 278. quæritur ſi rex Romanorum. quibus adde quę ſupra diximus in conſi. 9. in lite quæ vertitur. nu. 29. & ſequentib.

NEC his oberit Bart. ſententia † in 8
l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. obliga. vbi tenet, quòd ſiquis Titio rem donauerit, vt poſt certum tempus ad eccleſiam deueniat, quòd reſpectu eccleſię illud pactum abrogari poterit. ex text. in l. tertia. ff. de ſeru. exportan. in quo huius allegationis cardo conſiſtit. Nam quidem optimo Bart. ſententiam noſtram non impetit. ex ſequentibus.

PRIMO, quia contra Bart. pleríque tenuerunt, à deo quòd Roderic. Suar. (vir profecto non ſatis laudatus) adſerit, ferè omnium ſcribentium votum Bart. aduerſari. vt ipſe ait in. l. quoniam in prioribus. C. de in offi. teſta. q. 8. columna. 1. verſic. primò quia fere. in char. 95. colum. 4. & contra Bart. ait eſſe text. in. d. l. quotiens. C. de rei vendi. & idem ait ipſe Roder. Suar. in allega. 19. ex duobus. col. 3. verſi. per quam. & optime probatur. 5. parti. tit. 4. l. 7. & in l. ſi conſtante. C. de dona. ant. nupt. & Bart. etiam aduerſa

uerſantur Ioan. And. Bald. Franciſc. de Alberg. & Paul. Caſtren. Sali. & Roma. per dominos conſulentes citati. & pręter eos idem conſuluit Paul. Caſtren. in. d. conſil. 164. in præſenti cauſa quæ vocatur maioriæ Hiſpalenſis. col. ante pe. verſi. ſed contra hoc facit. lib. 2. & Guiller. Bened. in repeti. c. Raynuntius. in verb. ſi abſque liberis. in. 2. in materia fideicommi. ſubſtitu. nu. 23. de teſta. vbi & ait, contra Bartol. eſſe magis commune placitum doctorũ Quim & Deci. in. d. conſi. 239. primò non videtur. col. 3. verſi. non obſtant allegata. dicit, dictam Bart. ſententiam ita ambiguam eſſe, quod in ea nullum fieri valet fundamentum. & idem ait ipſe Deci. in conſi. 58. & pro tenui. col. 2. verſi. non obſtat quòd iur. & Corne. in conſi. 68. ardua. col. 3. lib. 3. ob id cenſet, Bart. dictum dubium non modicè eſſe (vt conſtat ex rationibus excogitatis à doctoribus contra eum tenentibus) & contra Bart. conſiderat nouiſsimè plura iura & rationes dominus Didac. Couarr. lib. 1. varia. reſolu. c. 14. nu. 7. col. 2. & 3. illius numeri. verſic. ſed & his. & Antoni. Gome. in. l. 40. Tauri numе. 29. verſi. ſed his non obſtantibus. (Et ſi cum Bart. ſit cõmunis opinio vt refert Iaſo. in eod. §. Flauius. nu. 14. & cum Bart. tenet etiam domi. Greg. Lup. in. d. l. 7. in verb. *El otro*. tit. 4. parti. 5.) & vide quæ in propoſito. adducit tàm in fauorem Bart. quàm contra eum Ioan. Franciſc. de Rip. lib. 3. reſponſo. de dona & grati. q. 65. nume. 120. cum ſequentibus. & eodem libro. 3. reſponſo. in reſpon. 16. vt noſcatur. nu. 3. & ſequentib.

SECVNDO dicta Bart. ſententia noſtrę minimè obſiſtit, quia Bart. nõ
9 loquitur † cùm duæ ſcripturæ in fauorẽ tertij in ſunt. vt in præſenti: ſiquidem geminatus actus plus ſimplici operari conſueuerit. vt traditur in. l. ſi mulier. C. ad Velleya. & in. l. cùm ſcimus. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. & in. l. Balliſta. ff. ad Trebel. cum alijs quorũ moderni memores ſunt in rub. ff. de verb obliga. & late Card. Paul. Pariſi. in conſil. 89. circa primum. nume. 21. lib. 3.

NEC etiam loquitur Bart. † cùm in regno eſt lex, quæ ſancit, quẽ abſenti obli 9
gari. prout eſt in hoc regno Hiſpaniæ. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. (quæ habetur in noua recopil. lib. 5. titul. 16. l. 2.) quam legem ordi. interminis contra Bart. ponderat domi. Couarru. in. d. c. 14. lib. 1. varia. reſolu. nu. 13 verſi. quartò ex ſupra dictis.

CÆTERVM & tertiò prædicta Bart. ſententia minime in hoc pręſen
ti negotio locum habet † ſiquidem dictę 10
comitiſſę in dicta priori ſcriptura bona donata fuerũt ex cauſa dotis: & hoc vt comiti donno Ludouico nuberet: quam ob rem, ſat & ipſi comiti Ludouico in eiúſque vtilitatem ipſa donatio cõfecta quóque cenſetur: illíque & quæritur actio, vt contenta in dicta ſcriptura adimpleãtur. ex tex. in. l. doce ancillam. C. de iu. doti. & in. l. ſi prote. C. de dot. promi. & in. d. l. 17. & 44. Tauri. cum alijs de quibus Anto. Gome. in. d. l. 40. Tauri. nu. 34. & eo præcipuum, quòd ipſe cum dicta comitiſſa matrimonium contraxit: itáque & ipſi comiti intereſt, prædictam donationẽ ſeruari, etiam reſpectum ſucceſſorum dicti maioricatus prædicti præfecti: ſiquidem ipſi ſucceſſores de genere & familia agnatione quę dicti Ludouici ſint & etiam dictus comes de Melito. Ex quorum ſuc-
ceſsione in dictis bonis † optime dicti 11
donni Ludouici familia & agnatio conſeruatur & munitur. vt in. l. i. §. publicę. ff. de ventre inſpicien. & quod habetur in. l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. & in. l. ſi in emptionem. ff. de minorib. & in. l. cùm filius. §. pater. ff. de leg. 2. & in. l. 44. titul. 5. part. 5. tradunt Cin. & alij in. l. 1. C. de adulte. cum alijs de quibus Iaſo. in conſi. 41. in duabus. co. pe. lib. 3. & ob id inibi ait, quòd quis ſtipulari valet illis qui de eius fuerint familia: cũ ipſius ſtipulantis interſit ſuam familiam augere, quæ diuitijs conſeruatur. vt cenſet diuus Auguſti. in lib. de ciuitate Dei. ca. 100. & Ioan. And. in additio. ad Specul. tit. de ſucceſsio. ab inteſta. col. 2. in additio. incip. quatuor modos. col. 2 verſi.

verſi. & conſeruatur. & Barba. inter conſilia Alex. in conſi. 52. circa hanc. col. 1. lib. 4. & ſat probatur in l. 3. in princip. ff. de teſti. cum alijs quę ſupra citauimus in. d. conſi. 9. in hac prima parte. nu. 6. Ex quibus ſuboritur, Bart. in. d. §. Flauius Hermes. in
12 hoc caſu minimè loqui † ſiquidem non agit, cùm donatarij fauore tertius eſt ſubſtitutus, ſeu poſt ipſum donatarium vocatus, quo in caſu ipſam Bart. opinionē non obtinere videtur. ex text. in. l. 3. ff. de ſeru. exportan. & illic glo. & Imol. inſignè ita determinat in. d. §. Flauius. col. fi. & Ludoui. Roma. in. l. ſi. pecuniam. col. 2. ff. de cō di. cau. da. cau. non ſequuta. & alibi ſæpe.

PROINDE et quartò Bart. loquitur † quando reſpectu tertij ſuboritur cōtractus inominatus, illíque cōtractu inominato aliquid conceditur, nam loquitur cùm donatio fit, vt eccleſiæ poſt certum tempus detur: cuius naturæ eſt, vt reuocabilis ſit ipſe contractus inominatus. vt cōſtat ex tex. in. d. l. ſi pecuniam, et hac ratione munitur Bart. ſententia. vt Imol. ibi. col. fi. cæteriquę moder. appendunt. at verò ſi illi tertio ex contractu nominato aliquid concedatur, tunc Bart. ſententia non quidem obtinet, nec tunc, reſpectu illius tertij mutari poterit ipſa diſpoſitio. vt ſat conſtat ex traditis in. l. cùm à ſocero. per text. ibi. C. de iur. doti. præcipuùm ex Bart. ibi col. fi. et ſat etiam conſtat ex Alex. in. d. §. Flauius. et ex alijs doctoribus inibi maximè Iaſo. nume. 19. et in terminis ita Bart. declarat Corne. in. d. conſi. 68. col. 2. lib. 3. ex hoc dicens, quòd ſi tertio aliquid ex donatarij ſtipulatione datur, quòd in tali caſu, cùm ex cōtractu nominato (ſcilicet, ſtipulationis) tertio ſit ius quæſitum, reuocari etiam quo ad illum tertium ipſa nō valet donatio, quod et ſequitur Deci. in. d. conſi. 239. colū. 3. ex his dicens, quòd ſi ex cauſa donationis (vt poteque contractus ſit nominatus) tertio bona aliqua concedantur, quòd non poterit reuocari donatio, etiam quo ad tertium. quod & palam conſuluit idem Deci. in conſi. 58. & pro tenui facultatè. col. 1. & inſigne Chaſſene. in conſi. 53. ex facto. nu. 60. & ſequentib. & Ioan Franc. de Rip. in. d. lib. 3. reſponſo. de dona. & graci. char. 20. in. d. 65. q. col. 3. & Guiller. Bened. in. d. c. Raynuntius. in verb. ſi abſque liberis. in. 2. in materia fideicōmiſſa. ſubſtitu. nu. 23. char. michi. 361. & Carol. Ruyn. in conſi. 7. quæritur & in dubium. nu. 29. lib. 1. & in conſi. 36. in cauſa feudali. nume. 19.
eod. lib. eſt enim † donatio contractus 14
nominatus. vt traditur in. l. iuris gentium in princip. ff. de pact. & illic Bar. & docto. maximè Iaſo. col. 4. & in. l. in edibus. §. 1. ff. de. donatio. & alibi ſæpe traditur. qui contractus cùm in dicta ineat priori ſcriptura, & in ea ex ipſo donationis contractu ſint vocati ſucceſſores maioricatus dicti præfecti, poſt dictæ comitiſſe mortem, ſine liberis decedentem, confeſtim & fit, nequaquàm ipſam ſcripturam abrogari potuiſſe, etiam quo ad dictos ſucceſſores. quod et ſat conſtat, quia etiam ſtipulatione precedente à dicta donna Ioāna dicta bona dictis ſucceſſoribus in prædicto caſu ſunt conceſſa. vt hæc verba dictæ ſcripturę inſinuant. *A vos la dicha doña Beatriz de Valencia mi ſobrina que eſtays preſente, y la ſtipulacion recibiente.* Quæ verba ſæpius in dicta ſcriptura col-
locantur † quæ ſtipulatio. eſt contractus 15
nominatus. vt conſtat in. l. 1. in fine. ff. de pact. cum alijs. & ob id Bart. in. l. 2. C. de condi. ob cau. ait, quòd cùm hodiè in omni contractu publico tabellio conſueſcat ſtipulationem imponere, quòd raró contractus nominatus reperitur. idem tenet Paul. Caſtren. in rub. ff. de verb. obliga. & Alex. in conſi. 40. ſuper primo. colum. fi. lib. 4. & eſt doctorum commune placitū in. d. rub. ff. de verb. oblig. vt ibi Iaſo. teſtatur num. 25. & ſat probatur in. l. ex placito. C. de rer. permuta. Et ob id docto. in prædictis locis temperant Bart. ſententiam in. d. §. Flauius. interueniente ſtipulatione. maximè Ioan. Franciſc. de Rip in. d. loco. & Couarru. in. d. cap. 14. lib 1. varia. reſolu. nume. 13. verſi. ſecundo deducitur.

Et

Et faciúntque copioſe adducit Tiraquel. de iure conſtituti. limita.30. nume. 13. & ſequentib.

16 QVÆ & ſuadentur † quia contractus innominatus ſtipulatione munitus, non poteſt reuocari. ff. de contrahen. empt. l. Labeo ſcribit ſi mihi. & ff. eod. l. fundi partem. notat Bald. in l. quamuis. col. fi. C. de tranſact. & Iaſo. in d. l. ſi pecuniam. col. 3. verſi. vndecimo limita. ff. de condi. cau. da. cau. non ſe. & Alex. in conſi. 16. viſo dicto. col. 2. lib. 2. & Alcia. in d. rub. ff. de verb. obliga. nu. 25. & Rip. inibi nu. 38. poſt Iaſo. ibi col. penul. & Deci. in c. 1. col. 13. de

17 iudi. ad quam ſtipulationem † iure noſtro regio non exiguntur verba, nec aliæ ſolemnitates ciuiles. vt ſtabilitur in. d. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. quę habetur lib. 5. nouæ recopil. tit. 16. l. 2.

18 NEC his dicere oberit † quòd dicta comitiſſa non poterat dicti præfecti ſucceſſoribus ſtipulari.

Tum, quia hodiè dicta ordina. conſtitutione hoc mutatum videtur: cum inibi diſponatur, quòd quis poteſt ſe abſenti obligare. & ita per illum tex. tenet Couarru. lib. 1. varia, reſolu. d. c. 14. nume. 13. in princip. & in rub. de teſta. 3. part. nu. 13. poſt princip. & Anto. Gome. lib. 2. reſolu. d. ca. 4. de donatio. nu. 3. verſi. hodiè tamen bene valeret. Et ſi contrarium firmare videatur Greg. Lup. in l. 4. in verb. *No lo puede fazer.* col. 1. & 2. verſi. ſed an hodie. cũ ſequentib. tit. 4. part. 5. & ſi inibi etiam dicit ipſe Greg. col. 2. verſi. ſi tamen quòd ſi conſtat quod voluit ſe obligare, vt quia promiſsit ſe non reuocari (vt fuit in noſtro caſu) quod tunc obligaretur abſenti. per dictam. l. ordina.

19 Tum etiam, † quia donatarius poteſt tertio ſtipulari, vt bona donata poſt eum habeat. ex tex. notabili in d. l. quotiens. & illic glo. & Sali. C. de dona. quæ ſub mod. & notat Iaſo. in d. §. Flauius. nu. 22. bonus tex. in d. l. 7. tit. 4. part. 5. quam in propoſito multum ad hoc commendat Roderic. Suar. in. d. 19. allega. pagi. 3. verſic. & in noſtro caſu.

Tum, & quia † poteſt quis alteri ſtipulari rem, quæ ſtipulantis eſſe debet. l. Publia. ff. de poſi. & tex. in. d. l. 7. tit. 4. part. 5. cum ſimilibus quæ citat Curt. Iuni. in tracta. feudorum. 2. part. q. 2. colũ. 3. char. 20. col. 3. & plenius Curt. antiq. in cõſi. 49. memoriæ. col. 44. 20

QVINTO dicta Bart. ſententia † nõ poteſt in caſu noſtro obtinere, quia 21
dicta donna Ioanna in dicta priori ſcriptura promiſsit, ſe non abrogaturam in parte nec in toto ipſam ſcripturam, ſub obligatione ſuorum bonorum. Quam cõſiderationem ſuadet tex. in l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mort. & text. in d. l. ex placito. C. de rer. permu. & eſt optimus text. in l. 3. titul. 6. part. 5. ibi. *Tal fuerça ha el cambio que es fecho por palabras y con prometimiento de lo cumplir, que ſi deſpues alguna delas partes ſe quiere arrepentir, la otra parte que lo quiere acabar, y hauer por firme, puede pedir al juez que mãdaſſe a la otra parte que lo cumpla el cãbio.* Et ibi. *Mas ſi el cambio fueſſe hecho tan ſolamente por palabras, diziendo anſi la vna delas partes, quiero cambiar tal mi caſa con vos: y la otra parte dixeſſe ſimplemente, que le plazia ſin otro prometimiento, aſſi como ſobre dicho es: entonces bien ſe podra arrepentir.* Quæ regia conſtitutio probat, quod ſi in contractu in nominato (vt eſt permutatio. vt in l. 1. ff. de rer. permu. cum alijs.) ipſum adimplere promititur, ex hoc promitens cõpelitur promiſſa cuſtodire, & quod in hoc caſu ſit limitanda opinio Bart. in d. §. Flauius. expræſſe firmat Greg. Lup. in d. l. 7. tit. 4. parti. 5. in verb. *El otro.* & in d. l. 4. eod. tit. 4. & part. 5. in verb. *No lo puede fazer.* col. 2. verſi. ſi tamen.

SEXTO nec dicta Bart. ſententia † noſtræ nequaquàm obſiſtit, quia quan 22
do prędicta donna Ioanna prędictam cõfecit reuocationem, iam ſucceſſerat ſecundum tenorem dictæ prioris ſcripturæ in proprietate dictorum bonorum, tã quam ſucceſſor dicti maioricatus prædicti præfecti, ex morte dictę comitiſſę ſine

ne filijs. Temperatur enim dicta Bartol.
opinio, vbi iam venerat tempus, in quo
ipſa eccleſia in donatione eſt ſubſtituta ſi
ue vocata. vt expræſſe tenet Cuma. Pet.
de Beſu. Alex. & plerique alij à dictis do-
minis conſulentibus in ſua allegatione
citati. & copioſe Iaſo. in. d. §. Flauius. nu.
17. ex tex. in. l. inſulam. ff. de verb. obliga.
& illic docto. & eſt ad idem optimus tex.
in. d. l. 7. tit. 4. part. 5. & in noſtris terminis
idem tenet do. Couarru. in. d. c. 14. lib. 1. va
ria. reſolu. nu. 13. verſi. principaliter & quin
to. vbi refert alios plures hoc tenentes.

SEPTIMO & facilè ex alio Bar.
23 ſententia refelitur † nempè, quia docto
res eam ſectantes illam temperant, niſi
pro eccleſia ſeu tertio donatarius conten
ta in donatione acceptauerit. vt palàm te
net Bald. in. d. l. cùm à ſocero. C. de iur. do
ti. & Alex. Iaſo. cęterique docto. in. d. §.
Flauius. & docto. in prædictis locis maxi-
mè Couarru. in. d. c. 14. lib. 1. varia. reſolu.
nu. 13. verſi. tertio apparet. Sed in pręſenti
dicta comitiſſa expræſſè acceptauit di-
ctam donationem nomine dictorũ ſuc-
ceſſorum maioricatus dicti præfecti, igi-
tur opinio Bart. tunc non procedit. & idẽ
notat Roderic. Suar. in d. allega. 19. pagi 3
& 9. verſi. vltimo. Et Greg. Lup. in. d. l. 7.
in verb *El otro*. Tit. 4. part. 5. Quim & ad
ipſam acceptationem ſufficeret, quod ip
ſa comitiſſa, acceptauit omnia contenta
in ipſa donatione cum omnibus vinculis
24 & conditionibus ſuis † ſiquidem relatum
in referente ineſſe exiſtimãdum ſit. ff. de
hæred. inſti. l. aſſe toto. & ff. de condi. & de
monſtra. l. ſi ita ſcripſero. & ff. de condi.
inſti. l. inſtitutio talis. Et expræſſum di-
25 citur † cùm quid ad aliud refertur. l. ait
prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. ibi. *Si iudex
aliquem condemnet, vt quod habet ex te-
ſtamento, vel codicillis Meui reſtitueret
Titio: ſic accipiendum eſt, quaſi quantita-
tem nominauerit, quæ teſtamento vel codi
cillis relicta eſt.* Idem & habetur in. l. in
26 ſumma. ff. eod. tit. Ipſa † quę relatio intel
ligitur cum omnibus qualitatibus ſuis,
contentis in ſcriptura ad quam fit relatio
l. à filio. §. teſtator. ff. de alim. & ciba. leg. l.
1. §. fi. & illic Bart. ff. ſi famil. furt. feci. dica.
& notat idem Bart. in. l. ſi quis ſeruum. §.
fi. ff de leg. 2. col. fi. verſi. ſed quæro. Et in
proprijs terminis ſic in acceptatione reſ
pondit Card. Paul. Pariſi. in conſi. 43. in hu
iuſmodi cõtrouerſia. nu. 39. lib. 3. & de ma
teria abundè tradit idem Card. Pariſi. in
conſi. 2. in alio conſilio. nu. 50. lib. 3. Quim
& propriè in ſcriptura compræhenſum
dicitur † id quod in ſcriptura ad quam fit 27
relatio ineſt. vt probatur in. l. Teopom-
pus. ff. de dot. præleg. & tradit Bal. in cõſi.
338 ea quę veniunt. lib. 2. & Deci. in conſi.
539. in inclitu. col. pe. ſub nu. 9. Quid plura
† & acceptans ſcripturam, eam cum om 28
nibus qualitatibus acceptare cenſetur. ex
tex. in. l. contra iuris. §. fi. ff. de pact. & in. l.
Cayus. ff. de manumi. tradunt docto. in. l.
Aurelius. §. idem quęſijt. ff. de libe. lega.
cum alijs de quibus abundè Ludoui. Go-
zad. in conſi. f. primò diſcutiam. nu. 15. &
nos etiam ſupra in conſi. 14. nu. 32. & 33.
Et ob id ex ſola ſimplici acceptatione,
quis ad omnia onera in legato expræſſa
eſt obnoxius. l. imperator. §. ſi cẽtũ. verſi.
& quod vero. ff. de leg. 1. l. cùm ab vno. ff.
de leg. 2. c. officij. de teſta. tenet Paul. Ca-
ſtren. in. l. ſi cùm dotem. §. pater. col. 2. ff.
ſolu. matri. & Deci. in conſi. 425. in caſu
propoſito. col. pe. quibus & accedat text.
in. d. l. Aurelius. §. teſtamento. ff. de libe. le
ga. quem ibidem Alberi. ad hoc expẽdit,
quòd confirmatio ſeu approbatio ſcri-
pturæ intelligitur cum omnibus condi-
tionibus, & his caſibus, quibus ſcriptura
confirmata ſiue approbata loquitur. Et
notant docto. in. l. aduerſus. C. ſi aduer. rẽ
iudica. Imo & non in eleganter Rode.
Suar. in repeti. d. l. quoniam in prioribus.
C. de in offi. teſta. q. 8. col. 5. cenſet, quod
ſat eſt † vt primus donatarius acceptet 29
ſcripturam maioricatus, & quòd non eſt
neceſſaria acceptatio ſucceſſorum maio
ricatus, vt donatio ipſa irreuocabilis effi-
ciatur. Et idem tenet ipſe Roderi. Suarez
in. d. allega. 19. colum. 3. & col. 9. verſic. vlti
mò & inconuenibiliter. Et ſatis ſuade-
tur

tur ex traditis per Deci.in conſi.498.viſo caſu.nume.19. cum ſequentib.& in conſi. 468. ſuperiori anno.nume.28.& ſequentibus.

QVÆ acceptatio à dicta comitiſſa
30 facta videtur † quo ad dicti maioratus ſucceſſores,vt eorũ negociorum geſtrix. vt conſtat ex his quæ notantur per glo. & docto.in.d.l.huiuſmodi.in princip.ff. de leg.1.cũ alijs citatis per Corne.in.d.conſi. 68.co.2.lib.3.quo in loco iuxta dictam doctrinam Barto.in.d.§. Flauius ait, quòd ſi primus donatarius pro ſe ſuíſque deſcendentibus ſtipulatur,quòd & ſi hoc minimè expræſſerit, eorum nomine ſtipulationem feciſſe,cẽſendum eſt,& vt negotiorum geſtor.

ET non tantum dictæ comitiſſæ acceptatio pro dictis ſucceſſoribus interuenit, ſed & dicti comitis Ludouici eius mariti: ex quo matrimonium (vt diximus)cum dicta comitiſſa contraxit iuxta formam dictæ prioris ſcripturam: ex quo ſat ipſam ſcripturam comprobaſſe cenſetur.ex tex.in.l.litibus.C. de agricol. & cenſi.lib.11.cum alijs de quibus meminit Deci.in.l.ſemper qui non prohibet.ff.
31 de reg.iur. Et quia † approbare quis ſcripturam videtur,cùm aliquid ex contentis in ea adimplet.l.ſi proponas.§.1.ff. de inoffi. teſta. cum ſimilibus quorum memor eſt Deci.in conſi.449. viſis duobus. col.pe.& fi.

CVIVS comitis Ludouici acceptatio & conſtat,quia in.d.priori ſcriptura dicta donna Ioanna cauit,quòd à tabellione eadem ſcriptura ipſi comiti traderetur:& tabellio vt ipſe affirmat,id adimpleuit.cui in hoc credendum eſt. Ex traditis in.d.l.ſiquis decurio. cum ſimilibus.
32 cuius receptione † ipſam acceptationẽ dicimus factam.ex tex.in.l.filius famil.ff. ad Mazedonia.& notat Bartolus.in.l.quo enim.ff.rem rat.habe.& Abb.in. cap.non iniuſte.col.3.de procura.& Alex.in conſi. 78.in cauſa & lite, col.1. lib.1.& his accedat tex.in.l.ſi auia C.de iur.delibe.& tex. in.l.ad ſolutionẽ.C.de re iudi.& in.l.Paulus.ff.rem rat.habe.melior text. ad idem ſi benè cõſideretur in.d.l.17.Tauri.in verbis. *O le ouiere entregado ante eſcriuano la eſcriptura dello.* Et ibi Didac.Caſt.in verb.*La eſcriptura*.col.1.&.2.plura ſimilia adducit.

QVID plura,& Deci.in.d. conſi.58. col.1.circa dictam Bart.ſententiam in.d. §. Flauius.ait † tacitam acceptationem 33
ſufficere,vt ipſa Bart.ſentẽtia locum minimè habeat.inibíque & cenſet, quòd ſi tertius in caſu Bart.aliquo modo acceptauit contenta in ſcriptura, quòd tunc quo ad ipſum tertium reuocatio fieri nõ poterit.ex tex.in.l.ſi ego.ff.de.nego.geſt. & tradunt docto.in.d.§. Flauius. & Greg. Lup. in.d.l.7.titul.4.partita.5 in verbis. *El otro.*

CONSTAT igitur multis modis dictam ſententiam Bart. in. d. §. Flauius.ad hoc negotium nequaquàm pertinere.

NEC ſuperioribus dicere refragatur,quòd dictum matrimonium inter dictum comitem Ludouicum & dictam comitiſſam contractum paruo durauerit tempore:vt ex hoc contenta in.d.ſcriptura non ſint ſeruanda. Nanque iure optimo ſat eſt † ipſum matrimonium 34
contractum,& ſi confeſtim fuerit diſſolutum morte dicti comitis.ex text.in.l.ſiquis hæredem. C. de inceſt. nupt. & in.l. cùm fuerit.ff.de condi.& demonſtra.quibus & accedat text.in.l.non tãtum. C. de lega vbi probatur,quis dotem virtute ſtatuti lucrari ex matrimonio parum durãte.& tradit Deci.in.c. de cauſis. colum.3. verſi.& prædicta.de offi.de leg. quibus & accedant quę ſingulariter adducit Phan. de Phannu.in ſuo tracta.de Lucro dotis. in.§.incip.in ſponſa. nu.56. & ſequentib. pagi.135. & ſequen. & ibi nu. 50. loquitur in muliere quæ fuit mortua eodem die quo traducebatur ad domum viri. Quod proximè his diebus contingit in ciuitate Segouienſi in nepte fratris vxoris meæ. Quod gentes in admirationem adduxit, nóſque præmonet à ſomno huius ſęculi

ſurgere

ſurgere Rurſus & dicta donna Ioanna ad
efficiendam dictam ſcripturam non tan
tum ex cauſa dicti matrimonij eſt mo-
ta,ſed vt ſucceſſoribus dicti pręfecti eius
35 mariti prodeſſet † igitur & ſi vna ratio
ceſſaret,ſat eſt,alteram remanere.ex tex.
in.§.affinitatis.inſti.de nupt.cum alijs de
quibus Deci.in.c.cùm ceſſante.col.verſi.
quartò limita.de appel.cum ſimilibus de
quibus abunde And. Tiraq. de ceſſante
cauſa.limita.22.nu.1.cum ſequentib.De-
mum & quando eſt alteri ius quæſitum,
36 factúſque eſt contractus † & ſi ceſſet diſ
poſitionis cauſa, non tamen ſubuertitur
diſpoſitionis cauſa,non tamen ſubuerti-
tur diſpoſitio.ex text.in.l.fi. in princip.ff.
vnd.libe.tradit Bart.in.l.2.§.Titio. col.fi.
verſi.ſi vero accipis.ff.de donationib.& la
tè Deci.in.d.c.cùm ceſſante.de appel.co.
1.verſi.ſecundo limita.ſunt plures alię cõ
cordantiæ de quibus meminit And. Tira
quel.in tracta.de ceſſante cauſa.in.12.li-
mita.nu.1.& ſequentib.

ITAQVE conſtat de iure dicti
comitis de Melito, ſiquidem ſit de dicti
præfecti ſucceſſoribus,ſuíque maiorica-
tus:in quo verba dictæ primæ ſcripturæ
verificantur,quæ in hunc ſunt modum.
*E la perſona que huuiere y le perteneciere.*
*por linea derecha el meyoradgo que anſi*
*dexo el dicho ſeñor Adelantado.* Et ſi non
ſit dicti præfecti deſcendens:& ſi dicta
verba. *Por linea derecha.* Sint impoſita.vt
domini conſulentes ſatis iure probarunt.
Et hoc præter eos ſatis manifeſtum eſt,
quia bona dicti maioricatus, et bona ab
ea donata vnita perpetuò tũc eſſe voluit
vt expræſſe edixit in.d.ſcriptura:& ob id
cùm dictus comes de Melito habuerit
maioricatum dicti præfecti,tanquàm ad
illum ſubſtitutus,cõſequens eſt illum vo
catum à dicta donna Ioanna ad eius bo-
37 na,ex dicti maioricatus identitate † quę
diſpoſitiones declarare ſolet,quin & eas
extendere conſueſcit.ff.de iur.& fact. ig-
no.l.regula.§.ſiquis.& ff.de leg.2.l.cùm pa
ter.§.dulciſsimis.& ff.de leg.3.l. pater fi-
lium.§.fundum.cum alijs ſuis notiſsimis
de quibus meminit Tiraquel.in.d.tracta.
de ceſſan.cau.1.parte.nu.149.cum ſequẽ-
tib. Quòd & conſtat, quia & dicta dõna
Ioanna in dicta ſcriptura expręſsim con
ſtituit,vinculis & ſubſtitutionibus maio
ricatus dicti præfecti eius in bonis ſucce
dendum. Præterea & in ſcriptura reuo
cationis ſat ipſa donna Ioanna expoſuit,
prima ſcriptura prędicta voluiſſe,& ſuc-
ceſſores dicti maioricatus etiam à dicto
pręfecto non deſcendentes bona habitu-
ros † & vna ſcriptura alia declaratur.l. 38
qui non militabat.§.Lutio Titio.ff.de hę
red.inſti.& inibi Bald.& tex.in l. cohære
di.§.qui diſcretas.& illic Alex.ff. de vulg.
& pup.ſubſti.cũ alijs de quibus ſupra me
mores fuimus in conſil.2.in cauſa de qua
nunc inter donnam.nume.59.&.60. Et
actus † qui ſequitur,declarat quæ fuerit 39
intentio dictæ donnæ Ioannæ in præce-
dentibus.§.pauonum.inſti.de rer.diuiſio.
l.ſed Iulianus.§.proindè.ff.ad Mazedonia
notant Bart.& alij in l.cętera.§.ſed ſi pa-
rauerit.ff.de leg.1.& alibi ſæpe. Præterea
in dictis verbis nõ quidem dicitur, quòd
ſuccedat perſona à dicto pręfecto deſcẽ
dens per lineam rectam:ſed tãtum quòd
bona ſit habiturus perſona ad quam linea
recta maioricatus dicti pręfecti pertinue
rit,quod quidem diſsimile eſt.& ex abſi-
milibus argumentum non procedit.l. Pa
pinianus exuli.ff.de minorib. l. naturali-
ter.§.nihil commune. ff. de acqui. poſſe.
cum alijs.Verum dicta verba tantum ſo
nant,quòd ſucceſſores dicti præfecti ad
quos legitimè & ſecundum dicti maiori
catus regulas ipſius maioricatus ſucceſ-
ſio competat,bona dictæ donnæ Ioannæ
conſequatur,quem intellectum ſubſten-
tat tex.in l.à Titio. ff. de furt. & in.l. hæc
verba in ſtipulatione.ff.de verb.ſigni. Cę
terum & expendere oportet † quòd ver 40
bum. *Linea.* Effectiuè quandóque ſummi
tur:& ob id aſſerimus, lineam paternam
ideſt effectam à patre,& hoc modo intel
ligendo,non ſunt de linea niſi à patre deſ
cendentes.at vero ſummitur & quandó-
que contentiuè,& tunc etiam ſub verbo
linea

linea tranſuerſalis admittitur. vt tenet
Bald.cuius Soci.ei aſſentiens meminit in
l.Gallus.§.nunc de lege.col.2.ff.de libe. &
poſthu.& Card. Paul. Pariſi. in conſi. 40.
iſte anepos.col.pe.lib.2. Nec tunc obe-
41 rit † quòd dicto verbo. *Linea*. prædictũ
verbum. *Derecha*. adiungitur:quia & hęc
verba. *Linea recta*. Etiam in tranſuerſali
verificantur.vt probantur in.l.iuriſconſul
tus.§.& ſi ex inferioribus. ff. de gradib.
quod & ſuadentur ex his quæ Hoſtien.
tenet in ſumma.de conſang.& affini.col.
2.verſicu.quot ſunt lineæ. Qui firmat
42 † quòd fratres & ſi tranſuerſales in recta
linea ſunt.cui adſtipulatur Prępoſi.lectio
ne arboris conſanguinitatis.col.7.Et hęc
etiam inſtruuntur, ex his quæ habentur
in.c.quod dilectio. de conſang. & affini.
& quæ Cuma.conſuluit in conſi.2. propo
nitur.col.1.&.2.cenſens,quòd vocatis ali-
quibus de linea,etiam de tranſuerſalibus
43 intelligitur † ſimplex enim nominatio
lineæ vniuerſali adæquatur.ff.de leg.2.l.ſi
pluribus.& quòd verbum ſimplex.*Linea*.
etiam de tranſuerſalibus explicetur. pro
bat tex.in.l.ſtemata.& in.d.l.iuriſconſul-
tus.§.2.ff.de gradib.notatur in.§.1. & illic
Plate.inſti.eod.tit. Et ſi aliqui in hoc con
trarium teneant.

NEC dicere aduerſario ſuffragatur
quòd dicti comitis de Melito auus cardi
nalis fuit,& quòd ob id fuit ſpurius † Nã 44
quidem non præſumitur genitus in ſacer
dotio,ſed ante.vt probatur in.c.inter cæ-
teras.et illic Felin.& Rip.col.1.de reſcrip.
& idem Feli.in.c.veniens.co.1. de accuſa.
poſt Ioan.And.in Specul.tit.de fil.præſbi
te. Denique † & nepos ex filio ſpurio 45
ſubſtitui poteſt.vt conſtat in.l.fi.C. de na
tural.libe.& illic glo.& communiter do-
cto.ſunt plures concordan.de quibus mo
der.memores ſunt in.d.l.gallus.§. quid ſi
is.ff.de libe.& poſthu.& hanc dicit com-
munem opinionem Deci. in conſi. 462.
viſa legitimatione.col.2.nume.17.com-
plura videnda citans. & alibi ſæpe tra-
ditur.

ET hactenus pro dicto comite dixiſſe ſufficiat,& vt diximus,ita quidem pronunciatum deníque fuit.

Doctor Burgenſis Marcus Salon de Pace.

# Summarium ſuper vigeſimo ſeptimo conſilio.

1 *VIVERE quis præſumitur vſque ad centum annorum.*

2 *Error manifeſte conſtat, quando verba præcedentibus non conueniunt.*

3 *Scriptum dici non poteſt, quod non habet ordinatam conſequentiam.*

4 *Media ex extremis percipimus: & principia mediis, & media fini correſpondere debent.*

5 *Error inditiis & præſumptionibus probatur.*

6 *Error probatur ex verbis, quæ teſtator dixit extra teſtamentum.*

7 *Volũtas teſtatoris quæ ex dictis extra teſtamẽtum colligitur, duobus teſtibus probari poteſt.*

8 *Error ſat conſtat ex prothocollo ſcripturæ.*

9 *Error ſcriptoris nemini nocere debet.*

10 *Error non nocet, quando de corpore conſtat.*

11 *Verba teſtamenti ſunt ad concordiam reducenda, vt error euitetur.*

12 *Interprætatio illa ſemper ſummenda eſt qua contraria conciliantur.*

13 *Verba inferiora ad proxima præcedẽtia tantum ſunt referenda, & non ad remota: maxime ſi aliqua correctio vel contrarie-*

*trarietas adſit.*

14 *Clauſula ſequens non eſt referenda ad ea, quæ habent ſpecialem determinationem.*

15 *Verba appoſita in ſubſtitutione non debent eſſe ſuperflua.*

16 *Rationem aſsignare in teſtantium diſpoſitionibus, neceſſum non eſt.*

17 *Deciſio caſus in terminis præfertur caſui in alia ſpetiæ loquenti.*

18 *Conditio voluntaria in forma ſpecifica eſt adimplenda.*

19 *Argumentum de ſimilibus ad ſimilia in conditionibus voluntariis non procedit.*

20 *Teſtator vbi contraria diſponit in eodem teſtamento, ſtandum eſt poſteriori voluntati teſtantis. Et maxime fauore magis dilecti. nu. 30.*

21 *Intellectus. l. quotiens. ff. de vſufru. & numero. 28. & 29. & inibi cum ſequentibus an primo nominatus cēſeatur magis dilectus.*

22 *Ordo nominationis non attenditur, vbi conſtat de contraria voluntate teſtantis.*

23 *Dilectio ex dictis extra teſtamentum percipitur.*

24 *Voluntas teſtatoris teſtibus ſingularibus probatur.*

25 *Vocatus ille cenſetur, qui magis a teſtatore diligitur, quando dubitatur, quis ſit nominandus.*

26 *Voluntas teſtatoris non extenditur ad odioſos ipſe teſtatori.*

27 *Teſtatoris diſpoſitio non eſt ita interpretanda, quod minus dilectus magis dilectio in ſucceſsione præponatur: etiā ſi verba teſtatoris improprientur.*

31 *Iudicandum eſt in dubio pro reo & poſſeſſore & magis dilecto, & contra producentem inſtrumentum, & pro dote.*

32 *Declarationi teſtatoris ſtandum eſt in dubiis.*

# Conſilium Vigeſimum Septimum.

DEI Optimi maximi fauore poſtulato eiuſq; genitricis ſanctiſsimæ. In lite quæ inter Petrum de Herrera eiuſque vxorem donnam Catherinam Zuazo ex vna parte, & ex alia Franciſcum de Zuazo, controuerſa eſt: ius dictorum Petri & Catherinæ & ſequentibus patet.

PRIMO, quia dictus Franciſcus ſe ad bona cōtrouerſiæ ex hiſce verbis Scholaſtici Ruy Sanz de Zuazo ſe vocatum prætendit. *Y que deſpues de ſus dias del dicho Iuan de Zuazo maeſtre eſcuela mi ſobrino, que los aya ſu hermano Miguel de Zuazo: y deſpues de ſus dias ſu hijo mayor varon: y ſi no vuiere hijos el hijo mayor de mis ſobrinas hijas del dicho Martin de Zuazo: y ſi la mayor no los tuuiere de la ſegunda.* Nam quidem non conſtat dictum Michaëlem mortuum † ſed eum 1
viuere vſque ad centum annos præſumitur: vt traditur in. l. fi. C. de ſac. ſanc. eccle. glo. Barto. & docto. in. l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmo. teſta. appe. & paſsim habetur. cuius mors probanda erat prout ſtabilitur in. l. 14. tit. 14. part. 3. & tradunt docto. in. d. §. ſi dubitetur. & in. l. ſi quidem. C. ſolu. matri. & alibi ſæpe.

Rurſus prædictorū ius inſtruitur, quia et ſi Michaelis mors conſtaret, tamen dicto teſtamento hæc ad ſunt verba. *Y ſi no vuiere hijos el hijo mayor de mis ſobrinas hijas del dicho Martin de Zuazo, y ſi la mayor no los tuuiere de la ſegūda.* Et ſubſequenter hæc immiſcentur verba, *Y deſta manera por la linea derecha maſculina deſciendan e ſuccedan los deſcendientes del di-*

*del dicho Miguel.* Et cùm hæc verba præ-
2 cedentibus non conueniant † errorē con
tinere comperitur.ex.l.4.§.totiés.& illic
Bart.ff.de damno infect. optimus tex.in.
l.cùm pater.§.cum imperfecta.ff.de leg.2
ibi, *Ita demum verbum fideicommiſsi, aut*
*legati quod præcedit, vel ſequitur ad com-*
*munionem aſſumitur, ſi dicto ſcriptum con*
*gruat.* tex.etiam in.l.vnum ex familia.§.
pen.ff.eodem.tit.traditur in cap.cum ve-
nerabilis.& inibi gloſ.de relig.domib.vbi
docto.Bald.in.l.ſi vnus.colum.fi.C.de te-
ſta.& in.l.Gallus.§.idem credendum.col.
2.ff.de libe.& poſthu.Anton.in. cap.ex li-
teris.de fid.inſtrum. Et ob id Bald.in.l.ſi
quis ex argentarijs.§.ſi initium.colu.1.ff.
3 de eden.cenſet † ſcriptum non poſſe di-
ci, quod non habet ordinatam conſequē-
tiam † ex extremis enim media percipi-
4 mus, & principia medijs, & media fini
correſpondere debent.vt notatur in.l.ſe-
det ſi.§.ſolemus.ff.de hæred.inſti. & me-
dia ex ſequentibus & præcedentibus ex-
ponūtur.ff.de leg.1.ff.de leg.1.ſi ſeruus plu-
riū.§.fi.& traditur.in.l.ille à quo.§.ſi de te
ſtamento.ff.ad Trebel.& tex.in capit.in-
ter dilectos.de fid.inſtru. quem ibidem
Abb.columna.3.verſicu.nota ibi non erat
ſpatium.ad hoc notat, quòd ex qualitate
extremorum de medijs præſumitur. &
ait ad idem eſſe optimam gloſ.in cap.ac-
cedens.de conuer.coniuga.tex.in. ca.per
tuas.de condi.appoſit. Et ſat dicta verba.
*Y deſta manera.* Dictum errorē inſinuant,
ſiquidem ipſa verba. *Deſta manera*, decla
ratiua pręcedentium ſint.l.qui ſeruum.§.
1.verſi.hoc genere.& inibi glo.ff.de inter-
5 rog.act.† error enim etiam inditijs pro-
batur ſeu præſumptionibus.notatur in.l.
in tēpus.§.fi.de hæred.inſti.& illic Bald.
Ang.Imol.ex.l.imperator.ff.de leg.1.con
ſtátq; de ipſo errore ex alijs verbis dicti
6 teſtamenti † quim & ipſe error probatur
ex verbis quæ dictus teſtator extra teſta-
mentū dixit.vt conſtat.in.l.quotiens.§.1.
ff.de hæred.inſti.quē ad hoc Bar.citat in.
l.cū proponebatur.prope finem.ff.de leg.
2.idem Bar.in.l.ſi quis in fundi vocabulo.
co.2.verſi.2.quæro.ff.de leg.2.dd.in.l.ſi li-
brarius.ff.de reg.iur.& in.l.hęredes palā.§.
ſi quid poſt.ff.de teſta.& quæ idem Barto.
ſcribit in.l.2.in princip.co.pen.ff.de vulg.
& pup.Et † hæc volūtas quæ ex dictis ex 7
tra teſtamentum percipitur, duobus teſti-
bus probari poteſt.ex.l.vbi numerus.ff.de
teſtib.& eſt ad hoc notabilis, glo.in.l.hæ-
redes palam.§.ſi quid poſt.in verb.poſſe.
ff.de teſtamen.& Bart.in.d.l.2.col.ante pe
nul.& in.d.l.hæredes palam.§.ſed ſi notā.
ff.de teſta.poſt Old.in conſi.297.domina.
col.fi.verſiculo ad ſecundam.& tenet An
gel.in.l.præcibus.C.de impub.& al.ſubſti.
& Soci.in conſi.37.viſo teſtamento.nu-
mero.7.verſiculo pręterea.lib.3.& Alexā.
in conſilio.100.viſa parte.columna.2.lib.
4.poſt Bald.in.l.errore.C.de teſta.& late
Capizi.in deciſio.182.in cauſa numero.
14.&.15.& nos in.l.3.Tauri.numero.813.&
Alua. Valaſc.de iu.emphy.1.part.quæſt.
7.nume.38.verſiculo & exceptione dictis
in ſurgit.De quo errore etiam ſat conſta
ret † ſi aduerſarius exhibuiſſet prothocol 8
lum dicti teſtamenti.ex traditis in.l.fi.C.
de fid.inſtru.nā error ex prothocollo pro
batur.vt in authē.de tabellionib.§.pe.col
la.4.Bart.in.l.Sempronius Proculo.ff.de
leg.2.& in.d.l.ſi quis ex argentarijs.§.præ-
tor ait.ff.de eden.& illic late recentiores.
ad quod & videndus eſt Bald.in conſi.307
proponitur per totum.li.5.vbi notabiliter
loquitur in propoſito.& tradūt docto.per
tex.ibi in.d.l.ſi Librarius.ff.de regul.iur.&
alibi ſæpe traditur.

Cùm igitur de dicto errore conſtet, in
toto dicto teſtamēto nulla aduerſarij ad-
inuenitur ſubſtitutio:& ſubſtitutio dictæ
donnæ Catherinæ tutiſsima manet † cui 9
non poteſt nocere error ſcriptoris.ex.d.
l.errore.C.de teſta.l.ſi fortidianum.C.de
lega.& in d.l.ſi librarius.& ſingulariter Bal.
in.d.conſ.307.co.2.in verſ.in contrarium.
conſtat enim, quòd cùm in dicto teſtamēto
dicitur, *Del dicho Martin*, debeat dicere,
*Del dicho Miguel*, & cum † de corpo- 10
re conſtet, minime error dictæ Catheri-
næ præiudicat, & eſt ac ſi in dictis ver-
bis. *Del dicho Martin*. Dictum eſſet, *Del*
*dicho*

*dicho Miguel.* Dicta.l.errore.& in.l.ſi in
nomine.C.de teſta.& in.§.ſi quis in nomi
ne.inſti.de lega.tex.6.parti.titul.3.l.13.ibi.
*Mager erraſſe en el nombre, o en el ſobre-*
*nombre del, valdria lo que ordenaſſe, y mã*
*daſſe: ca por tal yerro como eſte no ſe tue-*
*lle la verdad.* idem & ſancitur in.l.9.tit.9.
ead.6.par.ibi. *Mager erraſſe el teſtador el*
*nombre de aquel, a quien la hizieſſ, no em-*
*peze el tal yerro, no embarga porende la*
11 *manda.* Et dicti teſtamenti verba † ſunt
ad concordiam reducenda capitulo in-
ter dilectos.de fid. inſtru.l.non ad. ff. de
condi.& de monſtra.cum alijs de quibus
moder.in.l.pacta nouiſsima.C.de pact.&
in.l.1.in princip.ff.ne quis eum.in quo lo-
co doctores in omni diſpoſitione loquun
tur.& abundè Deci.in.l.ſi idem cum eo-
dem.§.fi.in fine.ff. de iuriſdi.omni.iudi.
Alexan.in conſilio.141. viſo teſtamento.
columna.3.verſiculo aut oportet. libro.2.
Deci.in conſi195.colum.2.& in diſpoſitio
ne teſtamentaria inſigne tradit idem De
ci.in.conſi.337.in caſu propoſito. colum.1.
nume.2.& in conſi.391.in caſu propoſito.
colum.2. poſt Iaſo.in conſil.38.tota præ-
ſens. colum. 1.&.2.libro.1.& faciunt quæ
ſupra citauimus in conſilio.2.in cauſa.nu
12 mero.60.&.60.&.66. Et ſemper † illa in-
interpraetatio admittenda eſt, qua contra
ria conciliantur.vt traditur in.l.ſi finita.§.
illud.& ibi doctores.ff.de damn.infect. &
in.cap.literas.de reſti.ſpol.cum alijs à no-
bis ſupra citatis in. d.conſi.2.num. 86.qua
concordia ſic in dicto teſtamento penſi-
tata prorſus aduerſarij prętenſionem ex-
cludit.

EX quibus & ſuboritur, quòd hæc
verba dicti teſtamenti, *Y ſino vuiere hi-*
*jos el hijo mayor de mis ſobrinos.* Non
quidem referenda ſunt ad ipſum Michae
lé: ſed tantũ ad eius filiũ maſculũ, de quo
ꝓxime teſtator fuit loquutus: itaq; ſubſti
tutio fit dicto filio maſculo primogenio
dicti Michaelis & nõ dicto Michaeli: cui
13 ſi fieret verbis inferioribus aduerſaretur
† verba enim inferiora ad ꝓxima prçcedé
tia tantũ ſunt referenda, & non ad remo-
ta: eo prçcipuum caſu, ſi ex ipſa relatione
ad remotiora aliqua correctio ſeu con-
traditio in eat.vt in.l.ſi quis à filio. & ibi-
dem gloſ.in verb. duntaxat.ff.de leg.1. &
in.d.l.ſi idem cum eodẽ.§.fi.ff.de iuriſdi.
omni.iudi.quo in loco Deci.ad finẽ egre-
giè loquitur. & Iaſ.in.l.1.col.2.in.1.&.2.li-
mita.C.de libe.præteri.facit tex.notabi-
lis in.l.2.ff.de ſta.homi.cũ alijs de quibus
doctores.in.c.cùm dilecti.de dona. Nec
ſequens clauſula † ad ea quæ ſuam ſpecia 14
lem habent determinationem & referen
da.vt notatur in.l.talis ſcriptura.ff.de leg.
1.doctores in.d.l.1.C.de libe.prętę.tex.in.
d.cap.cùm dilecti.de donatio.cum ſimi-
libus de quibus meminit Card.Pariſi.in
conſil.36.circa primum.nume. 20.& ſe-
quentibus libro.2.& Hieronym. Grat.in
conſilio.16.viſis.nu.6.& ſequentibus lib.1.
& ſi in contrarium plura citet idem Gra-
tia.in conſi.5.num.64.& ſequentibus lib.
2.& Aym.Craue.in conſil.326.numer.14.
libro ſecundo.

QVID plura ſi dicta verba, prout
non intelligerentur, verba quibus dicta
Catherina ſubſtituitur † ſuperfluerent, in 15
efficatia quæ eſſent. contra.l.quotiens.ff.
de verb.oblig.& in.l.quotiens in actioni-
bus.ff.de reb.dub.diuerſo quæ cenſeretur
iure idem teſtamentum.ff.de vſucap.l.eũ
qui edes.cum ſimilibus quæ Deci.conge-
rit in conſilio.504.in caſu occurrenti.co-
lumna ſecunda, numero ſexto, & facit
tex.in.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfe-
cto.in fine.C.de teſtamen.

ET ſi dicatur, quòd nulla diſcriminis
ratio magis excogitari poteſt, quãdo ſub-
ſtitutio Michaëli fit, quam cùm fit eius fi-
lio maſculo: dici poteſt, ſatis eſſe quòd ſic
teſtator voluit. ex.l.in conditionibus.ff.
de condi.& demonſtra authent. de nupt.
§.diſponat.colla.4.cum ſimilibus. nec in
teſtantium diſpoſitionibus † rationem 16
aſsignare neceſſum eſt: ſed ſufficit pro
ratione voluntas.vt traditur in.l.1.§.pri-
mo verb.pueritiam.ff.de poſtulan. & ibi-
dem Angel.& doctores & moder.in capi
tulo ſi quando.de reſcrip.ipſa quæ condi-

P 2 tio pro

tio pro cauſa habetur.l. à Titio.§.nulla.& illic Bartol.ff.de verb.obliga.cum ſimilibus de quibus meminit Deci. in conſilio. 89.viſo puncto.colum.3.verſi.tertiò allegata.& alibi ſæpe.

PRÆTEREA dicta Catherina præponenda eſt aduerſario in ſucceſſione, ſiquidem ipſa Catherina ſubſtitutionem expræſſam caſus contingentis edocet: & aduerſarius non,ſed verba tantum pro ſe fert alio in caſu contingenti
17 loquentia, nam quidem caſus † deciſio quæ in terminis caſui alia in ſpetiæ loquenti præferri debet.l. vxorem.§.codicillis.ff.de leg.3.l.legatorum.§.qui plures. ff.de leg.2.& inibi Paul.Caſtren.regul.generi.de regul.iur.lib.6.& notabiliter moder.in.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio. cum ſimilibus citatis à Ioan. de Neuiza.in ſua ſilua nuptiali.char.22.columna quarta in.8.limita.quibus & con-
18 ducit † quia conditio valuntaria ſpecifica in forma eſt adimplenda.ff.de condi.& demonſtra.l.Meuius.cum alijs de quibus Bartol.& doctores in.d.l.Gallus.§.& quid ſi tantũ columna tertia.ff.de libe.& poſthu.Deci.in dicto conſilio.89.viſo puncto
19 columna ſecunda & ob id † de ſimilibus ad ſimilia in conditionibus voluntarijs non proceditur.vt ait Bartolus in dicto.§. & quid ſi tantum.& Deci.in dicto conſil. 89.columna tertia.Præter hoc, quòd caſus abſimiles ſunt,non quę ſimiles.ex glo. in capitulo non poteſt.de præbend.libr.6 in verb.cura.ex iuribus inibi ab ea citatis, & tradunt doctores abunde in capitulo. tranſlato.de conſtitu.Imol.in.l.Lutius.columna ſeptima.ff.de hæred.inſtituen.& & argumentum à ſimili fallax eſt.vt probatur in authent.de inſtrumen.cau.& fid. §.ſi vero.colla.6.& Alberi.in eius dictionario.in verb.argumentum columna ſecunda, & moder.in dicto capitulo tranſlato.& alibi ſæpe traditur.

SANE & aduertendum eſt pro dicta donna Catherina,quòd illa poſtremò
20 eſt ſubſtituta † nam vbi teſtator contraria in teſtamento diſponit,poſteriori teſtatoris voluntati & diſpoſitioni eodem teſtamento confectæ ſtandum eſt: vt vltima prior ſenſetur mutata.l.ſi mihi & tibi.§. in legatis.ff.de leg.1.l.tutor datus.§.fi.ff.de teſta.tutel.cum alijs quæ ad hanc rẽ congerit Deci.in conſil.317.viſis col.2.quibus accedat tex.in.l.ſicut.ff.de adimen.leg. & quæ inibi gloſ.citat.& inſtitu.de leg.§.fi.

NEC huic rei tunc oberit † tex.in.l. 21
quotiens.ff.de vſufruct. qua conſtitutum eſt,quòd ſi Titio & Meuio vſufructus relinquitur,ita quòd eo alternis fruantur annis,quòd priori anno Titius vſufructu potietur: at Meuius ſecundo, quia primo nominatus prædilectus cenſendus eſt.

Tum,quia in.d.l.quotiens.coniunctim Titio & Meuio legatur vſufructus, ita vt alternis vtantur annis.verum in præſentia diuerſis orationibus dictarum partiũ ſubſtitutio efficitur: & ob id vltimæ diſpoſitioni ſtandum eſt.ſi error prædicto teſtamento minimè adſit.

Tum etiam,quia in caſu dictæ.l.quotiens.nulla repugnantia( prout in noſtro caſu)reperitur.

Tum item, quia in caſu.d.l.quotiens. ambobus legatum teſtatur præſtari voluit:verum hic vni tantum.

PRÆTEREA in caſu.d. l. quotiens. non quidem expræſſum eſt, quis prius vſufructu ſit fruiturus: & ita inibi de teſtantis voluntate declaranda agitur.at hic tractatur de voluntate expræſſa exponenda.

Tum, quia in caſu dictæ.l.quotiens. non ita ſecundus legatarius damnificatur, ſicut hic dicta Catherina: ſiquidem de ea omnino excludenda agatur. & vt traditur in.l. ſi quis teſtamento.§.apud Iulianum.ff.de leg.1.& illic Iaſo. numero quinto prædicta ſanctio legis quotiens. loquitur, cũ ſecundo legatario ius nõ aufertur:ſiquidẽ vſufructu ſecundo anno vti valeuit:at ſecus ſi alterius tolleretur ius, ſi primo nominatur admitteretur. quod & conſtat,quia vbi agitur de annullando, nomi-

nominationis ordo minime appenditur. ff.de pecul.leg.l.quidam.

Tum,& quia dicta.l.quotiens in dubio obtinet.vt inibi conſtat.& aduertit Iaſo. in. dicto.§. in legatis.at ſecus erit ſi de contrario conſtiterit: & ſecundò nominatus in ſucceſsione à teſtatore prædilectus appareat ex traditis ibi à doctores eſt textu. inſigis in.l.nec enim.ff. de ſolutio.quem ibidem doctores adhoc
22 expendunt † quòd nominationis ordo nequaquam attenditur,ſi de contraria teſtantis voluntate conſtet.ex quo tex. nuncupatim ſic Rip.temperat.d.l.quotiens. in.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.nu.11.ff.ad Trebel.optimus text.in.l.quidam teſtamento.ff.de pecul.leg.& traditur in.l.ſi is qui duas.ff.de excuſa.tuto.& inibi Alberi. & tex.in.l.cùm pater.§.fidei tuç.ff.de leg. 2.ibi,*Nam ordo ſcripturæ non impedit cauſam iuris ac voluntatem.* Et tradit Alex.in in conſil.161.viſis.colum.fi.nu.3.lib.7.quo loco ait,dictam.l.quotiés,cùm te teſtantis apparuerit voluntate,ſeu mente contraria non procedere.nam voluntatis & intellectus ordo non ſcriptura curatur.ex notatis in.l.2.§.ſi prius.ff.de vulg.& pup.& abundè Curt.Iuni.in conſ.161.præſupponitur.num.10.& Card.Paul.Pariſi.in conſilio.31.ad corrouationem.num.9. libro.3. quibus & accedant verba Bald.in.l.ſi quis heredes ita.ff.de verb.obliga.ſi conſtat de voluntate non curatur de ordine.Et ſic illum ſummat tex.ordo loquēdi non ſignificat ordinem ſuccedendi. & adde quæ nos trademus infra in conſil.29.nume.83. Et teſtibus etiam probatum eſt, maiori dilectione dictam Catherinam affe-
23 ctam, quàm aduerſarium † quæ dilectio ex dictis extra teſtamentum percipitur. l.quotiens.§.primo.ff.de hæredi.inſti.& & in.d.l.hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff. de teſtam.Bartolus.in.2.in fine principij. ff.de vulg.& pup.Soci.in dicto conſilio.37 viſo teſtamento domini numero ſeptimo verſicu præterea libro tertio & Lauren.Calca.in conſilio octauo, columna quarta.& Alexand.in conſilio.100.columna.2.poſt medium.libro. 4. Et † teſti- 24
bus etiam ſingularibus teſtantis declaratur voluntas.vt voluit Old.in conſil.297. domina.colum.fi.& idem conſuluit Alexand.in conſil.4.attentis narratis numero.11.libro.7.& Zazi.in conſilio.1.pagin.6. & tenent alij quo memini in rep.l.3.Tauri.num.813.in fine.& ibi dictis adde videndum Aym.in conſil.73.dicendum.nume. 33.libr.1.et ſi contrarium teneat Paul.Caſtren.in conſilio.137.in cauſa quæ vertitur Pergami.numero ſecundo in. fi.libro ſecundo.

Inſtruuntur hæc † quia vbi dubitatur, 25
quis vocetur ex teſtantis diſpoſitione, ille vocatus exiſtimatur,qui magis à teſtatore diligitur.ff.de leg.1.ſi ſeruus plurium. § fi.&.ff.de reb.dub.l.ſi fuerit.& notat Anchar.in conſilio.17.columna tertia notatur in.l.ſi in teſtamento.ff.de vulg.& pup. & ibi Alberi.tex. in. l. Publius.§.fi.ff. de 26
condi.& demonſtra. Nec † teſtantium diſpoſitio in fauorem eorum quos odio habuit interpraetanda eſt.l. Lutius.§.Lutius Titus damam.ff.de leg.2.l.3.§.fi.ff.de adim.leg.cum alijs infra ab legandis.Nec vero ſimile eſt, teſtantem ad commodum illum nominaſſe, quem minimè dilegerit.l.ex duobus.§.filium.& ibidem Paul.Caſtren.columna prima.ff.de vulg. & pup. † nec teſtantis diſpoſitio ita inter 27
prætanda eſt,quòd minus dilectus magis dilecto in ſucceſsione præponatur.vt probatur in d.l.Publius.§. fin.tradunt doctores poſt glo.in.l.ſi mater.ff.de vulg.& pup. moder.in.l.1 ff.eodem titulo, & in.l.cùm proponas.C.de hæred.inſti.& inſigne Alexan.in conſi.93.aliàs conſultus, columna tertia libro tertio verſiculo præterea copullatiua.quo in loco hoc adeo obtinere ait, quòd verum eſſe cenſet, et ſi diſpoſitionis verba impropientur, idem & conſuluit idem Alexand.in conſilio.125. attentis verbis,columna penultima & fi. libro quinto citans Bartolus in dicta lege Gallus.§.etiam ſi à parente. Et ita cùm

dicta Catherina fuiſſe magis dilecta con
ſtet, in ſui fauorem ſententia eſt ferenda,
28 & contra aduerſarium † nec dicta.l.quo-
tiens.citari valet, ſi quidem eius diſpoſi-
tio ex eo obtineat, quia primò nomina-
tus magis dilectus cenſetur. Demum
29 nec † dicta.l.quotiens, ſubſiſtit, cùm cir-
cunſcripto ordine lex in contrarium ali-
quid conſtituit. vt in.d.l.cùm pater.§.fi-
dei tuæ.& in.d.l.nec enim.& illic Alberi.

QVIBVS omnibus & alludit
† glo.in.l.in teſtamento.ff.de fideicom-
30 miſſ.liber. Et quod per eam Iaſo.tenet in.
d.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.vbi etiam ci-
tat Roma.tenentem, quòd ſi poſteriori
diſpoſitione perſona dilectiſsima teſta-
tori nominatur, vim habet clauſulæ de-
rogatoriæ etiam in præcedenti diſpoſi-
tione collocatæ.

DENIQVE etſi iuxta prædicta aliquid eſſe dubium (vt inficiamur) poſſet, pro dicta Catherina eſt iudicandum.
31 Primò, quia poſſeſſor eſt † & rea, cui ob
id iura notiſsima fauent maxime.l.fi.C.
de rei vend.&.l.28.titulo.2.parti.3. Et quia
cum aduerſarius ſit actor, dubia probatio non relebat.de probat.capitulo in præſentia.C.vnd.cogna.l.non hoc.l.veteribus.ff. de pact.quim & modicus exceſſus in actore illi victoriam nequaquam præſtat. ex iuribus quæ ad hoc Abb expendit in capitulo ex literis.de probat.columna.2. Tertiò, quia indubio diſpoſitio de odioſis non eſt intelligenda.vt in.d.§. Lutius Titius damam.cuius meminit Iaſo.in.l. ſi ab hoſtibus.§.ſi vir vxori.numero.2.ff. ſolu.matrim.poſt Alexand.in conſil.213. nume.4.libro.6.& Ioan.Lezi.in tracta.de primogenitura.libro.3.quæſt.4.numer.7. &.8.& Grægo.Lup.in.l.2.in verb. *Seyendo home para ello*.columna.1.titulo.15.parti.2 & plene deo duce alibi de illo text.mentionem faciemus. Quartò, quia aduerſarius produxit dictam ſcripturam teſtamenti: & ob id, etiam indubio aduerſus illum eſt explicanda.text.in dicto capitulo inter dilectos.de fid.inſtrum.& inibi Baldus columna penult.Alexand.in conſilio.126.viſi proceſſu.colum.fi.libro.7.& alibi ſæpe. Quintò, quia dicta bona ſunt data in dotem dicto Petro de Herrera,& in dubio dotis fauore pronunciãdum eſt. l.in ambiguis.ff.de iur.dot.l.fi.C.de dot. promi.l.1.ff.ſolu.matri.cap.fin.de re iud.
Et quia ſat ſic (vt explicuimus) ipſe teſta-
tor declarauit † cuius declarationi ſtan- 32
dum neceſſe eſt.ff.de leg.2.l.ſi quis ſeruũ.
§.ſi inter duos.& inibi doctores.& palam Bald.in authent.in quibus.colum.fi.C.de ſecund.nupt.& Ioan.Lup.in.l.45.Taurinarum ſanctionum nume.15.&.17. Et his ſat ius dictæ Catherinæ fulcitum manet. in cuius fauorem poſtea pronunciatum fuit.

Doctor Burgenſis Marcus Salon de Pace.

# Summarium ſuper vigeſimo octauo conſilio.

1 DEBITOR non liberatur alicui ſoluendo poſt prohibitionem ei factam a ſuo creditore.

2 Pactum initum inter creditorem & debitorem, quod tertio quantitas certa ſoluatur mendati vim habet, mutari quæ poteſt.

3 Intellectus.l.aliud.ff.de ſolutionib.

4 Solutioni quando quis adiectus dicatur, vt reuocari tale madatum ſolutionis non poſsit. Et fere per totum conſilium.

5 Intellectus.l.3.C.de nouatio.& numero 8.& inibi late quando cedens alteri actiones ſuas poſsit debitum exigere.

6 Dicta.l.3.C.de nouatio. an procedat in ſimplici procuratore.

7 Solutio quod non poſsit fieri vni ex illis, cui alternatim ſcriptura exprimitur, an operetur partis debiti perceptio.

9 Soluendi alicui facultas conceſſa, non tranſit ad eius hæredes.

10 Minori læſo in contractu competit reſtitutio in integrum. Et inibi intra quod tempus competat ei talis reſtitutio.

11 Authenti.ſacramenta puberum.C.ſi ad uer. vendi. (ſecundum magis communem opinionem) non procedit data enormiſsima læſione.et plenius numero.16.&.21.

12 Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.

13 Dolus re ipſa ad æquatur dolo ex propoſito.

14 Dicta authent. ſacramenta puberum, non procedit extante dolo.

15 Iuramentum debet habere tres comites, ſcilicet, iuditium, veritatem, & iuſtitiam.

17 Abſolutionem a iuramento non tenetur petere minor enormiſsimæ læſus.

18 Enormiſsimæ læſioni non poteſt minor renunciare.

19 Clauſulæ appoſitæ in inſtrumētis de ſtylo tabellionum non ſunt conſiderandæ.

20 Reuerentia patris ſimul cum læſione enormiſsima ſufficit ad reſciſionem contractus.

22 Geminatio actus non tollit remedium enormiſsimæ læſionis.

23 Fructus percipiens ex aliquibus rebus, ad onera ipſarum rerum tenetur.

24 Succeſſorū in maioricatu perſonæ non conſiderantur viuētibus poſſeſſoribus.

25 Euenire quod poteſt conſiderandum eſt.

26 Intellectus.l.ſi pater puellæ.C.de inoffi. teſta.& l.de fideicommiſſo.C.de tranſact.

27 Enormiſsima læſio an excludatur ex perceptione alimentorum.& ſequentib.

28 Donatio remuneratoria non poteſt dici, ſi ex ſeruitiis neceſſe debitis fiat.

29 Alimenta præſtanda ſunt ſecundum patrimonii quātitatem & perſonarum dignitatem.

30 Contractum quis ſeruare non tenetur, quando aduerſarius quæ promiſsit ex parte ſua non adimplet.

31 Cedens actiones ſuas poteſt eas intentare, quādo ceſſionarius ex parte ſua non adimplet contractum ceſsionis.

# Conſilium Vigeſimum Octauum.

DEI optimi maximi auxilio poſtulato, eiusque genitricis Dominæ meæ. Diſſertatur lis inter marchionem de Gibraleon ex parte vna, & donnum Petrum de Zuñiga, eius quæ hæredes, in qua ius dicti marchionis ex ſequentibus fulciemus.

ET primò, quia in ſcripturis quas dictus marchio confecit dicto donno Petro minime ſuas ceſsit actiones: nec ipſum in ſuam rem procuratorem conſtituit: tantum enim in dictis ſcripturis permiſsit, quòd dicto donno Petro eidem ve Marchioni ſeu duci eius patri quinquaginta aureorum millia perſolui poſsint, & talem ſolutionem non impugnaturum iure iurando promiſsit, & dictæ ſolutionis appocham de ſoluendo daturum cauit. quod in hac lite dictus Marchio minime abijcit.

SECVNDO hoc conſtat, quia et ſi dicto Petro vel duci ipſi quæ marchio exoluit edixerit, cùm tamen ipſe marchio vetare potuit, ne dicto Petro dictorum aureorum ſolutio fiat, adeò quòd ſi poſt prohibitionem dicto Petro ipſa ſo
1 lutio ſit facta † debitor non liberatur. vt in. l. 6. titulo. 14. parti. 5. & in. l. cùm quis. §. ſi debitor. ff. de ſolutio. & in. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. & in. l. aliud. prope finem. ff. eodem titulo quibus accedat text. in. l. ſi cùm Cornelius. ff. eodem titulo de ſolutio. Qua & ſimilibus ſta
2 bilitur † pactum initum inter creditorem & debitorem, quòd tertio quantitas debita exoluatur, mandati vim habet, mutari quæ poteſt. vt traditur in. l. ff. de pact. & inibi Bartolus ait, quòd ſi mihi & Titio ſoluturum promiſſeris, perinde eſt, ac ſi Titium ad id meum procuratorem conſtituerim: & quòd deinde poſſum vetare, quòd Titio non ſoluatur nec ipſe exigat. citans ad hoc tex. in. d. l. ſi cum Cornelius bonus text. ad idem in. l. vero procuratori. §. ſed & ſi quis. ff. de ſolutio.

NEC his oberit † tex. in. d. l. aliud. 3
ff. de ſolutio. et ſi ea cauetur, quòd ſi aliquis contractu ſolutioni eſt adiectus, ſolui quæ Titio ſit promiſſum, quòd Titio ſolui etiam me vertante poſsit.

Tum, quia loquitur quando debitor plus vult Titio, quàm mihi ſoluere, quod in hoc negotio minimè contingit.

Tum, & quia dicta. l. aliud loquitur, quãdo debitoris fauore prouiſum eſt, Titio perſolui. vt hic. nec factum eſt. vt Bar. Imol. & cæteri conſiderat in. l. hoc iure. §. ſi quis dederit. ff. de donatio. qua in lege probatur. palam Barto. in. d. l. ſi cum Cornelius.

Tum etiam, quia dicta. l. aliud loquitur, cũ Titio ſolui ſtipulatione ſoluitur: ſecus ſi à creditore Titio exolui ſit permiſſum: & tunc à creditore vetari ſolutionem poſſe ſancit.

Tum item, quia dicta. l. tunc locum habet, cùm Titio tempore obligationis cõtractæ ſolui promittitur: at ſecus ſi poſt. vt conſtat ex Bartol. in. d. l. aliud. & docto. in. l. ſi vero procuratori. §. primo. ff. eodẽ titulo.

Tum, quia ante ſolutionem lis in præſenti conteſtata eſt, in qua ipſe marchio ſibi exolui petit, quo caſu ceſſat & d. l. aliud. vetari quæ poteſt, ne adiecto ſolutio fiat. ex. d. l. ſi ſtipulatus fuere decẽ in melle. & ſic Barto. tenet in. d. l. aliud. & in. d. l. ſi vero procuratori. §. 1. & eſt tex. 5. part. tit.
14. l. 5. Denique † tunc dicitur quis ſolutio 4

ni

ni adiectus, ita quòd reuocari non poſsit
ſecùm quis ſibi aut Titio ſtipulatur: at ſe-
cus ſi ſibi pecuniam Titio reddendam ſti
pulatur, quia in tali caſu, nõ erit adiectus
poteſt quę inhiberi ne Titio ſolutio fiat.
vt inſigne tenet Angel. in d.l. ſi cùm Cor
nelius. ex.l.1.C. ſi mãcip. ita fue. alie. & ſat
conſtat ex.d.l.5.tit.14.parti.5. Sed in præ-
ſenti dotis promiſsio dicto marchioni fa-
cta eſt, & debitores ſe dicto marchioni
eiúſque patri ſuo nomine dictos aureos
ſoluturos, aut dicto Petro obligatione di
ctis ſcripturis aſtringuntur.

TERTIO & hæc ex alio manife-
ſta fiunt, quia vt conſtat ex dictis ſcriptu-
ris, dictus marchio in eis non quidem di-
cto Petro actiones cedit, nec illũ in rem
5 ſuam procuratorem conſtituit † ex quo
confeſtim ſuboritur, tex. in l.3.C. de noua
tio. hoc in negotio non ſubſiſtere: qua le-
ge ſancitur, quòd cedens alteri actiones
ſuas, quòd dominus poſt ceſsionem debi-
tum exigere nõ poteſt, niſi in tribus caſi-
bus, quorum inibi fit mẽtio. & eorum eſt
vnus, quando ceſsionarius partem debiti
exegerit. vt hic dictus donnus Petrus exe
git. Siquidẽ dicta.l.3. obtinet, cùm actio
nis ceſsio facta eſt: at non habet locum in
ſimplici procuratore à domino conſtitu
to, prout fuit dictus donnus Petrus in di-
ctis ſcripturis à dicto marchione. Quo
fit, quòd & poſtquàm dictus donnus Pe-
trus prout ſimplex procurator debiti par
tem exegit, non contradicente prædicto
marchione, reſiduum debiti poterit habe
re. l. poſt litem. & l. ante litem. ff. de procu
ra. & ita priuatim dictam.l.3. glo. illic ex-
6 plicat. & quòd in ſimplici † procuratore
minimè ipſa.l.3. ſubſiſtat, actionis ceſsio-
ne non facta. & illic communiter ſcribẽ
tes maximè Sali. 4. oppoſi. eſt optimus
tex. in d.l. aliud. prope finem. quibus & ac
cedat text. in l. ſi cùm decẽ mihi. in prin-
cip. ff. de ſolutio. quo ſancitur, quòd ſi mi
hi aut Titio decem dari ſtipulatus ſim,
quòd ſi debiti partem exegerim, quòd re
liquũ adiecto ſolut. poterit. & ita inibi cõ
7 ſtat † partis debiti perceptionem nequa
quàm operari, quòd ſolutio fieri non va-
leat vni ex illis, cui alternatim ſcriptura
exprimitur, quòd fiat ſolutio. quem tex.
Bart. appendit in. d.l. aliud. & traditur in
d.l. cùm decem. quibus fauet tex. in l. qui
hominem. ff. de ſolutio. Et quæ notantur
in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Treb. Verum. d.
l.3 tantùm † loquitur, quando actio ceſſa 8
eſt: & nõ verbis alternatiuis. vt ex eodem
tex. conſtat.

PROINDE & ius dicti marchio
nis ex alio cõſtat † quia facultas adiecto 9
ſoluendi, non tranſit ad eius hæredes. ff.
de ſolutio. l. ſi ſtipulatus. & ff. de verb. obli
ga. l. cùm quis. & ita dicti donni Petri hæ
redes etiam ex hac cauſa non poterunt
prædictum reſiduum petere.

PRÆTEREA & ex alio iuſti-
tia dicti marchionis inſtruitur, ſiquidem
enormiſsimè læſus fuiſſet: præcipuùm ſi
ex dictis ſcripturis dicto dõno Petro ius
ita quęſitum fuiſſet, quòd dictam dotem
dicto marchioni promiſſam exigere vale
ret, cùm iuris notiſsimi ſit, ipſum mar-
chionem dictæ dotis dominum eſſe. l. do
ce ancillam. C. de re vendica. & ad illum
tantùm eius exactionem pertinere. C. de
dot. promi. l. ſi pro te. & cùm prædictam
aureorum ita ingentem ſummam (pro
oneribus matrimonij inſtitutam. C. de
iur. doti. l. pro oneribus. l.7. tit.11. par.4. ad
idem eſt tex. in l.5. tit.2. parti.3.) Amite
ret. & ob id † dicto marchioni vt potè 10
minori reſtitutio in integrum ab eo peti
ta concedenda eſt. vt per totum. C. & ff.
de integ. reſti. & in c.1. eod. tit. & in l. fi. tit.
ſi. parti. 6. Quæ & plus ſancit, quòd infra
triginta annos minor aduerſus contractũ
in quo enormiter læſus eſt, venire poteſt.
Et ibi late tangit Grego. Lup. & Pinel. in
l.2.C. de reſcin. vendi. 3. part. cap.1. nume.
19. & 20.

NEC oberit, quòd dictæ ſcripturę à
dicto marchione iure iurando ſunt mu-
nitæ, & ita videtur, quod illis ſtare ſit ob-
noxius: nequeat quę reſtitutionem in in-
tegrum petere. C. ſi aduer. vendi. authen-
ti. ſacramenta puberum.

Primò

PRIMO, quia quæ hic marchio petit, non quidem dictis ſcripturis aduerſatur, quando & illis (vt explicuimus) ſit ſtabilitum, quòd & marchioni ſolutio fieri poſsit.

SECVNDO, quia ſecundũ ſcri-
11 bentium magis cõmune placitum † da-
ta enormiſsima læſione dicta authenti.
minimè obtinet & ſecundum hanc ſen-
tentiam quotidiè Pinciano regio præto-
12 rio iudicatur † quia non debet iuramen
tum eſſe vinculum iniquitatis. de iur. iu-
ran. c. ſi verò. c. quanto. de eod. titul. facit
text. in. l. illicitas. in princip. ff. de offi. præ
ſid. ca. debitores. de vſur. cum ſimilibus.
Et quia ex enormiſsima læſione dolus re
13 ipſa enaſcitur † qui dolo ex propoſito
adæquatur. C. de dol. l. qui ſuperſtite. & ff.
quę in fraud. credi. l. oẽs. §. Locius. & ff.
de dol. excep. l. 2. §. plane. legitur & nota-
tur in. l. ſiquis cùm aliter. ff. de verb. oblig.
cum alijs ibidem à recentiorib. citatis. &
à nobis etiam ſupra in conſi. 19. in hac cau
ſa Gaſparis. nume. 2. Quo fit, vt ait Bald.
in. c. 1. §. item ſacramenta. col. 3. verſi. quar
tò quęro. de pac. iura. firman. dolum mi-
nori factum pręſumi ex eius enormiſsi-
ma lęſione: ſiquidem ex facti enormita-
14 te animi conſilium præſumendum eſt. ff.
de præto. ſtipul. l. fi. Sed † dato dolo di-
cta authen. ſacramenta puberum; mini-
mè obtinet. vt eadem authenti. inſinuat,
15 & in. cap. quamuis pactum. de pact. lib. 6.
His & expectat † quia iuramentum tri-
bus comitibus fulciendum eſt: nempè iu
ditio, veritate, & iuſtitia. c. & ſi Chriſtus.
de iur. iuran. cum ſimilibus. Quæ quidem
minimè confluunt extãte enormiſsima
lęſione: maximè in minore, cuius fragi-
lis ætas pleriſque captionibus expoſita
eſt. ff. de minorib. l. 1.

ET in noſtris proprijs terminis
16 † quod data enormiſsima læſione dicta
authenti. ſacramenta puberũ. locum non
habeat. tenet Anto. in. c. cum contingat.
de iur. iurã. nu. 13. in. 4. caſu. cui mihi Abb.
col. 17. conſentit. & Ancharra in regul. ac
ceſſorium. de reg. iur. lib. 6. col. 6. & in relect. cap. 1. de conſtitu. col. 41. & ſequen. & in conſi. 83. viſis & diligenter. & in conſil. 180. viſa diligenter. colum. 3. & in conſil. 39. pro clariori. & in conſi. 339. pro maiori. col. pe. Calderi. in. conſi. 8. duæ puellæ. de iur. iuran. Cuma. in conſi. 180. videtur prima. Anto. in conſi. 45. domina. Paul. Caſtren. in conſi. 174. contra ſuperius conſulta facere videntur. per totum. lib. 1. Abb. in conſi. 8. Laurentia. col. 2. lib. 2. & in cõſi. 107. quatuor. lib. 2. Barba. in conſi. 53. mihi videtur. colum. 3. lib. 2. (quo in loco. col. 6. & in donatione à minore citra cauſam facta loquitur, & licet iudicis ineat decretum) cui & ſententiæ & adſtipulatur Corne. in conſi. 11. in pręſenti conſultatione. col. 4. & ſequen. lib. 3. & in conſi. 124. col. 2 eod. lib. (quo in loco teſtatur, hoc eſſe docentium commune placitum) idẽ Corne. in conſi. 214. viſo puncto. colũ. 2. eod. lib. 3. & in conſi. 147. omiſſo. col. 2. lib. 4. & in conſi. 258. quamquàm in hac. col. 3. eod. lib. 4. & in conſi. 189. in pręſenti. col. 2. lib. 1. & Soci. in conſi. 263. capio primum. col. 7. lib. 2. Alex. in conſi. 89. viſo puncto & inſtrumentis. col. 3. lib. 2. Iaſo. in conſi. 160. quidam nobilis. col. fi. lib. 2. & in conſi. 133. præſupponitur in facto. col. 3. lib. 4. & inibi col. 5. profitetur, hoc eſſe doctorum cõmune aſſertum. cui & adſtipulatur eſſe cõmunem opinionem cenſens & Dec. in cap. in pręſentia. de probat. colu. 11. & in conſi. 45. quod ſupra. (quo & in loco ait, hanc eſſe communem reſolutionem) et in conſi. 180. viſa renunciatione. colum. 4 et in conſi. 379. requiſitus. col. fi. Cur. Iun. in conſi. 53. habita diligenti. colum. 4. dicens ibi: hanc eſſe communem opinionẽ idem et tenet ipſe Curt. Iun. in conſi. 141. habita. col. 2. num. 4. vbi ait hanc eſſe magis cõmunem opinionem & Chaſſene. in conſi. 69. quo ad primum. nu. 19. Card. Paul. Pariſi. in conſi. 12. viſo themate. nu. 79. & ſequen. Ripa dicens eſſe communem ſententiam reſponſo. lib. 3. reſpon. 15 qui loquitur etiam quando fit à minore donatio. Firmans etiam eſſe doctorum commune iuditium. Et Roland. à Valle.

in

in conſi.59. reiectis.num.25.lib.1. Et ſi alij
contrarium teneant vt ſupra videre licet
in conſi.3.in lite & cauſa.nume. 20. &.29.
Et ſupra in conſi.5.nu.3.& ſequen.

E T quidem hæc opinio maximam
habet equitatē, ne minores ſua bona diſ
perdant.

17 N E C in hoc caſu † minor iuramen
ti abſolutionem exigere neceſſe eſt. Vt
tenet Anto.in.d.cap.cùm cōtingat.& pa-
làm illic Abb.Cuma.in.d.conſ.180. Deci.
in.d.conſ.180.col.5.Corne.in.d.cōſ.11.col.
6.& in.d.conſ.258.col.fi.& in. d. conſ.189.
col.4.in princip.Barba.in.d.conſ.53 col.8.
idem Barba.in conſ.21. & quidē viſo. col.
5.lib.1.& Iaſo.in.d.conſ.133.num.3.& tenet
Roland à Valle in.d.conſi.59.nu.26.&.27
lib.1.& latè Ioan.de Neuiza.in cōſ. 21. ſcri
pſit.nume.5.

P R O I N D E & dicta ſententia
18 procedit, † & ſi enormiſsimæ læſioni mi
nor renunciauerit.authore Anto.in.d.ca.
cùm contingat.num.17.in.4. caſu.& illic
Abb.col.17.Deci.in.d.conſi.180.colum.4.
&.5. & in alijs locis de quibus meminit
Carol.Ruin.in.conſi.107.viſo.prius teſta-
mento.lib.1.poſt Corne.in conſi.214. col.
pe.in.medio.lib.3 &. in fauorē huius opi-
nionis adducit plura fundamenta Aym.
Craue.in conſi.192.caſus ita.nu.10. Et pro
batur, quia eadem facilitate qua contra-
ctum confecit, eadem renunciauit enor
miſsimæ læſioni. ff. de nouatio.l. doli.§.
idem quæ eſt. Et quæ Bart.tradit in.l. fi.§.
idem quæſit.col pe.ff.de cond.indebi. cū
alijs quæ congerit Deci. in conſil. 475. in
cauſa quę Mantuæ.num.29.& in.d. conſ.
180.col.pe.verſi.tertiò non obſtat. Pręter
hoc, quòd dicta verba ſimiles quæ clauſu
lę ex ſtylo tabellionum apponi conſueſ-
cunt † quarè appendendæ nō ſunt. vt ait
19 Bart.in.l.1.ff.de iur.iuran.col.3.verſ. pręte
rea.cum alis de quibus meminit Cur.an-
tiq.in conſi.66.ſapienter. col.7. & in cōſ.
3.& ſi ſubtiliſsimè.col.2. verſi. cōſideraui.

V E R V M & docto.in caſu forcio-
ri loquuntur, cùm aliquid pro renuncia-
tione minori pręſtatur: at verò in hoc ca
ſu nihil datum fuit.

C Æ T E R V M & prædicta præci
puùm ex alio locum habēt, ſcilicet, quia
in parentum fauorem dictus marhio di-
ctas confecit ſcripturas: & ita eorum re-
uerentia id fecit, ſiquidem aliàs non eſſet
daturus vt iure præſumitur. ff. de probat 20
l.cùm de in debito. Quid plura † cùm
hic concurrat parentum dicta reuerētia
& enormiſsima læſio, ſufficit vt contēta
in dictis ſcripturis reſcindantur. Vt in ſi-
gnè tenet Paul.Caſtren.in.d.conſ.174.cō
tra ſuperius conſulta.co.1.nu.2.lib.1.& So
ci.in.conſ.263.capio.nu.3.&.4. col.2.lib.2.
& Deci.in.c.cauſam matrimonij. colū.3.
de offi.de leg.Iacobi.in.l.inter poſitas.co.
2.& ibi Cur.Iun.nu.13.C. de tranſact. idē
Curt.Iun.in conſi.141.diligenti. nu.11.col.
3.in princip.& Rip.lib.3.reſpon.in titu.de
donationib.cap.15.nu.8.& Capizi.in deci-
ſio.159. in cauſa. nu.34. & Carol. Ruyn.in
conſi.170.de tribus.num.17.lib.1.& Aym.
Craue.in conſ.12 tria.num.12. lib.1.& ſi in
contrarium plura citet idē Aym.in conſ.
14 Ioanna filia.pertotum conſilium.

E T licet alias conſuluerim † aduer- 21
ſus dictam opinionē, eſt in caſu quo nul-
la ineſt lęſio, vt potè quòd ante religionis
ingreſſum mulier dote communi ſibi re-
tenta patris legitimam renunciauit. Vt
conſtat ex his quæ conſului ſupra in conſ.
5.in hac cauſa.nu.3.& ſequen.

Æ Q V A B I L I T E R nec præ-
dictis refragatur, quòd dictus marchio
complures confecit ſcripturas: cùm & ſi
actus ſit geminatus eadē inſit ratio. Pro
indè & quia † actus geminatio nō tollit 22
remedium enormiſsimę lęſionis. Vt le-
gitur & notatur in.l.2. C.de reſcinden. vē
di.& docto.in.d.l.ſiquis cum aliter. ff. de
verb.obliga.& Deci.in.conſ.60. viſo the-
mate.col.fi.Soci.Iun in conſ. 50.num.20.
lib.2.& Card.Paul.Pariſi. in conſi. 89.ra-
tiones.nu.66.lib.1.Et opinio contrarium
tenentium nō eſt tuta.vt dicit Aym. Cra
ne.in conſ.114.Ioanna.num.18. vbi refert
plures docto.pro vtraque parte. Et ante
eos idem tenuit Ancha.in.d.cōſi.339.col.
pe.

pe.qui etiam ibi tenet, ex ſcripturam ge minatione melius dolum iniquitatem quæ conſtare.

NEC expendendum aduerſus prædicta eſt, quòd dictæ ſcripturæ factæ fuerunt pro debito dictorum ſuorum parentum perſoluendo: quod contractum fuit pro redimiendo iure, quod dictus Petrus ad aliqua oppida ſtatus de Vejar habebat in quo dictus marchio eſt ſucceſſurus.

Tum, quia non cõſtat dictum debitũ confectum ad dicta oppida redimienda.

23 Tum etiam † quia eius parentes dictorum oppidorum fructus percipiunt: & ob id, ad eos dicta oppida redimere expectat. ex text.in.l.ſecundũ naturã.ff. de regul.iur.c.qui ſentit.eod.titu.lib.6. cum alijs. Et ait text.in.l. is qui in poteſtate.ff. de leg. præſtand. abſurdum quippe eſſe, quem hæreditatis commoda exigere, & alium hęreditatis onera ſubſtinere.

24 Tum, quia † non ſunt conſiderandæ perſonæ ſucceſſorum in ſimilibus rebus maioricatuum poſſeſſoribus viuentibus l.ex contractu.ff.de re iud.& facit.l.3.ff.de interd.& relega.& in.l.ſi arrogator.ff. de adoptio. cum alijs quorum recentiores memores ſunt in.l. filius famil. §. diui.ff. de leg.1.

Tum etiam, quia & cõtingere poteſt, dictum marchionem in dicto ducatu & ſtatu nõ ſucceſſurum, nec eius filios, eiúſque parentes ſuperuiuere † nam quidé quod euenire poteſt & conſiderandum eſt. §.illud.inſti.de rer.diui l.ſiquis domũ §.idem quæritur.ff.loca.cum alijs. 25

Tum, quia & parentes dicti marchionis quinquaginarij nondum ſunt: & centum annos viuituros lex præſumit.ex notatis in.l.ſi.C.de ſac.ſanct.eccle.glo.& docto.in.l.2.§.ſi dubitetur.ff. quemadmo.teſta.appe.

26 Nec his oberit † tex.in.l.ſi pater puellę.C.de inoffi teſta.& in.l.de fideicõmiſſo.C.de tranſact.ſiquidem non fit par ratio inter partes. ex prædictis & alijs quæ ex proceſſu ſuboriuntur. Et quòd quando nõ eſt par ratio dicta iura minimè obtineant Cuma.ſingulariter teſtatur in cõſi. 114. Antonius.col.3. &.4. ex notatis in.l.ſi ea pactione.C. de vſuris. & illic optimè glo.quæ & citat tex.in.l.oleo.C.eod. titu. & tradit Deci.in.d.l. de fideicõmiſſo. nu. 3.verſi.& ideo.C.de tranſact.

SANE nec ad ipſam † enormiſſimam læſionem excludendã, ſat eſt, quòd parentes dicti marchionis ipſi marchioni pro eius alimentis dupondiorum duos computos promiſſerunt. 27

Tum, quia dicti computi dupondiorum non ob id ſunt promiſi, quòd dictus marchio dicta quinquaginta aureorum millia dicto Petro perſolui conſenſiſſet.

Tum, etiam quia dicti computi dupõdiorum ex cauſa alimentorum fuerunt promiſſi: ad quę alimenta ipſi parẽtes obnoxij erant.l.qui liberos.ff. de rit. nupt. & in toto tit.C.&.ff. delib.agno.§.hinc liberorum.inſti.de iur.na.l.7.tit.2.par.2.& ob id, tex.in.l.proximè.ff.de rit.nupt. hęc ſubiungit verba. *Magis enim debitam libertatem præſtitit, quam vllum beneſitium in muliere contulit.* Quod etiam habetur in l.ſi ſer.ff. de hæred. inſti. nánque donatio tantùm dicitur, quæ nullo cogente iure fit.ff.de donatio.l.donati.& ideo communiter concluditur in.l.ſi donatione. & ibidem Bald.col.1.C. de collat. quòd † non poteſt dici donatio remuneratoria, ſi ex ſeruitijs neceſſe debitis fiat.cum alijs citatis à moder.in.d.l.ſi donatione. Quod & tenet Sali.in.l.filię cuius.col.3.C.famil. hærciſcun.ſunt & aliæ concordan. de quibus Curt.antiq.in conſ.66.ſapienter. col. 2.& Franc.de Rip.in lib.3.reſpon.titul.de dona.& grat.ſuper.l.ſi vnquã.nu.30. q.14. & latè Afflict.in deciſio.307.regia.nu.13. & ſequen. vbi loquitur in ſeruitijs vaſallarum.& in deciſio.308.nu.4.& And. Tiraquel.in rep.l.ſi vnquam.C. de reuo. dona. in verb.donatione largitus.nume.92. Et dicta alimenta ſecundũ patrimonij quantitatem † & perſonarum dignitatem dãda ſunt.ff.de libe.agnoſcen.l.ſiquis à liberis.§.idem reſcripſit.& in.§. de alimẽtis. Et.C.de alim.pupi.præſtã.l.2.& in.l. cum 28 29

ali

alimenta.in princip.ff.de alimen. & ciua. lega.& in.l.ſi cum omnium. ff. de annuis leg.& tex.in.l.cum plures.§.cum tutor.ff. de adminiſtra.tuto.& in.l.lex quę tutores C.eod.tit.notatur in. c. epiſcopus. & illic glo.10.q.2.& inſigne Ang.in conſ.357. dominus Gregorius.col.2.optimus tex. in.l. 24.verſ. *E ſi por auentura.* Titu.9.parti.6. cum alijs de quibus ſupra memores fuimus.in conſ.9.in lite quæ vertitur. nu.34. & ſequentib. & dicti marchionis parentes plus quam triginta dipondiorum cõputos annuos habent,igitur non ingentia alimenta eſſe prædicta dicẽdum eſt. Quibus & fauet text.in.l. 10. Taurinarum legum.

DENIQVE & ius dicti marchionis comperitur,ex eo quòd dictus Petrus (vt prædictis cauetur ſcripturis) inſtrumenta et alia quæ habebat aduerſus parẽtes dicti marchionis, erat prius traditurus † et cum non facerit,dictorum aureo- 30
rum quantitatem etiam ex hoc petere nequit.C.de pact.l.cum proponas.et illic Paul.Caſtren.et late ibi Dec. et Alexã. in conſ.49.inſpectis et ponderatis. lib.2. Aym.Craue.in conſ.151.neminem.colũ.3. et alibi ſæpe reperitur. Quibus et accedat † quia quando ceſſio eſt facta ex aliqua cauſa non impleta, inſtrumenta à ceſſionario reuocantur:et etiam cedens poteſt priſtinas actiones exercere.ex.l.1. vbi glo.fi.Cin.in.1.notab.C.de cõd.ob cau.tenet expreſſe Bald.in.l.pacto ſucceſſorum C.de pact.et illic Dec.col.2.Alex.et Iaſo. in.l.debitorũ C.eod.tit.& Pet.de Rauen. in eius alphabeto aureo in verb. ceſsionarius.& faciunt quæ late congerit Soci. in conſ.18.proſequendo.nu.16.lib.1. 31

Et hactenus de dicti marchionis iure: pro quo ſententijs conformibus ſic pronunciatum fuit.

Doctor Burgen.Marcus
Salon de Pace.

# Summarium ſuper vigeſimo Nono conſilio.

1 *FOEMINA in maioricatu ſuccedit:& habet intentionem ſuam fundatam de iure communi & regio.*

2 *Leges quæ de regni ſucceſsione agũt,trahendæ ſunt ad ſucceſsionem maioricatus.*

3 *Fœmina ſuccedit in comitatu.*

4 *Fœmina ſuccedit in bonis primogenitis debitis.*

5 *Fœmina ſuccedit in bonis a rege Enrico ſecundo donatis.*

6 *Fœmina ſuccedit in fideicommiſsis.*

7 *Fœmina ſuccedit in emphitheoſi.*

8 *Fœmina proxinior vltimo poſſeſſori remociori maſculo præponitur. & nu.10. in fine.*

9 *Lex cũ auus.ff. de condi. & demonſtra. & l.cum accutiſsimi.C. de fideico. procedunt in donatione inter viuos.*

10 *Succeditur in maioricatibus ſecundum ordinem ſucceſsionis ab inteſtato.*

11 *Filia primogeniti præfertur ſecundo genito in ſucceſsione maioricatus.*

12 *Conſuetudo conſideranda eſt in ſucceſſione maioricatus.*

13 *Conſuetudo valet,qua fœmina ad ſucceſsionem feudi admittitur.*

14 *Feudorum materia abſimilis eſt ſucceſſioni maioricatus.& nu.16.*

15 *Fœmina licet regulariter a ſucceſsione feudi excludatur, caſus aliqui ſunt in quibus fœmina in feudo ſuccedit.*

17 *Statutum fœminas excludens,qualiter intelligatur.*

18 *Mens teſtatoris ſequenda eſt in ſucceſſionibus.*

19 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

Fœmi-

20 Fœminarum excluſio eſt quædam ex hæ redationis ſpecies.
21 Teſtator ſecundum ius commune diſponere, cenſendum eſt.
22 Expræſſum quod eſt in materia priuatiua, admiſſionem admittit.
23 Neptis dicitur deſcendere ab auo per lineam maſculinam ſeu virilem. & nu. 24. & nu. 27.
24 Dictio ſexus ita conuenit fœminis, ſicut & maſculis.
25 Neptis ex filio repræſentat patrē in qualitate ſexus.
26 Linea maſculina quis dicatur deſcendere. Et ſequentib. numeris.
27 Dictio linea qualiter ſummatur.
28 Dictio per quid ſignificet.
29 Linea paterna eſt cuius pater eſt caput.
31 Declarationi teſtatoris ſtandum eſt.
32 Interpretatio in dubio facienda eſt, vt euitetur contrarietas.
33 Maſculinum compræhendit fœmeninū, etiam in verbis donationis.
34 Maſculinum quando in contractibus fœmeninum comprehendat.
35 Filii poſiti in conditione, cenſentur poſiti in diſpoſitione. Et ſequentib. nume.
36 Intellectus glo. in l. Lutius. in. 2. ff. de hæred. inſti. & nume. ſequen.
38 Deſcendentium appallatione omnes in infinitum compræhenduntur, etiam vltra quartum gradum.
39 Deſcendentium verbo fœmina compræhenditur.
40 Deſcendentes cum vocātur, ordine ſucceſſiuo cenſentur ſubſtituti.
41 Maſculi cum ad ſucceſionem vocantur excluſis fœminis, intelligitur cum maſculus & fœmina in eodem ſunt gradu: non vero ſi fœmina ſit filia vltimi poſſeſſoris, ſeu eius proximior. & nu. 44. 56. & 57.
42 Regulis iuris ad hærendum eſt, cum de contrario iure non conſtat.
43 Diſpoſitio intelligi debet, vt minus lædat ius commune.
45 Intellectus doctrinæ Bart. in. l. cum auus. ff. de condi. & demonſtra. & ſequētibus.
46 Subſtitutio ſemper dici poteſt, quod non loquitur in tali caſu.
48 Maioricatus ſi fecit ingreſſum in vna linea, non debet ad aliam trāſire, quouſque omnes de prima linea ſint finiti. & ſequentibus.
49 Tex. in. c. 1. de natu. ſucceſſio. feudi. & ſi loquatur in feudo, tamen exidentitate rationis procedit in ſucceſſione maioritus & fideicommiſſi.
50 Excluſus ſemel perpetuo debet cenſeri excluſus.
51 Maſculo ſine filiis maſculis decendente ſucceſſio deuenit ad propinquiorem poſſeſſoris.
52 Dilectus magis & omnes eius deſcendētas præferuntur in ſubſtitutionibus minus dilectis.
53 Subſtitutio de vno caſu ad alium trahēdu non eſt, quando ex hoc ſequeretur, quod minus dilectus præferatur magis dilecto. & nu. 61.
54 Succeſſio non trahitur retro.
55 Conditio voluntaria adimpleri debet in forma expecifica.
58 Simile dici non poteſt, in quo a liqua diſſimilitudo ineſſe poteſt.
59 Argumentum de ſimilibus ad ſimilia non procedit in conditionibus voluntariis.
60 Argumentum de ſimilibus ad ſimilia non obtinet in contractibus.
61 Diſpoſitio vnam perſonam excludens, non trahitur ad aliam perſonam. & nume. 55.
62 Argumentum de ſimilibus ad ſimilia fallax eſt.
63 Caſus præter ordinationem diſponentis contingens, ſub diſpoſitione non compræhenditur: & ſi in eo ineat maior ratio diſponendi.
64 Subſtitutio in certis caſibus aliquos ad ſucceſſionem vocans, ad alium caſum non eſt trahenda ad excluſionem aliarum perſonarum.
65 Diſpoſitio quando ad certum limitatur gradum, perſonam quæ ad ſucceſſionem admi-

admitti vult, illius gradus eſſe, probari neceſſum eſt.

66 Fœminas vt excluſas iudicemus, verba expræſiſſima eſſe debent.

67 Maſculi in vna parte diſpoſitionis ſubſtituti, cenſentur in alia parte ſubſtitutionis excluſi, fœminas quæ admittendas fore, dum modo ipſæ fœminæ ſint in gradu proximiori.

68 Intellectus doctrinæ Abb. in conſ. 35. et inibi late, quando qualitas maſculinitatis non cenſeatur repetita.

69 Teſtes deponentes de conſanguinitate antiqua debent deponere de fama.

70 Conſanguinitatis probatio minime fieri poteſt contra poſſeſſorem per teſtes de auditu: etiam ſi deponant cum qualitatibus. c. licet ex quadam. de teſtib.

71 Verba hæc Por la linea ſunt explicanda de recta linea, non vero de traſuerſali.

72 Dictio de cauſam proximam & immediatam edocet.

73 Familia conſeruatur per fœminas. Et ſequentib. pluribus.

74 Fœmina deſcendens a teſtatore dicitur de eius eſſe familia. & ſequentib.

75 Fœminæ ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ familiam & arma genuſque tuētur.

76 Maioricatus verba ſunt explicanda ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ.

77 Fœminæ compræhenduntur ſub hoc verbo de domo tali.

78 Conſuetudo valet, quod fœminæ maritorum nomen & arma portent.

81 Intellectus doctrinæ Paul. Caſt. in. l. 1. C. de condi. inſert. Et inibi late traditur, an ex quo diſponens proprias excluſerit filias propter maſculos, an etiam ex hoc videatur voluiſſe, per maſculos neptes excludere.

82 Intellectus l. ſi viua matre. C. de bon. mater.

83 Ordo literæ non attenditur, cum de ordine intellectus conſtat.

84 Scriptura priuata fidem non facit.

85 Mens diſponentis conſtat ex contentis in ſcriptura, non vero ex aliis.

86 Poſſeſſione ſua ex quibus quis tuendus ſit.

87 Filia tuenda eſt in poſſeſſionem bonorum defuncti.

88 Intellectus c. 1. §. inter filiam. in titul. ſi de feud. fue. contro. int. domi. & agna. & ſequentibus.

89 In poſſeſſione tueri debet, qui habet intentionem ſuam fundatam de iure communi.

# Conſilium vigeſimum Nonum.

DEI optimi maximi auxilio nouis preſtito. In præſenti cauſa domine Marię cum eius patruo. Ius dictæ dōnę Mariæ probauimus: & dictā donnam Mariam prout vltimi poſſeſſoris ſororem proximioré, quę eius patruo in ſucceſsione bonorum maioratus (de quo ventilatur hæc lis) eſſe præferendam. ex ſequentibus.

ET primò illud pręfari neceſſum eſt quòd dicta donna Maria communi iure ſuam intentionem habet munitam † ſiquidem fœmina in maioricatu ſuccedat ex tex. in l. 2 tit. 15. parti. 2. & in l. 9. titul. 1. ead. parti. 2. & 3. par. tit. 4. l. 4. quibus in regno fœminam ſuccedere ſtabilitur. & idem conſtat in proœmio legum Tauri. vbi copioſę plura diximus in hac materia in verb. *Reyna*. nu 37. cum multis ſequentib. Iura enim quæ de regni ſucceſsione agunt † ad maioricatus ſucceſsionem trahenda, notiſsimum eſt. ex text. in

in.c.cum non liceat.de preſcript.& in noſtris proprijs terminis ita conſuluit Paul. Caſtrē.in conſ.164.in præſenti cauſa quę vocatur maioriæ Hiſpalenſis.nu.1. verſic. ſed hic apparet. lib.2. quòd etiam tenent plures alij ſcribentes quos ſupra citauimus in conſ.9.in lite quę vertitur. num.3. verſ.& ſtatutū in ſucceſsione regni.et nu.
3 20.Et in comitatu etiam † fœmina ſuccedit.vt in.d.l.4.tit.4.parti.3.& in.c. ſignificauit.de reſcrip.& ibidē Abb. cum alijs de quibus memores fuimus in dicto procemio legum Tauri.in.d.verb. *Reyna*.nu.
4 37. Et etiam † ſuccedit in rebus primogenijs debitis.vt tenet Bald. in.l. in multis.ff.de ſta.homi.& Abb.in.d.c. ſignificauit.& in.c.dilecti.de arbit. Curt.Iunio.in tracta.fœudorum.3.part.q.15.&.q.18. diximus etiam in.d.verb. *Reyna*. nu.63. & ſequentib. Et in bonis à rege Henrico.2. do
5 natis † ſimiliter ſuccedit.vt expræſſe tenet Roma.in conſ.98. quod ad id. colū.2. & Ioan.Lup.in repeti.c.per veſtras.de dona. int. vir. & vxor.§.69.char.52.colum.1.
6 Et etiam ſuccedit † in fideicōmiſsis. vt in.l.cùm accutiſsimi. C. de fideicōmi.& in.l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebel. cum alijs de quibus in.d.procemio.nu.70 quorum fideicommiſſorum regulis ſucceſsiones maioricatum ſunt iudicandæ, ſiquidem illis aſsimilētur.Ancha.authore in conſi.82.dicta facti.col.4. Et etiam
7 ſuccedit † in emphitheoſi.vt ait Bart.in l.vt ius iurandi.§.ſi liberi.col.pen.ff.de ope.liberto.cum ſimilibus quorum meminit Iaſo.in.l.2.C.de iu.emphitheo.col.94 verſi.ſecundo quærit.

E T non tantum fœmina non excluditur à ſucceſsione maioricatus, ſed ſi vl
8 timo poſſeſſori proximior eſt † remociori maſculo præponitur. vt in.d.l. cùm accutiſsimi.& in.l.cum auus.ff. de condi. & demonſtra. idem probatur in. l. iubemus.§.ſin autem.C. ad Trebel. & ita tenent Bald.Sali.Paul.Caſt.in.d.l.cùm accutiſsimi.& Ang.alij quæ in.l.ex facto.§.ſiquis rogatus.ff.ad Trebel.Cuma. & Paul. in.d.l.cum auus.et eſt optimus text. in.l. 10.tit.4.parti.6. cum alijs de quibus memores fuimus in.d.procemio legum Tauri.nu.120.cum ſequentib.

Q V Æ ſanctiones † dictæ.l.cum ac 9
cutiſsimi.&.d.l.cùm auus.ſibi locum vendicant,etiam in donatione inter viuos. vt ait Soci. in. d.l. cùm auus. char. 16. ex tex. in.l. ſi vnquam. C. de reuo. dona. in quiens etiam, ſuum præceptorem ita te nuiſſe.Et hoc inſtruitur † quia in his ma 10
ioricatibus ſuccceditur ſecundum ordinē ſucceſsionis ab inteſtato.l.cùm ita. §. in fideicōmiſſo.ff.de leg.2.& inibi glo. receptiſsima.& conſtat in.c.1. de natu. ſucceſſio.feud.& in.c.1. de gradib. ſucceſsio.in feudis.cum alijs quorum meminit Soci. in.l.ſi cognatis.col.pen.& ſi.ff.de reb.dub. text.etiam in.l.fi.C. de verb. ſigni. & latè moder.in.l.Gallus.§. quidam rectè. ff.de libe.& poſthu.& Deci.in conſi.331. in cauſa quæ Alexandrię. col.3. poſt Alexan.in conſ.25.col.1.lib.4.& confirmatur ex traditis in.l.pen.C.de impube.& al.ſubſti.ſublatum enim eſt diſcrimen inter maſculos & fœminas in his ſucceſsionibus.l.maximum vitium.C.de libe.& poſthu. & in l.3.tit.13. parti.6. & Angel. pulchra verba huic rei ſubijciens in conſ.191. ſuper puncto.col.2.

P R Æ D I C T A & ſuadentur ex tex.in.d.l.2.tit.15.partit.2. qua conſtat in regni ſucceſsione fœminam agnato maſculo remociori præponi.cui.rei & accedat tex.3. parti. titul.18.l.2. & expræſsim Pet. Bell.in.l. pater filium. §. quindecim ff.de leg.3.cuius meminit Ioan.Lup. in.d. char.52.col.2.dicens † quòd ſi conſuetu- 11
dine cautum eſt, fœminam in baronia non ſuccedere,et quis filium ſecundo genitum habeat, & ex primigenio filiam, quòd filia primigenij filio ſecundogenito in ſucceſsione præfertur. citátque & Ioan.Lup.Bald.in.d.l.in multis.quod etiā palàm tenet Ioan.Fab.in authenti.ceſſante.C.de legi.hæred.& ſat conſtat ex.l.40. Tauri.(quę habetur lib.5.nouę.recop.tit. 7.l.5.)ibi. *Teſtos a tales deſcendendientes del hijo mayor ſe prefieran al hijo ſegundo*

*del dicho tenedor, o de aquel a quien el dicho mayoradgo pertenecia.*

ITAQVE cōſtat, dictam dōnam Maria aduerſario præponendam in dicta ſucceſsione, vt pete quòd proximiorem:& ita hiſce in regnis conſuetum eſt
12 † in his enim ſucceſsionibus etiam conſuetudo conſiderāda eſt.c.1. de alie. feud. notat Bald.in.c.1. de feud. march. qui loquitur in ſucceſsionibus primogenitorũ & Soci.in conſi.165.viſis inueſtituris.co.7 nu.16.verſi.primò quia.li.1.poſt Cin. & alios in.l.1.col.8.C. quæ ſit long. cōſue.Ioã. And.& docto.in.c.Ioannes.col.3.de cleri. cōiuga.& nos latè in.d.repe. procœmij legum Tauri.nume.86. & ſequenti. Ex quo
13 † & valet cōſuetudo, qua fœmina ad feudi ſucceſsionē admittitur. vt tenet Iſern. in.c.1.§.& quia vidimus, qui feud.da.po. & idem tenent alij quorũ meminit Cur. Iuni.in tracta. feudo.3. part.in.8.limita.& Vdal.Zaſi.in tracta de feudi ſucceſsione. 8.part. pagi.79. nume.42. & diximus in procœmio legum Tauri.nume.87.

EX quibus ſuboritur, ab re feudorum iura contra dictam dannam Mariam in
14 hoc negotio perpendi † cùm feudorum materia horum maioricatuum abſimilis ſit vt & nos abundè tradidimus in procœmio legum Taurina.numero.72.& ſequē tibus. Præter hoc, quòd vt notiſsimum
15 eſt, licet de feudorum natura † fœmina à feudi ſucceſsione excludatur, complures ſunt caſus, in quibus in eo fœmina ſuccedit. quos copioſe recenſet Curti. Iuni. in.d. eius tracta. feudo.3. parte.& Vdal. Zaſi. in.d.tracta.de feudi ſucceſsio.8. par. numero.38.& ſequentib.& alibi ſæpe tra-
16 ditur. Et præter hoc † quòd feudalia iura in alijs nogotijs (vt pote quæ à iure cōmuni exorbitent) allegari nequeunt: niſi vbi eadem in ſit ratio.tex.in.ca.1.de feud. cogni. & inibi glo. Bartolus. in dicta.l.vt iuſiurandi.§.ſi liberi. in princip.ff. de ope.liber. Bellouì.in. capitulo.1. epiſcopus vel abba. Curti. plura congerens in. dicta eius tracta.feudo.3. quæſtion primæ part. cum alijs quæ abundè adduximus in.d. procœmio. numero.72. & ſequentibus. Quo fit, (vt cenſet Paul Caſtren. in conſi. 164.in præſenti cauſa quæ vocatur maioriæ Hiſpalenſis.columna.penul.verſiculo nec obſtat.lib.2. poſt Ancharra. in conſilio.339 colum.6. &.7.) iura de feudorum ſucceſsione agentia, ad regni ſucceſsionem ſiue primogenitorum non trahænda. & plenè ſcripſimus in dicto procœmio legum Tauri.numero.72.& ſequentibus.

VERVM nec aduerſus dictam donnam Mariam excogitari valent doctorum ſententiæ † quæ in ſtatutis fœ- 17
minas à ſucceſsione excludētibus loquũtur: ſiquidem de diſsimili materia agant. Præter hoc, quod Hiſpaniæ mos quidem gentibus (de quibus ipſi docto. tractant) ſit aduerſus.ex.d.l.2.titul.15.part.2. & ſimilibus.

ET non tātum iure communi dicta dōna Maria in ſucceſsione præponitur, ſed ſi diſpoſitionis dicti maioricatus totam ſeriem expendamus (prout fieri neceſſum eſt † vt diſponentis mentem per 18
cipiamus.ff.de leg.1.l. ſi ſeruus plurium.§. fi.ff.de legib.l.1 ciuile.more optimi venatoris, qui ad leporem capeſendam, huc & illuc diſcurrit, quouſque eam appræhendat, in ſequens.ex conſilio Bald. in.l. quidam.in princip.C.de neceſſa. ſer. hæred. inſti.& eum paſsim doctores referunt. & faciunt plura quæ in propoſito iſto adduximus in dicto. procœmio. numero.126.) fœminæ ſæpius ad dictam vocantur ſucceſsionem: nec in ea caſus exprimitur, quo cōſtet, patruum eo quòd maſculum vltimi poſſeſſoris ſorori in ſucceſsione præferendum.& cùm ſit omiſſus caſus, is de quo nunc agitur † iure communi diri 19
mēdus eſt.ff.de libe. & poſthu.l. comodiſſime.cum ſimilibus.& in noſtris terminis quod ſoror vltimi poſſeſſoris præferatur patruo tenet Deci.in conſi.424. proponitur.nu.8.& ſequē. ad quod ibi allegat tex. in.ca. ſignificauit. de reſcript.idem tenet Curt.Iuni.in conſi.30.circa.numero.10.& Soci. Iuni.in conſilio.30.inſpectis. nume.

2.& ſequenti.lib.1.& plenè Hierony. Gra.
in conſi.10.quæritur.num.& ſequenti.lib.
primo, & ita pro dicta donna Maria eſt
20 pronunciandum. Et quia † fœminarum
excluſio, eſt quædã exhæredationis ſpe-
cies ex tex.in. l. maximum vitium.C.de
libe.præte.& in.l.cùm quidem.ff.de libe.
& poſthu.cum aliis quorum meminit So
ci.Iuni.in conſi.1. præſentis.nu.45.& ſeq.
lib.1.& nos in.d.procemio nume.43.& ob
id non eſt amplianda,ſed ad caſus expreſ
ſos tantũ reſtringẽda.ff.de libe.& poſthu.
l.cùm quidam. notat Bal.in.l.illam.C.de
collat.& in.l.ſed & milites.ff.de excuſa.
21 tuto.ſemper enim † diſponentem ſecun
dum ius commune diſponere,cenſendũ
eſt.ff.de acqui.hæred.l.ſi duo.& inibi Bal.
& in.l.precibus.colum.14.C.de impube.
& al.ſubſti.cum aliis de quibns memores
ſunt moderni in.l.hæredes mei.§.cũ ita.
22 ff.ad Trebellia.Et in materia † priuatiua
id tantum admiſsionẽ inducit, quod eſt
expræſſum eſt.vt in authen.de non eligẽ.
ſecũdò nuben.§.1.colla.1.cuius ad hoc me
minit Bald.in authent.ex teſtamento.co
lumna tertia.C.de ſecund.nupt. & alibi
ſæpe.

RVRSVS & perſcrutari oportet
hæc verba maioricatus. *Y dende adelante
que aſsi vaya por la linea de los hijos va-
rones legitimos herederos de parte del di-
cho mi padre.* Si quidem poſt nepotem
maſculum Petri (vt hic ſumus) ſtabilitur,
maioricatus ſucceſsionem per maſculo-
rum lineam de ambulaturam. Nam
quidem dicta donna Maria ex maſculo-
23 rum linea eſt † quia & ſi fœmina ab auo
per lineam maſculinam deſcendere mi-
nimè eſt ambiguũ. vt probatur in.l.duo-
decim tabullarum.C.de legi.hæred.ibi.
*Id eſt, per virilem ſexum deſcendentes, ſi-
ue maſculini ſiue fœmenini generis ſint.*
Idem & conſtat in.§.nos verò.inſti.de le-
gi.agna.ſucce.& in.§.item vetuſtas.inſti.
de hæred.quai.& di.eſt optima gloſ. &
expræſſa ſatis quæ receptiſsima in d.l.
Gallus.§.nunc de lege. & inibi hoc Alex.
cæteri quæ recentiores poſt Bartolus &
Bald.exiſtimauerunt,ex hoc inibi ipſi no
uiores cenſentes,quòd ſi emphitheoſis a-
licui & eius deſcendentibus virilis ſexus,
ſeu per lineam virilem maſculinam vè
conceditur, neptis ex maſculo admitti-
tur, tanquam deſcendentes per lineam
virilem ſeu maſculinum. Et præcipuùm
hoc inibi inſigne Alexand.ſcribit.& Iaſo.
columna.6.ſaltem cùm fœmina non eſt
filia primi inſtituti, ſed vlterioris gradus.
Cui ſententiæ & Claudi.inibi conſentit
contra Socin.aduerſus prædicta iura lo-
quentem: nam quidem & ſi prædicta iu-
ra diſponant, filiam per virilem lineam
deſcendere, idem eſſe per lineam maſcu
linam, ambigi non poteſt † nam dicta di- 24
ctio, *Sexus*. ita fœminis: prout maſculis
communis eſt, prout & linea.quę opinio
& contra Socin.inſtruitur, quia comper-
tum eſt, neptem ex filio maſculo per li-
neam fœmeninam minimè deſcende-
re: igitur neceſſe ad ſerendum eſt, quòd
ab eo per lineam maſculinam deſcendit.
argumen.text.in.l.ſed & ſi.§.penult.ff.de
inſtito.& in.l.1.ff.de his qui ſunt ſui vel a-
lie.iur.& ideo † neptis ex filio repræſen-
tat patrem in eadem qualitate ſexus vt 25
tenet notanter Bald.in.l.venia.col. fin.in
in fine.C.de in ius vocand.quem ſequitur
Curt.antiq.in conſi.64. colum.130.verſic.
ſexto reſpondemus.& hanc Baldi doctri-
nam multum commendat Alexand. in
conſi.53.columna.6.poſt princip.libro.4.
& Socin.in conſi.122.circa primum.col.2
verſiculo quarto libro tertio.& Bald.mul-
tum defendit Cardi.Paul.Pariſi.in conſil.
41.Ioannes.num.79.lib.tertio.& ſi plures
alij contrarium teneant vt refert And.
Tiraquellus in tracta.de primogeni.quę-
ſtione.14.numero quarto, & quinto. Nec
oberit dicere pro Soci.quòd ille dicitur
deſcendere per lineam maſculinam
† qui eſt in linea, in qua (vt ille dijudicat) 26
fœmina non eſt, ſed nouam conſtituit li-
neam. ex ſententia Paul. Caſtren.in.l.ſi
maritus.columna fin.C.de procura.nam
hæc Soc.excogitatio ad contrariam mi-
nè nos ſubinuitat ſententiam, eo quòd vt
Iaſo.

Iaſ.expedit in.d.§.nūc de leg.nullo enim iure ſancitur, illum dici per lineā maſculinam deſcendere, qui in linea eſt. Verum & præter eum, *linea*, verbum in hoc caſu

27 † non in perſona efficiente, ſed contentiue ſummitur. vt ait Bald.in loco à Soci.citato. Præterea & Paul.Caſtren.ſententia in.d.l.maritus.(vt dicit Iaſ.in.d. §.nūc de lege col.5.) communi aduerſatur voto. Itē & ſecundum eum Pau.Caſt.non in nepte ex filio, ſed in filia acquirētis emphitheoſim loquitur. diſcrimen ergo non modicum eſt, in hac ſpetiæ agamus de nepte, ſeu filia emphitheoſim recipiētis, vt neptis per lineam maſculinam deſcendere dicatur, at non filia. & ita tenuerunt Alexand.& Iaſo.in.d.loco.& ſecundum prædicta idem Alexan.conſuluit in conſil.43 conſideratis.colum.2.verſic.ſed præmiſſis.libro tertio.& citat inibi tex.in capit. quod dilectio.de conſang.& affini.& tex. cū gl.in.c.fi.eodem.ti.eandē opinionē tenet etiam ipſe Alex.in conſi.53. conſideratis his.lib.6.& in conſi.125.viſo proceſſu. col.1.lib.7.& Corne.in conſ.26.videtur dicendū.lib.4.Curti.in tracta.feudo.3.part. q.25.Prepoſi.palam in arbore conſanguinitatis. colu.13.Card.Paul.Pariſi.in conſi. 47.ſi conſideremus.nu.60. lib.3. & prius Soci.ſibi non conſtans in conſ.51.viſa.lib. 4.& ante idem tenuit Paul.Caſtren.(dictis in locis non citatus) in conſil.91.præſuppoſito quòd dictum ſtatutum.colu.fi. lib.2.quibus & conducit text.in.l.liberos. ff.de ſenato.& illic Bart.& Alberi.& quæ tradit Greg.Lup.in.l.2.in verb.*Linea*.tit. 6.parti.4.

28 Adiuuantur etiam hæc † quia dictio, *Per*, medium inter aſcendentē & deſcendentē ſignificat. ff.de ſerui.ruſti.præd.l.fi.

29 Proinde & hæc ſuadentur † quia paterna linea eſt, cuius pater eſt caput, & ab ipſo tanquam à fonte deriuatur argu.tex.in l.pronūciatio.in fi.ff.de verb.ſig.ita tenet Barto.in.conſi.56.in quæſtione prædicta. quem refert & ſequitur Socin.in conſi.33. circa præſentem.num.8.&.11.lib.3.& facit bonus tex.& ibi latè Greg.Lup.in.d.l.2.titu.6.parti.4.ſic & linea maſculina erit, cuius caput maſculus eſt, & à maſculo manat.& faciunt tradita per Alexand.in.d. conſil.43.columna ſecunda prope finem. libro.3.

Verùm & ſatis ius dictæ donnæ Mariæ probatur, ex eo quòd in dictis verbis. *Y aßi vaya por la linea*. Non enim dicitur, quòd illa linea maſculina ſit, ſed tantum, quòd maſculorum ſit linea, qui quidem maſculi lineam à ſe deſcendentiū tam maſculinam quàm fœmeninam habere, haud dubiè eſt † nam ab eis deſcendentes per maſculos, erunt de eorum linea maſculina deſcendentes: at verò ab eis per fœminas deſcendentes, erunt deſcendentes ab eis per lineam fœmeninā. vt conſtat in.l.iuriſconſultus.ff.de gradib. & Hoſtien.in ſumma de conſang. & affini.colu.2.verſic.quot ſunt lineæ. Præpoſi. in arbore conſangui.colu.18.& docto.in. d.§.nunc de lege.Bald.in conſil.271.teſtamento.lib.3.quod & ſuadent diſponentis verba prope finem ſubſtitutionum collocata, quibus lucidiſsimè ait, lineam prout aſſeruimus ſummendam † cuius expoſitioni ſtandum eſt.l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.ff.de leg.2.l.fi.C.de pact.conuen. Bald.in authent.niſi rogati.colum.2.C.ad Trebel.cum alijs de quibus ſupra memores fuimus in conſ.2.in cauſa de qua nu.7. cum ſequentibus & nu.61.& in proœmio dictarum legum Tauri.nu.314.alias enim contradictio in dicta diſpoſitione iure euitanda adinueniretur.ff.de condi.& demonſtra.C.non ad ea.c.inter dilectos.de fid.inſtru.& abunde Deci.in authenti.pacta.nouiſsima.C.de pact.† & in dubio fieri debet interpætatio vt euitetur contrarietas.ex text.in.d.ca.inter dilectos. cum alijs à nobis citatis in.d.conſilio ſecundo numero.86.

Fulcitur etiam ius dictæ donnæ Mariæ, quia & ſi hæc verba adſint dicta ſcriptura. *Y ſi el dicho mi hijo finare ſin hijo mayor legitimo heredero, lo haya y herede mi hija*. Nam dum dicitur. *Finare ſin hijo mayor legitimo hæredero*. Non quidem

dem ſcriptum eſt. *Si mi hijo mayor legiti-*
*mo heredero varon.* Et ob id fœmina ini-
bi etiam cōpræhenditur, ſiquidem notiſ-
ſimi iuris ſit † maſculinum fœminum ap
33 præhendere.ff.de leg.1.l. ſi quis ita.ff. de
verb.ſignifi.l.1.& illic Bartolus traditur in
l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdi.omni. iudi.
quod etiam obtinet in verbis donationis
vt tenet Ange.in conſili.24.ſuper primo.
in fine.Deci.in regul.fœminæ numer.105
ff.de regul.iur.complures videndos citás.
& in conſilio.32.& pro tenui.columna ſe-
cunda verſiculo, & retenta.& in conſilio.
607.viſo puncto.num.14.&Socin.Iuni.in
conſilio.76.cum diebus.nume.48.libro.1.
poſt Roma.in.d.conſilio.98.& late Ioan.
Lup.in.d.c.per veſtras.de dona.int.vir.&
vxo.§.69.folio.52.colu.prima.&.2.nu.25.
& ſequentibus & alibi ſæpe. Et licet ali-
34 qui teneant † in contractibus maſculinū
fœminum non compræhendere: id qui-
dem in fauorabilibus non obtinet. vt do-
ctores tenēt in.l.ſed ſi hac.§.liberos.ff.de
ius vocan.quo in loco & Alexan.quoque
ait, minime & locum habere, cum diſpo
ſitioni verbum. *Hæredes*, immiſcetur.

ET licet dicta verba. *Sin hijo legitimo*
35 *heredero.* In conditione ſunt poſita † in
diſpoſitione tamen impoſita cenſeri de-
bent, quandoquidem præter hoc, quòd
pleríque teneant contra gloſ.in.l. Lutius.
in.2.ff.de hæred.inſti. quod Socin.recen-
ſet in.d.l.cùm auus prope finem. & Cor-
nel.in conſilio.101.licet in hac.libro quar-
to& moder.in.l.cēturio.ff.de vulg.& pup.
ſubſti.& Curti.Iunio.in conſilio.43.num.
7.&.8.& in conſilio. 87.num.1.5.6.&.7.&
per totum conſilium quibus adde viden-
dum Didacus Couarru.in capitulo Ray-
nuntius.§.tertio, numero ſecundo & ſe-
quentibus de teſtamen.dicta tamen glo.
cùm aliud de teſtantis mente etiam con
36 iecturis apparet † locum non habet.ex.l.
in conditionibus.ff.de condi.& demon-
ſtra.& nuncupatim ita tenet Socinus in
d.l.cum auus.ad finem.& Deci.in conſi-
lio.655.viſo eleganti.columna fin.verſicu
lo nec obſtat. numero.31.poſt Cornelius
in dicto conſilio.101. columna ſecunda,
& notabiliter Curti. Iuni.in conſilio.43.
habita.numero ſeptimo, & tradunt mo-
der.in.l.prima.C.de pact.& in.l.centurio.
ff.de vulg.& pupil.& plene dominus Di-
dacus Couarru.in capitulo Raynuntius.
§.tertio numero tertio, & octauo de te-
ſtam.quæ coniecturæ iudicis arbitrio re-
linquuntur.vt tradit Socin.in dicto loco
& Curt.Iuni.in dicto conſilio.43.numero
ſeptimo & ſatis eſſe leuibus coniecturis
hoc conſtare cenſet Aym.Craue.in con-
ſilio. 62.nobilis Vrbanus. numero ſexto
citans Corne.in locis de quibus ibi. Rur-
ſum ad excluſionem † tranſuerſalis maſ- 37
culi ſemper in diſpoſitione eſſe exiſtimā
tur.vt inſigne conſuluit Carolus Ruynus
in conſilio.02.caſus de quo, columna pe-
nultima numero decimo,libro ſecundo.
Cæterùm & gloſ.in.d.l.Lutius non proce
dit, cùm tot ſubſtitutiones factæ ſunt,
prout in dicta ſcriptura maioricatus repe
riuntur. vt tenet Ancharra.in conſilio.74
contra Philipum. colu.2.& tradunt mo-
der. in.d.l.centurio.& in. d.l.1.C.de.pact.

Satis quæ & ius dictæ donnæ Marię mu
niunt verba generalia dictę ſcripturæ ibi,
*Y ſi no viuiere y ninguno de los que deſcen-*
*dieren dę mi.* Siquidem appellatione deſ-
cendentium † omnes in infinitū veniūt, 38
etiam vltra quartum gradum. C.de ſuis
& legi.hæred.l.fi.Bellou.in authentic.de
hæred.ab inteſta.veni.§.ſexus.colla.9. cū
aliis de quibus meminit Socin.in conſi-
lio.51.viſa numero ſexto, libro quarto &
deſcendentium verbo † etiam fœmina 39
compræhenditur.vt in.d.l.fi.ibi, *Cuiuſ-*
*cunque ſexus.* Et fuſe Alexand.in conſilio
160.viſo themate ſupra ſcripto.columna
prima.libro.2.& ad hoc citat tex.in.d.au-
then.de hæred.ab inteſta.veniē.poſt prin
cip.Barba.quoq; in.d.l.cùm accutiſſimi.
colum.13.& Deci.in conſilio.223.in caſu
propoſito.colum.2.& ſat conſtat in.d.l fi.
C.de verb.ſignifi.& in.l.cognoſcere. §. fi.
ff.eodem.tit.ibi, *Ex ve fœminino ſexu de-*
*ſcendentes.* traditur etiam in.c.ſtatutū.de
hæret.l.6.& mihi Domi.col.2.Card.Paul.

Pariſi.

Pariſi.in conſ.51.in huiuſcemodi.num.30. lib.2.Gozad.in.conſi.20. prima facie.col. 2.ad finem.& in conſ.10.in hac cauſa. nu. 48.& plenius idem conſuluit prædictus Card.Paul.Pariſi.in conſi.23.prima in huiuſcemodi.num.62.& ſequent.lib.2.& in conſi.81.in præſenti.num.21.lib.3.Et cùm
40 deſcendentes † vocantur, ordine ſucceſſiuo cenſentur ſubſtituti iuxta late tradita in.d.l.Gallus.§.quidam recte.ff.de libe. & poſthu.& in.d.l.Lucius in.2.ff.de hære. inſti.& in.l.cum ita.§.fideicommiſſo.ff. de leg.2.Soci.in.l.ſi cognatis.ff.de reb.dub. colum.penult.Iaſo.in.l.2. colum.94.C.de iur.emphi.Soci.in conſ.249.materia.colum.15.num.25.verſiculo aliquando & ſecundo.cum ſequentibus lib.2.& in conſilio.51.viſa facti.num.11.verſic.vnde.lib.4. optimus tex.in maioricatu loquens in.d. l.40.Taurinarũ legum.ibi. *Por ſu orden.* bonus etiam tex.in.l.2.tit.15.parti.2.traditur in.l.fi.C.de verb.ſignifi. cum alijs copioſe citatis per Pariſi.in.d.conſi.23.num. 128. & multis ſequentibus,libro.2. quibus adde Ancha.in conſilio.82.dicta columna quarta.

41 Inſtruuntur & ſuperiora ex alio † quia etiam, quando maſculi ad ſucceſsionem excluſis fœminis admittuntur, intelligendum eſt,cùm maſculus & fœmina in eodem ſunt gradu:non verò ſi fœmina ſit vltimo poſſeſſori proximior ita aduertit Paul.Caſtren.in conſi.48.præponitur.numero.2.libro.1.& Alexand. in.l.ſi dotali. columna penul.ff.ſolu.matri.& in conſil. 204.conſideratis verbis.colum.2.&.3.lib. 2.Deci.in conſi.315. ſuperioribus.col.pen. & in conſi.451.viſo eleganti.& plenè Car. Pariſi.in conſil 81.in præſenti cauſa.num. 20.cum multis ſequentib.lib.3.& probatur in.l.ſi viua matre.C.de bon.mater.& in.l.Publius.§.fi.ff.de cõdi.& demõſtra. & quæ habentur in.l.iubemus.C.ad Trebel.optimus tex.in d.l.2.titul.15 partit.2. cum alijs à nobis cõgeſtis in.d.proœmio legum Tauri.numero.120.& pluribus ſequentibus.

Fauent etiam iuſtitiam dictæ donnæ Mariæ non tantum verba dictæ diſpoſitionis, ſed ( vt explicuimus ) iuris communis regulæ: ob id, illis regulis adhærendum † cum de contrario iure minimè conſtet.vt traditur in.l.omnis diffinitio.ff.de regul.iur. & inibi abundè Deci. columna prima cum ſimilibus ſupra citatis in conſilio.18.dicimus quidem numero. 7.&.8.& prius in conſil.2.in cauſa de qua. numero.23.24.& numero.25. † & diſpoſitio intelligi debet,vt minus ius commune lædat.l.2.de Noxal.l.maximum vitiũ. C.de libe.præteri.vel exhæred.notãt Bar. & alij in.l.hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebel.moder.in.l.quid quid aſtringendæ.ff.de verb.obliga.& in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolut.ma.& alibi ſæpe. 42 43

Verùm & illi alludit quod Carol.Rui. conſuluit in conſili 92.caſus de quo.colũ. penul.num.10.libro.2.nempe † quòd & ſi 44
maſculi ex cauſa conſeruandæ agnationis ſubſtituuntur,numquam maſculus remotior & tranſuerſalis filiam poſſeſſoris excludet.ex dicta.l.cùm auus.&ſimilibus à nobis congeſtis in dicto proœmio legũ Tauri.nu.120.& prius à Tiraq.in tracta.de primogenitu.q.10.nu.21.char. mihi.287.

Nec tunc oberit Bart.ſententia † in.d. 45
l.cùm auus.cùm ipſam legem temperat, niſi ſubſtitutus ſit maſculus, cùm inſtitutus ſine maſculis deceſſerit.

Tum,quia aduerſarius ſubſtitutus minimè reperitur, cùm vltimus poſſeſſor ſine maſculis deceſſerit † & ſemper dici 46
poteſt de te non loquitur ſubſtitutio.vt ait Soci.in conſi.62.viſo capitulo.num.4. verſi.& in primis.lib.3.quẽ ſequitur Aym. Craue.in conſi.161.verba.nu.16.li.1.& latè Ioan.de Neuiza.in conſil.31.anceps.nu.21. & Anton.Rub.conſilio.28.num.1.& Lauren.Silua.in conſi.64.nu.14.& ſequentib. vbi notãter loquitur in noſtro propoſito.

Tum etiam † quia in caſu Bart.palam 47
teſtantis voluntas conſtat, hoc nollentis. quod in hoc negotio ceſſat.ex prædictis.

Tum, quia ſententia prædicta Barto. ſubſiſtere nõ poteſt,cùm ambiguitur, an diſponẽs maſculos fœminas vè admitte-

re voluit. vt Socin. aduertit in ead. l. cùm auus. char. 10. columna. 2. verſiculo expedi ti, notabilibus.

Denique & vt conſiderat Carol. Ruin. in. d. conſi. 92. col. pe. lib. 2. nec Bart. loquitur, quando maſculi in conditione ſunt poſiti. & inibi Carol. Ruin. compluraalia ad hoc negotium videnda ſcribit.

Quid plura & eius dictæ donnæ Mariæ patrocinatur, quòd dictus maioricatus in linea patris dictę donnę Marię fuerit in-
48 greſſus † cùm iuris ſit, ad aliā lineam non deueniendam ſucceſsionis, quoúſque ipſius patris dōnæ Mariæ tota finiatur deſcendentium linea. vt in capitulo primo.
49 §. fi. de natu. ſucce. feud. † qui text. & ſi in materia feudali loquatur, tamen ex rationis identitate in maioricatibus alijs, quæ fideicommiſſarijs ſucceſsionibus ſubſiſtit. authore Ancharra. in conſili. 82. dicta facti. colum. 4. verſic. ſed in contrarium. & Paul. Caſtren. in. d. conſil. 164. in præſenti cauſa quæ vocatur maiorię Hiſpalenſis colum. 7. verſi. applicando. lib. 2. & ad prædicta eſt etiam bonus tex. in. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. traditur in. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. bonus etiā text. ad idem in. d. l. 2 titulo. 15. parti. 2. & in. d. l. 40. Taurinarum cōſtitutionum. vbi Deo auſpice (quando hoc locum habeat) agemus.

Et dicta veritas etiam cōualeſcit, quia aduerſarius ſemel à patræ dictæ donnæ Mariæ (eius quæ frater) eſt excluſus † igi-
50 tur perpetuo excluſus eſſe debet à tota eorum linea capitulo. 1. §. quim etiam. in titulo epiſcopal. vel abb. traditur in. l. quā diù. ff. de acqui. hæred. docto. in authenti. ſed & ſi quas. C. de ſecund nup. & in. d. l. Gallus. §. & quid ſi tātum ff. de libe. & poſthu. & in. l. qui ſoluendo. ff. de hæred inſti. & tenet Ioan. Fab. in. d. authenti. ceſſante. C. de legi. hæred. & lat egregiè Bella per. in. d. l. pater filium. §. quindecim. ff. de leg. 3. & Ioan. Lup. loco proxime citato. & paſſim reperitur. Et ob id Card. Paul. Pariſi. in conſilio. 81. in præſenti cauſa vertente. numero. 25. libro tertio conſuluit, quòd cum agimus de alterius Prælatione faciendā, quòd tempus quo illud ius quæritur eſt inſpiciendum: & ita quòd ille qui tunc præfertur, perpetuus in illo iure efficitur in illa prælatione, & quòd eam ad poſteros tranſmittit. §. proximior. inſtitu. de legi. agna. ſucceſsio. Quin & Baldus conſilio mihi. 326. feudum ſub iſta forma. libro ſecundo conſuluit † quòd maſculo 51
ſine filijs maſculis moriente, quòd ſucceſsio ad poſſeſſoris propinquiorem deueniet, non verò ad remociorem: quia quod ſemel ſubuerſum eſt, nunquam reſugit. ff. de ſolutio. l. qui res. §. aream.

A QVIBVS nec illud diſsidet † quia ſicut ex maiori dilectione teſtantis aduerſarius à patre dictæ donnæ Ma 52
riæ eius quæ fratre ſit excluſus, & ipſa Maria in caſu noſtro contingenti aduerſario in ſucceſsione præponenda eſt. ex. d. l. Publius. § fi. ff. de condi. & demonſtra. optimus tex. & ibi Alber. in ſummario. in lege centurio. ff de vulg. & pup. ſubſti. Bartolus in. d. l. Gallus. §. etiam ſi à parente. ff. de libe. & poſthu. traditur in. l. 1. ff. de reb. dub. gloſ. notabil. in. l. ſi mater. §. primo. ff. de vulg. & pup. cuius meminit Alexand. in conſilio primo columna quarta verſiculo ſecundò probatur, libro primo ad hoc † quòd nunquam ſubſtitutio de vno caſu ad alium trahenda eſt, quando ex hoc 53
ſubſequeretur, quòd in caſu omiſſo minus dilectus magis dilecta præferatur. & idem Alexand. in conſilio. 17. circunſpectis columna tertia numero, ſexto numero libro ſeptimo & in conſilio tertio: aliàs columna tertia libro tertio, & probatur in. l. Lutius. §. pater. ff. ad Trebel. & cùm pater dictæ donnæ Mariæ fuerit prædilectus, & etiā eadem donna Maria prædilecta cenſetur. ex. d. l. cùm accutiſsimi. vbi Bald. C. de fideicommi. & in. l. maximium vitium. C. de libe. præte. & in. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ibi charitas ff. de leg. 1 & Alex. in conſil. 139. circa primum. nu. 1. libro ſexto.

SVFFRAGATVR & his † quia 54
ſucceſsio ad gradū vel lineā retro extantē non eſt

non eſt de ventura: nam ſucceſsionis natura eſt, quòd non retro reddeat, ſed potius deſcendat. l. iuriſconſultus. §. gradus ff. de gradib. affi. & quę traduntur in. ca. 1. de fil. nat. ex matri. ad morgani. contract. & ob id Bad. in. d. conſi. 326. lib. 1. ait, ſucceſsionem retro reſpicere non debere. & prius debet vna linea finiri quam faciat tranſitum aliam. vt in. ca. 1. de natu ſucce. feu. cum alijs de quibus meminit Carol. Mol. in conſti. Pariſien. tit. 1. de materia feudali. §. 16. nu. 4. & alibi ſæpe habetur.

PRÆDICTORVM veritas
55 etiam conſtat † quia conditio voluntaria in expecifica forma eſt adimplenda. l. Meuius. ff. de condi. & de monſtra. cum alijs, quorum Bart. & docto. meminere in. d. §. & quid ſi tantum. & Deci. in. d. cōſ. 89. viſo puncto. col. 2. & alibi ſæpe. Et ob id Card. Paul. Pariſi. in. d. conſ. 51. num. 29.
56 lib. 2. ait † quòd maſculi etiam ex teſtā tis propria familia propinquiorem fœminam non excludunt, niſi tantum in caſu quo maſculorum ſubſtitutio loquitur, in diuiduè quæ adimpleatur.

57 HIS & congruit † quia non idem caſus nec ſimilis eſt, de maſculo primogenito proximiore ad remotiorem. d. l. ſi viua matre. & in. d. l. cum ita. §. in fideicō miſſo. & in. d. l. 2. titul. 15. parti. 2. igitur cōſequens eſt, de vno caſu ad alium in hac ſpetie non trahendam diſpoſitionem. ff. de ſta. homi. l. quæritur. cum alijs de quibus Deci. in. c. tranſlato. 2. lectu. col. pe. de
58 conſtitu. Nec poteſt dici ſimile † in quo aliquia abſimilitudo ineſt. vt traditur in c. non poteſt. de præbend. in. 6. & docto. in. d. c. tranſlato. Quid plura † & in iſtis
59 conditionibus voluntarijs argumentum de ſimilibus ad ſimilia minimè obtinet. vt tenet Bart. in. d. §. & quid ſi tantum. &
60 Deci. in. d. conſi. 89. col. 2. Quim † nec in cōtractibus de ſimilibus ad ſimilia arguitur. Bald. in. c. 1. qualit. vaſal. proprie. feud. priue. Deci. in. d. c. tranſlato. 2. lectu. colū. pen. poſt Alex. in conſ. 76. viſis col. 2. lib. 7. & diſpoſitio vnam excludens perſonam
61 † non trahitur ad aliam. Et ſi caſus ſimilis eſſet. ex traditis in. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matri. cum alijs quæ congerit Card. Paul. Pariſi. in conſi. 41. Ioannes. num. 77. lib. 3. Nec vbi agitur, de extendendo diſpoſitionem de perſona ad perſonam, diſpoſitionis fit extenſio. cōſtat in. l. ſi quis ita. §. pen. ff. de teſta. tute. Areti. in d. §. et quid ſi tantum. col. 4. verſ. ſecundo. & adde Deci. in conſi. 377. viſis & diligenter. col. 2. & prædicta probātur etiam ex tex. in. l. fideiuſſores magiſtratum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſſo. & vide Bald. in. c. 1. qual. domi. proprie. feud. priue. col. 1. Et denique in hac re conſiderandum eſt † argu- 62
mentum à ſimili fallax eſſe: & ob id, omnis probatio fortior eſt, quam ea quę de ſimilibus ad ſimilia fit. vt probatur in authenti. de inſtru. cau & fid. §. ſi vero. colla. 6. & tradit Alberi. in ſuo dictionario. in verb. argumentum qualiter. colū. 2. & palam Anto. in. c. fi. col. 4. de conſue. & moder. in. d. c. tranſlato.

QVID plura, & Cinus in. l. quod fauore. C. de legib. ait, quòd caſus pręter diſponentis ordinationē contingens † ſub 63
diſpoſitione non compræhenditur: & ſi. in eo maior diſponendi ratio ineat, ad quod & videndus eſt Deci. in conſ. 63. co. 2. & in conſi. 291. col. pen.

PRÆDICTA & lucentius elucent † quia ſubſtitutio in certis caſibus 64
aliquos ad ſucceſsionem vocans, ad aliū caſum minimè trahenda eſt ad aliarum perſonarum excluſionem. vt conſtat ex Old. in conſi. 21. thema percipitur. Et Ioā. And. in addi. ad Specul. titu. de teſtamen. §. in primis. cum alijs quę Deci. comminiſcitur in conſi. 68. col. 1. &. 2. & in conſil. 287. in ciuitate. col. 4. & in conſi. 218. in caſu adme. & in. l. fi. col. 1. C. de inſti. & ſubſti. & in conſ. 323. cùm ſit. col. 2. & in. d. cōſ. 291. viſis & diligenter. col. 4. & inibi loquitur, & ſi plures fiant ſubſtitutiones. Et cōſtat etiam ex Alex. in conſ. 139. circa primum. col. 2. & ſequentib. lib. 6. & notanter ita tradit Iaſo in. d. conſ. 142. nu. 3. verſ. quinto. lib. 2. Quæ & ſuadentur † quia 65
quando diſpoſitio ad certum limitatur

gradum, perſonam quę ad ſucceſsionem
admitti vult, illius gradus eſſe probari ne
ceſſum eſt. Alex. in conſi.82. in cauſa ver-
tente inter Petrum. col.1. verſi. omiſsis. &
ſequen. lib.1. Deci. in conſi.321. col.4. verſ.
vlterius. Et conſtat in l. in agris. cum ma-
teria. ff. de adqui. rer. domi. Debent enim
66 eſſe verba expræſsiſsima † vt illis fœmi-
nas excludi dijudicemus. vt nos abundè
diximus in rep. proœmij legum Tauri.
nu.127. Et ſequen. & faciunt quæ in ſimili
tradit Baptiſt. de ſancto Seueri. in repeti.
l. omnes populi. char.34. col.2. & quæ Ia-
ſo. tradit in l. ſed & ſiquis. §. quęſitum. co.
5. ff. ſiquis cautionib. cum ſimilibus addu-
ctis per Ioã. de Neuiza. in ſua ſilua nuptia.
in titul. iudicandum pro communi. char.
22. colum.4. verſicul. limita octauo.

EXINDE & clarius vrget magis
commune doctorum aſſertum, quo def-
67 finiunt † maſculos in vna parte diſpoſi-
tionis ſubſtitutos in alia excluſos cenſeri
fœminas quæ admittendas, & qualitatē
maſculinitatis ad caſum omiſſum non
trahendam: quia ſi diſponens in illo caſu
aliud voluiſſet, expræſiſſet quidem. l.1. §.
ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollē.
& ex tex. cum materia. in l. cùm prætor.
ff. de iudi. & in l. ſi ſeruum. §. prætor. verſi.
non dixit prætor. ff. de acqui. hæredi. & in
c. ad audientiam. de decim. Et ita in no-
ſtris proprijs terminis Ancha. conſuluit.
in conſ.120. pro clariori. in fine. & Anan.
in conſi.22. ad probandum. col.2. Alexan.
in conſi.38. perſpectis. col.3. lib.6. & in cõſ.
53. col.3. lib.4. cui ſe ſubſcripſerunt Bolog.
& alij plerique. & idem tenet Corne. in
conſ. 230. col.5. lib.4. et in conſil.203. licet
in hac. lib.4. Curti. antiq. in conſi.63. anti-
quiſsima. colũ.15. et.16. Soci. in conſ.227.
pręſens. col.12. lib.2. et in conſ.69. viſo te-
ſtamento. col.7. lib.3. et in conſ.63. col.14.
nu.27. eod. lib.3. et Iaſo. in conſ.142. colũ.
pen. lib.2. Carol. Ruyn. in conſ. 140. viſo
et bene. lib.2. et in cõſ.93. viſo primo. col.
5. ſub nume.15. lib.2. Ioan. Anton. Rube. in
conſ.31. pręſupponitur. col. fi. et in conſ.71
plura. col. pen. Soci. Iuni. in conſ.29. cir-
ca primam. nu.12. lib.1. vbi ait, hanc eſſe
magis communem opinionem. et idem
Soci. Iuni. in conſ. 100. præſupponitur in
facto. nume.20. lib.1. et in conſ. 128. præ-
ſentis. nume.233. lib.1. et illi conſilio ſe ſub
ſcripſit Calca. et hoc eſſe commune do-
ctorum placitum teſtatur. cui ſententiæ
etiam adſtipulatur Hierony. Grat. in reſ-
pon.18. col. penul. lib.2. et palàm Oldra. in
d. conſ.20. et ſequaces. quibus addendus
eſt Lauren. Silua. in conſ.64. refricatur in
dubium. nu.17. et ſequentib. lib.2. et nos
abundè in d. proœmio legum Tauri. nu.
178. et ſequentib.

NEC nos contorquet aduerſus prę-
dicta † Abb. conſilium in cõſ.36. lib.1. cui 68
plerique varijs in locis accedunt.

Tum, quia ſententia Abb. et ſequatiũ
qua voluerunt, maſculorum ſubſtitutio-
nem ad caſum omiſſum extendendam,
nõ eſſe probabilem, ſed iuri obſiſtere, eſt
quę crebior et communior opinio.

Tum etiam, quia dictum conſilium
Abb. potius eſt in fœminarum fauorem,
quàm ad earum excluſionem. vt ex eius
liquet ſerię.

Tum item, quia Abb. loquitur, cùm
ſubſtitutio maſculorum eſt in eadem ora
tione, in qua omiſsio ineſt: at non ſi in di
uerſa contingat oratione. et ita conſtat
ibi ex eodem Abb. col. fi. verſ. nec obſtat
ſi dicatur. et nuncupatim ita tenet Curt.
antiq. in d. conſ.63. col.12. verſ. cum igitur
et Iaſo. in d. conſ.142. col. pe. nu.5. lib.2. et
Soci. Iuni. in d. conſ.128. nu.98. lib.1. et idē
prius tenuit Soci. antiq. in. d. conſ.63. nu.
27. lib.3.

Tum, et quia, ſi verior eſſet Abb. ſentē
tia, tunc obtineret, cum eadem ineſſet ra
tio: at aliàs ſecus. et ita etiam expræſſē ad
uertit Soci. Iuni. in. d. conſ.128. nu.98. lib.1.

Tum, quia tunc Abb. loquitur, cùm te
ſtator agit de eius tantum agnatione in
maſculis tuenda: at ſecus ſi fœminas etiã
in teſtamento ſubſtituit, vt in præſenti.
ita eleganter tenet Deci. in d. conſ.416.
col. pe. verſ. non obſtat. nu.19. et Ioan. An
to. Rub. in d. conſ.31. col. fi.

Tum

Tum,quia & Abb.tractat, cùm in vna parte maſculorum fit mentio, & in alia ſimpliciter de filijs eſt dictum: ſecus vero eſt,ſi teſtator loquatur verbis. *Filiis*.Et *Nepotibus*. Aut. *Hæredibus*. Vt in ſigne idem Deci.conſuluit in conſ.567. in caſu occurrenti.nume.3.& ſequentib.verſicul. in iſto conflictu.

Tum etiã, quia & ſecũdum Dec.in.d. conſ.567.in materia fauorabili (ſi verum eſſet quod conſuluit) obtinet, ſecus ſi in odioſa,vt hic,cùm agitur de extẽdendo fideicõmiſſum de caſu ad caſum onere fideicommiſsi.ex tex.in authẽti.de reſti. fideicommi. §. nos igitur. colla.9. & faciunt quæ Bartol. notat in.l. filius famil. §.diui.ff. de leg.1. quibus conducit regul. odia de regul.iur.lib.6.

Denique Abb.& eius eſſecle in eo caſu loquuntur,quo de maſculis alicuius fit mentio, & poſtea de eius filijs ſimpliciter agitur: at verò ſi de filijs Titij maſculi diſpoſitio loquatur: & exinde de filijs alterius fiat mentio ſimpliciter. vt in præſentia. Et ita eleganter conſuluit Carol. Ruyn. in d. conſilio.140. columna.5. nume.6. & Ioan. Anto. Rube. in. d. conſilio.31. columna.fi. Et nos alias adduximus reſpõſiones ad Abb.doctrinam in.d.procœmio.num.130.verſi.prædictam & ſequentib.

SANE & attentari poteſt,minimè eſſe probatum,aduerſarium à diſponente deſcendere:ſiquidem.200.annis iam decurſis dictus maioricatus ſit erectus
69 † tantum enim aliqui teſtes ſuper hoc deponunt,& de fama minimè cõcludũt ex notatis per Bart.in.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtio.cum alijs de quibus meminit Deci.in conſi.37.colum.3. & penul.& in conſi.429.columñ.fi. & faciunt quæ habentur in.cap.licet ex quadam.de teſtib.& egregie Alexan.in conſi.82. col. 1.lib.1.& Corne.in conſi.78.viſo proceſſu. colum.3.lib.3.& eodem lib.conſil.146.res mihi. colum.2. Quin & aſſerit Corne. in.d.conſi.78.colum.2.quòd aduerſus poſ-
70 ſeſſorem † minimè poteſt fieri probatio conſanguinitatis per teſtes de auditu etiam cum qualitatibus dicti.ca. licet ex quadam. & prius idem voluit Paul. Caſtren. in conſil. 56. ſuper primo quæſito. col.2.poſt medium.lib.1. quem refert & ſequitur Aym.Craue. in tracta. de antiq. tempo.1.part.nu.306.

ET etiam eſt aduertendum, quòd verba. *Por la linea*. In dicta maioricatus
ſcriptura impoſita † de recta linea expli- 71
canda ſunt, non verò de tranſuerſali. vt probatur in.d.l.iuriſconſultus.§.parentes ff. de gradib. & ita notabiliter conſuluit Bald.in conſi.271.teſtamento.lib.3. & palam idem Bald.in.cap.cùm ordinem.co. 5.de reſcript.& in conſ.85.colum.pe.lib.1. & Deci.in conſ.379. requiſitus pro conſilio. nume. 5. & idem tradit Chaſſene. in conſuetud. Burgund. rub.7.§.10.in verbis de ligne.char.263.colum.2.in princip.verſicul.aduerte. Poſt Soci.in. dicto conſil. 33.circa.prçſentem.colum.3.lib.3. & Soci. Iuni in conſ.20.in propoſito.numero.14. lib.1.& ob id inibi ipſe Soci. ait, ſub his verbis fratrem minimè compræhendi. ita conſtat ad oculum ex arbore affinitatis.& in.l.ſtemata. vbi notatur. ff. de gradib.& in capitulo.1.in titul.de gradib. ſucceſſio.& melius probatur in.l. 2. titulo.6.
partit.4.& hæc roboratur ex eo † quòd 72
dictio. *De*. cauſam proximam & immediatam edocet.ff.de coniung. cum emancip.libe. eius.l.1.§. nunc videamus. & ita dicta verba. *De la linea*. Sunt (vt aſſeruimus) explicanda. Quo fit, vt Paul. Caſtren.cenſet in.d.conſ.164.colum.1. hæc verba. *Omnes filii maiores qui a tali & ab illis deſcenderint*. Eſſe exponenda de deſcendentibus à primogenito immediatè & non à ſecundogenito, & ſic per poſterius. ff. de libe. & poſthu.l. qui liberis. §. hæc verba. & notat Ancha. in conſil.95. colum.penul.

NEC iam dictis repugnat, quòd diſponens dixerit,ſuam familiam voluiſ-
ſe tueri † quę per fœminas non conſer- 73
uatur. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb.

verb.ſignifi. notant doctores in.l.1.C.de
adulte.

PRIMO vt diximus, & fœminas ad
ſucceſsionem diſponens ſubſtituit: & in
eis ſuam familiam adeſſe etiam voluit.

SECVNDO, quia & præter hoc
74 † quòd dicta donna Maria ſit de agnatio-
ne fundatoris: quia de maſculo in maſcu-
lo ab ea deſcendit.l.2.§.1.ff.de ſuis & legi.
hæred.§.1.inſti.de legiti.agna.tut.l. volun
tas.& illic doctores.C.de fideicommiſſ.
Felin.& moder.copioſius in capit.nouit.
de iudi.& Socin.in conſilio.227.colum.9
libro ſecundo. Deci.in conſilio.563.duo
dubia.columna.fi.more tamen Hiſpaniæ
75 circunſpecto † fœminæ familiam & ar-
ma genus quæ tuentur: & ita complures
& præcipuas domus fœminas proximio-
res tenere videmus (vt late à nobis fuit di
ctum in dicto procemio legum Tauri nu
mero quadrageſimo quinto & ſequenti-
76 bus) ſecundum quem † dictæ diſpoſitio-
nis verba exponenda ſunt.ff.de leg.1.l.ſi
ſeruus plurium.§.fi.& in.l. cùm delanio-
nis.§.aſinam.ff.de fund.inſtruct.cum alijs
quorum Deci. meminit in conſilio.397.
viſo puncto.columna penultima dicens,
diſponentem in his maioricatibus Hiſpa
niæ morem Hiſpaniæ perſcrutatum fuiſ
ſe: & ſecundum eum eſſe explicanda ver
ba diſpoſitionis cum alijs à nobis citatis
in.d.procemio legum Tauri numero.88.
quibus & accedat Bartolus ſententia in.
d.l.pronunciatio.§.familiæ. Qua cenſet
77 † hæc verba. *De domo de Caſata*. Etiam fœ
minas compræhendere, ſi id conſuetudo
terre permiſſerit. Quod etiam tenet idē
Bartol.in.l.tutellas.in fin.ff.de capit.dimi.
& doctores in.l.fi.C.de verb.ſignifi.& pro
batur in.l.minime.ff.de.legibus. Et ob id
Corne.in conſilio.41.columna.fi.libro.4.
teſtatur, multis in locis eſſe conſuetudi-
78 nem iure obſeruandam † quòd fœminæ
maritorum nomen & arma portent, &
ita aliena, à forciori ergo & propria ſui ge
neris. Et ſatis hæc ſubſtentat text.capitul.
Raynuntius.de teſta. & ibidem Guiller.
Bened.char.8.columna.2.& Guid.Pap.in
quæſtione.241.& alibi ſæpe. Quim & So-
cin.Iuni. conſil.2.nume.14.libro ſecundo
ex pluribus ait † fœminam ad ſucceſsio-
nem bonorum admittendam, quæ teſta- 79
tor ſemper voluit perpetuò in eius fami-
lia eſſe & denique hęc fulcit tex.in.l.libe-
rorum.ff.de verb.ſigni.ibi. *Et enim iccirco
filios filias ve concipimus, acque edimus,
vt ex prole eorum, earum ve diuturnita-
tis nobis memoriam in eum relinquamus.*
Igitur hic tex.docet † fœminas parētum 80
memoriam conſeruare.

PROINDE nec prędictis omnibus
† obſiſtit ſententia Paul.Caſtren.in.l.1.co 81
lumna ſecunda poſt medium.C.de con-
di.inſert.qua cenſet, (ex tex.in.l.ſi viua
matre.C.de bon.mater.) quòd ex quo di-
ſponens proprias excluſerit filias propter
maſculos, & neptes per eos excludere vo
luiſſe.

Tum, quia contra Paul.plerique te-
nuerunt quos commemorat Curt.antiq.
in.d.conſilio.64.columna.13.&.14.& Cor
ne.in conſilio.230.quanquam.columna.6
verſiculo nec obſtant.libro.3.& late Iaſo.
in dicto conſilio.142.columna.7.numero
5.verſiculo decimo mouet.libr.2. Nec in-
conueniens eſt, quòd melioris conditio-
nis ſit neptis quàm filia.ex tex.in.d.l.cùm
auus.ff.de cond.& demonſtra, & ita reſpō
det Alexand.in conſilio.38.perſpectis.nu.
6.columna penultima, verſiculo reſpon-
deo.libro.6.& probatur in.d.l.2.titulo.15.
part.2.& in.l.40.Taurinarum legum quæ
habetur libro.5.nouæ recopila.titul.7.l.5.

VERVM & ſententia prædicta
Pauli Caſtren.ad hunc caſum non perti-
net, ſi quidem hic diſponens filias ſuas ex
cluſit propter primogenitos malculos &
vltimorum poſſeſſorum filios, de quibus
aduerſarius non eſt.& ideo notabiliter So
cin.in conſilio. 227.præſens conſultatio.
numero.10.verſicu.ſecundum.& in verſi.
ſed hoc fundamentum.libro.2.ait, quòd
in caſu quo fuiſſet vera prædicta ſenten-
tia Pauli.Caſtren. procederet tantum in
ſubſtitutione facta primo loco inter fi-
lios, in qua eſt appoſita prædicta condi-
tio:&

tio: & quòd non procederet in ſubſtitutionibus factis nepoti ſeu pro nepotibus. vt fuit noſter caſus.

Tum etiam, quia Paul. Caſt. loquitur, quando maſculi tantum ſubſtituuntur: at ſecus verò etiam fœminæ ſubſtituuntur.

Tum item, quia non quidem ipſe Paul. Caſtren. loquitur, cùm diſponens de familiæ conſeruatione minime agit. vt inſignè tenet Socin. in d. l. cum auus. char. 13 in fine.

Tum, & quia vt conſtat ex eodẽ Paul. Caſtren. inibi, contra eum plures graues doctores conſuluerunt: & quòd ideò etſi pluries fuerit requiſitus, noluit amplius contra neptem conſulere. & idem refert Socin. in d. conſilio. 227. columna. fi. libro 2. & Iaſo. in dicto conſilio. 142. numero. 5. verſiculo decimo mouet. libro. 2. & Zaſi. nus in tracta. ſubſtitutionum capitu. 7. de conditione ſine liberis. numero. 6. qui reperitur in. 7. volumine. tractatuum diuerſo. doctores folio. 157. columna. 4. Vbi &
82 num. quinto, ipſe Zaſi. reſpondit † multipliciter ad d. l. ſi viua matre. & inter alia ſingulariter ibi dicit, quòd poſſet eſſe, ꝙ filia à patre ſit congruenter dotata: & nepti nihil ſit relictum. quam conſiderationem ad. d. l. ſi viua matre. perpẽdit etiam Curt. antiqu. in. d. conſilio. 64. in antiquiſſima columna. 13. verſiculo tertio corroborantur præmiſſa. & nouiſsime idem aduertit Pinel. in ead. l. ſi viua matre. quæ eſt l. 3. in ordine. numero. 27. verſiculo: nec tamen. folio. 192. colum. 4. & ante eos idem aduertit Soci. in dicto conſilio. 227. colũna penultima verſiculo præterea dici poteſt. libro ſecundo. & ad prædictam. l. ſi viua matre. vide etiam Alexand. in conſilio 53 licet ergo. columna. 6. verſiculo tertio non obſtat. libro quarto. & quæ tradit Alexand. in reſpon. 528. lecto conſilio. numer. 4. in medio. & numero. 7. in fi. & numero octauo.

PROFECTO nec dici poteſt, vltimo loco ad excluſionem extraneorum ſubſtitutorum tantum fœminas eſſe ſubſtitutas, & non ad alium effectum: ſiquidem contrarium manifeſtè apparet ex
ſeriæ dictæ diſpoſitionis † nec de ordine 83
literæ curamus, cùm de intellectus ordine cõſtat. l. fi. §. fidei. ff. de leg. 2. l. nec enim ff. de ſolutio. Ioan. And. & doctores in capitulo dilecta. de reſcript. doctores in. l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. & Barto. in. l. qui ita tamen §. ſi quis ſuſpectam. colũ. fi. ff. ad Trebel. cum alijs quorum meminit Carolus Ruin. in conſilio. 118. videndum columna. 6. in princip. libro tertio. & Ripa. in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus numero. 11. ff. ad Trebel. & palam Barto. in. l. 1. ff. de vulga. & pup. & inibi Riba. numer. 17. ex. l. præpoſteri. C de teſta. & quæ Bart. inſigne ait in. d. l. Gallus. §. quidam recte. colum. 3. verſiculo quæro quid ſi teſtator. ex tex. in. l. talem. ff. de hæred. inſti. & Carolus Ruin. in conſilio. 186. duobus columna. fi. lib. 2. cum alijs à nobis congeſtis ſupra in conſilio. 27. in lite quæ inter numero. 22.

Nec aduerſario fouet quædam charta ſimplex, quæ reperitur poſt dictam ma-
ioricatus ſcripturam † ſi quidem vt pote 84
priuata & à tabellione non ſubſcripta & ſignata fidem non facit. vt ſupra à nobis fundatum fuit in conſilio. 20. in hac controuerſia. numero. 2. Verùm & diſponen-
tis mens † ex contentis in ſcriptura perci 85
pienda eſt, non vero ex alijs vt conſtat in l. quidam cùm filium. ff. de hære. inſti. notat Soci. in. d. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. & Deci. in conſi. 417. viſis conſilijs. columna. fi.

QVIBVS ſic probatis conſtat dictam donnam Mariam in poſſeſsione bonorum dicti maioricatus manutenẽdam tanquam ad ea ſubſtituta. ex. l. 45. Taurinarum legum & eius declaratoria. Et quia
† poſſeſſoris filia ex tex. in capitul. 1. §. in- 86
ter filiam. in tit. ſi de feud. fue. contro. int. domi. & agna. ibi, *Reſpondeo apud filiam poſſeſsionem interim collocãdam.* Qui tex. loquitur in caſu forciori, nempe in bonis feudalibus quorum natura eſt, quòd fœminæ in eis minime ſuccedat. ex vulga-
tis iuribus † & quòd filia ſit tuenda in poſ 87

ſeſsio

ſeſsione tradunt doctores in capitul.1.de conten.int.maſcul.& fœmi.& Ioan. And. in Specul.titulo de teſta.§.penult.in fine. & Alexand.in.l.fi.colum.fi. & inibi Iaſo. numero.26.C.de ed.di.ad.tol.& Deci.in conſilio.467.bene & conſulte.numer.10. & ſequentibus,& in conſilio.424.proponitur.numero.11. cum ſequentibus & in conſilio.478.ſuperiori.num.6.& ſequen. & conſil.588.viſo puncto.columna.2.& in conſilio.498.viſo caſu.colum.1.Curt.Iun. in tracta.feudo.3.part.quæſtio.21.addens Bald.in.d capitulo.1.de conten.int.maſcu.fœmi.idem etiam.Curti.Iuni.in conſilio 30.habita.numero.10.& idem tenet Matthæ.de Afflict.in deciſione.119.num. 4.& Albert.Brun.in conſilio.1.columna 2 &.3.verſicu.hoc ſic pręmiſſo.cum ſequentibus & Socin.Iun.in conſilio.68.iam plura.numero.24.libro primo. Et vide late eundem Soci Iuni.in conſilio.30.per totum.libro primo poſt Iaſo.in.l.fin.numero.26.C.de ed.di.ad.tollen.& Ioan.Bapti. Plot.in tract.de in litem iurando.§.3.nu. 40.& Roland.à Valle in conſilio.1.num. 18.& ſequentibus,& Matthę.de Afflict.in deciſio.119. vtrum diſpoſitio.numero.4. Et tex.in.† d.capit.1.§.inter filiam.etiam 88 obtinet non tantum in filia poſſeſſoris: ſed in alia fœmina maſculis proximiore. vt notanter conſuluit Deci.in.d.conſilio. 424.numero.12.& Deci.ſequitur Curt.Iuni.in.d.conſilio.30.numero.10.& idem tenent.alij quos hic citaui.numero.19.& notanter Ioan.Baptiſ.Plot.in.d.tracta.de in litem iuran.§.3. numero.40.& ſequentibus et ſi contrarium teneat Socin.Iuni.in d.conſilio.68.nume.24.lib.1.

QVIBVS & conducit text.in.l.1.titulo.14.ordina.libro tertio, & inſtruuntur ſuperiora † quia ex quo dicta donna 89 Maria iure communi ſuam intẽtionem munitam habet, donec de contrario cõſtet, in poſſeſsione eſſe debet. ex traditis in regul.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.& ibi Deci.colu.1.& abundè diximus in.d. procœmio.legum Tauri.numero 37.& ſequentibus.

EX quibus hanc iuris abſoluimus allegationem.

Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace.

# Summarium ſuper Trigeſimo conſilio.

1 *Retractus vt locum habeat, debet conſanguineus retrahẽs rem retrahendã ſibi velle, et non alicui extraneo.*

2 *Retractus non procedit, quando emptor cum prætio non fuerit requiſitus.*

3 *Retractus vt obtineat, res retrahenda debet eſſe patris venditoris: nec ſat erit, cum illam emiſſe. & numero.5.9.10. 14.15.& num.20.*

4 *Patrimonium dictio qualiter ſumatur. & nu.6.& 7.*

8 *Retractus qua ratione fuerit introductus. & num.10.*

11 *Retractui an ſit locus, cum res fuerit auolengi ipſius retrahentis. Et inibi an requiratur quod ſimul res retrahenda ſit patrimonii & auolengi venditoris & retrahentis.*

12 *Intellectus.l.13.titul.10.libro.3.fori legum, quæ loquitur de retractu. & reperitur in noua recopila.lib.5.titulo.11.l.7.*

13 *Retractus eſt contra ius commune: & ideo debet extricte intelligi.*

16 *Intellectus.l.27.tit.1.libr.7.ordina.*

17 *Lex curiis generalibus edita, non eſt localis, ſed communis. & prius nume.16.*

18 *Lex generalis dicitur epiſtola regis, iuris communis corpore immixta.*

19 *Lex localis dicitur, cum in vno oppido tantum cuſtodiri præcipitur.*

Sum-

# Conſilium Trigeſimum.

POSTVLATO auxilio. Dei optimi maximi. In præſenti lite quæ agitur inter Blaſium de Caſtro ex vna parte, & Ioannam Garſia filiam Lupi Garſia ex alia. breui fundauimus, retractui à dicta Ioanna prætenſo non eſſe locum.

PRIMO, quia ex proceſſu ſat conſtare videtur, quòd dicta Ioanna domum ſuper qua contenditur † ſibi nollebat, ſed
1 alij generis extraneo: & ob id leges regię notiſsimæ dictum retractum abijciunt. præſertim tex. in. l. 6. in fine. titulo. 7. libro quinto ordina. & in. l. 13. titulo. 10. libro tertio fori legum. quæ leges habentur libro. 5 nouæ recopila. titu. 11. l. 7.

2 SECVNDO † quia emptor cum prætio non fuit requiſitus. vt palam exigit. l. 7 titulo. 7. ordina. libro quinto (& habetur in. d. titulo. 11. l. 8. libro. 5. nouæ recopil.) ibi. *Y que requiere con el precio.* Et ſat probatur in. l. acceptam. C. de vſur. & ita tenent Cinus & alij à Boeri. citati in conſuetud. Bituri. verb. *De la Rete. des choſes.* char. 49. columna tertia & faciunt tradita per And. Tiraquel. in tracta de vtróque retractu. titulo de retractu lignag. §. 1. gloſ. 13 numero. 28. & ſequent.

TERTIO, hoc ex alio elucet, quia domus prædicta non fuit patrimonij & auolégi (vt Hiſpano more dicitur) venditoris, qui fuit dictus Lup. Garſia: quia idē Lupus nón quidem eā habuit à ſuo patre nec auo: ſed eam emit, & vendit. Nam
3 ſecundum regia iura † vt retractus locum habeat, res patris venditoris eſſe neceſſum eſt: nec ſat erit, illam ipſum emiſſe. ex text. in. d. l. 13. titulo. 10. libro tertio fori legum, ibi. *Todo homo que heredad de patrimonio, ó auolengo quiſiere vender.* Expendendum enim eſt, quòd hæc ſanctio (vt retractui ſit locus) exigit, quòd res vēdita ſit de patrimonio venditoris, id eſt, quòd habuerit à patre ipſam rem, & non titulo emptionis ab altero † namque patrimonium pro re à patre proueniente 4
ſummitur. vt probatur in capitul. fi. cum ſuis ſimilibus. de conuerſio. coniuga. & optime † probatur in. l. quātitas patrimonij. ff. ad. l. Falcid. & in capitulo primo. §. paternum. in titulo de natu. ſucce. feud. & inibi Baldus. optimus text. in capitulo primo. §. his verò. de gradib. ſucce. libro feudo. ibi. *Si feudum ſit paternū, hoc eſt, ſi fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis communis.* Quod & ſuadet tex. in capitul. 1. §. hoc quoq;. de ſucce. feud. quim & Calepinus. ait, quòd patrimoniū dicitur bonum paternum, hoc eſt, hæreditas à patre relicta. cuius ad hoc meminit Bertachi. in verb. patrimonium. & Catholicon optimus vocabulorum interpręſ. in verb. patrimonium ait, quòd patrimonium patris hæreditas eſt, quod etiam tenet Guiller. Bened. in repeti. capitulo Raynuntius in verb. mortuo itaque teſtatore. in. 2. numero. 30. quo cenſet loco, patrimonium eſſe rem à patre quæſitam & dicta iura feudalia ad hanc ſpetiem in retractu ſpeciatim loquens Deci. citat in conſilio. 88. & pro tenui facultate. columna ſecunda. Ita & denique Cicero accepit verbum patrimonium. in oratione quam pro ſua domu edidit. Rurſus & ita † Montal. hanc 5
rem palam intelligit in. d. l. 13. titulo. 10. libro tertio. fori legum in verb. de patrimonio. dicens & ſi epiſcopum Vincen. Arias dictæ legis & totius fori expoſitorem tenuiſſe. & lucidè hi cenſent, ad retractum eſſe neceſſariū, rem vel patris ſeu aui vendito-

ditoris fuiſſe.& in proprijs terminis no-
ſtris ſic tenet (& hoc conſtare debere) ſub
tilis & ingentis ſcientiæ vir doctor Villa-
diego in ſua relectio.capitulo cōſtitutus.
de in integ.reſti.prope finem.verſiculo vl
terius quæro.conſtanter aſſerens, quòd ſi
quis quouis titulo rē quæſierit, illam quæ
vendiderit, quòd eam illi coniunctus re-
trahære non poteſt: ſed tantum, cùm ven
ditor à patre auo ve habuit: & quòd dictū
verbum de patrimonio non pro patrimo
nio bonorum eſt ſummendum: ſed pro
bonis à patre euenientibus. Quod &
6 præter eum ſua demus † quia et ſi aliqui-
bus iuribus patrimonium pro bonorum
patrimonio accipiatur, ratione tamen
adiuncti aliud eſſe debet, itaque non qui-
dem in d.l.fori pro patrimonio bonorū
& ſummendum: ex quo verba de patri-
monio, *O auolengo*. in eadem lege collo-
cantur, dicitur enim, *O de auolengo*, vt dif
ferat à verbo patrimonio: & ita eſt ac ſi in
d.l.hæc verba conſcripta eſſent. *Todo ho-
me que heredad auida del padre o del ague
lo quiſiere vender.* Quibus & accedant iu
ra notiſsima, quæ diſponunt, ſequentia
verba præcedentia exponere. Verum ſi
dictæ legis dictum verbum patrimonio
† de bonorum patrimonio eſſet intelli-
7 gendum, non quidem neceſſum erat, ver
bum hæredad prius impoſitū illi legi im-
miſcere: ſed tantum hæc verba. *Tode ho-
me que vendiere heredad,* Non enim in le
ge verbum ſuperuacaneum impoſitum
exiſtimandum eſt.l.ſi quando.ff.de leg.1.
capitulo ſi Papa.de priuileg.in.6.&.C. de
nouo.C.compo.§.quibus ſpecialiter.& in
proœmio decretalium.cùm alijs de qui-
bus And.Tiraquel.in tracta.de vtroq; re-
tractu.titulo.de retract.conuen.§.1.glo.2.
numero.22.&.43.Proinde ratio qua dicta
lex fori ſimiles quæ editę fuerunt, ea qui-
dem eſt nempe † affectio quem ad maio
8 rum res quis habet.vt cōſtat in.l.lex quæ
tutores.C.de admi.tuto.vbi Salic.colum.
prima verſicu.ſexto, nota.ait ibi eſſe tex.
ad hoc ꝙ eſt ſatis lugubræ vēdere res ma
iorum.facit text.in.l.ſi in emptionem.ff.
de mino.cum alijs de quibus memor eſt
Tiraquel.abundè in.d.tracta de vtroque
retractu.in præfactio.numer.34.cum plu
ribus ſequentibus folio mihi.12.quæ ra-
tio minimè in eſt in re vendita, quæ à vē-
ditoris patre auo vè non venit. vt de ſe
conſtat.

SANE & hæc confirmantur quia ſic
& in ſimilibus ſtatutis rerum patrimonia
lium retractum concedentibus videmus,
expoſitum † & de re à patre venditoris 9
prouenientę intelligi.vt eleganter conſu
luit Deci.in.d.conſilio.88.& in conſil.271.
iuridicam.columna.2.& in conſilio.222.
viſo puncto diligenter.columna.4.& eū
refert & ſequitur And.Tiraquel.in.d.eius
tracta.retractus.in titu.de retractu ligna-
gier.§.32.numero primo cum ſequentib.
char.269.& inibi numero.103.probat, in
hac ſpetię verbum patrimonium ſummi
pro rebus à moioribus habitis.

QVID multa † & Maſueri.in tracta. 10
de retractu.§.1.cenſet, Galliæ retractum
in rebus à venditore quæſitis minime lo-
cum habere.cuius meminis Guiller.Be-
ned.in repetit.d.capitulo Raynuntius.in
verb.& vxorem nomine Adaleſiam nu-
mero.636.char.116.columna quarta, & a-
lij pleríque quos citat Tiraquel.in.d.eius
tracta.de vtroque retractu.titulo de retra
ctu lignagier.§.32.char.256.pagi.2.nume-
ro.1.&.2.& inibi rationem lucidius vrgen
tem affert, quia ea quæ ex noſtrorum ac-
cepimus ſucceſsione, magis ſunt familiæ
quàm ea quæ nos ipſi comparauimus.l.3.
ff de interd.& releg.cum alijs quæ illic ci
tat videndis tamen.quim & ſequenti pa-
gina numero tertio idem Tiraque.refert
Geral.Bago.in ſua diſputa.retractus.verſ.
ſuper termino.tenentem retractum in re
bus acquiſitis non obtinere.Quod & ini-
bi fulcit, quia iura quæ pro retractus ra-
tione conſiderantur, ex maiori parte de
rebus quæ maiorum noſtrorum fuerunt
loquuntur, etſi idem Tiraquel.in.d.§.32.
char.266.numero.1.etiam in nouę quæſi-
ſitis retractum admittat: & ſi Francię cō-
ſuetudini aduerſari teſtetur, & dictam
ſenten-

ſententiam ( quòd retractus ceſſet in rebus à maioribus venditoris non habita) tenet etiam Boeri. in dictis conſuetudi. Bituricē. de retract. lignagier. §.1. char. 51. colu. 2. verſi. nota quòd in conquæſtibus. quem etiam vide in ſuis deciſionibus in deciſio. 76.

PRÆTEREA & prædicta ſat tenet Ioan. Fab. in procemio inſtitutio. ver. Iuſtinianus. cuius verba audi ibi. *Sed patrimonialia non quæ ſibi ex ſucceſſione obuenerint.*

NEC pro prædictis eſt contemnendus tex. iterùm penſitatus in d. l. fori. in dictis verbis. *Si home de aquel auolengo la quiſiere comprar tanto por tanto.* Et ita ſanctio hęc videtur exigere † retractum
11 quę concedit, cùm res fuerit auolengi (vt ita loquar) ipſius retrahentis, quo fieri videtur, eſſe ibi ſanctionē expræſſam, qua quidem diſpoſitum eſt, ad retractum ex venditoris parte eſſe neceſſum, quòd res patrimonii, aut auolengi ſit ex parte habentis, quòd de auolengo fuerit. Et ſi vltimum dubitabile videatur, & contrarium probabilius ex. l. de Nieua. & quòd ſat ſit, eſſe de patrimonio vēdentis & retrahentis. Et ita non ſatis erit, quòd eam pater emerit: niſi ex vendētis patre proueniat.
12 Nec dicere oberit † quòd illa verba. *De auolengo.* In dicta. l. ſunt conſcripta: quia de genere eſſe ſat eſt, ita quòd ſufficit, patrem emiſſe. cùm hic intellectus prædictæ legi palàm aduerſetur prædictis quę iure optimo munitis.

QVÆ ſententia non modicè coadiuuatur † quia retractus eſt aduerſus iu-
13 ris regulas. vt conſtat in. l. dudum. C. de cōtrahen. empt. & illic communiter docto. tenuerunt. Et in. c. conſtitutus. de relig. domib. cum aliis quorum meminit Andr. Tiraquel. in. d. eius tracta. de Vtroquè retractu. in pręfactione. nu. 60. cum ſequentibus, complures videndos citans, ex hoc deducentes, quòd hæc retractus materia ſtrictiſsimè explicanda eſt. ff. de legib. l. quod verò. et nuncupatim tradit Iaſo. in conſi. 224. videretur. col. 2. verſi. prædicta lib. 2. Et etiam Iaſo. in conſi. 194. ſuperuacuo columna prima per totam. libro ſecundo, & eſſe reſtringibilem materiam inibi teſtatur. & Roland. à Valle conſilio. 22. quod magnificus. numero. 12. libro ſecundo, quo fit, dictam fori legum conſimiles quæ prout explicuimus intelligendas: cùm ſic ius commune minus lædatur. C. de Noxal. l. 2. & ſtrictior ſit interpretatio.

SANE vehementius vrget tex. in. d. l. 7. titulo. 7. libro. 5. ordina. prope finē. ibi. *E acaeſce que vn hombre huuo vna heredad, que fue de ſu padre primeramente, y eſte tiene vn hermano y vn hijo, y vende eſta heredad a vn eſtraño: viene agora eſte hermano y eſte hijo dl vēdedor, y pide cada vno eſta heredad, y quiere la cada vno dellos ſacar de poder dl cōprador tanto por tāto: porque dize cada vno, que fue de ſu padre: y el hermano del vēdedor dize, que el fue primeramēte propinco de ſu padre, cuya fue primeramente la heredad que ſu hermano el vendedor della.* &c. Et ibi. *Y mandamos que pidiendo la heredad del auolēgo el hermano del vēdedor,* &c. Et ibi. *Pero ſi el hijo del vendedor dentro de los dichos nueue dias no la quiſiere, que la pueda ſacar dentro de aquel meſmo termino el hermano del vendedor, pues la heredad fue de ſu padre o madre.* Itaque hæc. l. ſpeciatim diſponit, quòd ad hoc vt retractus locum habeat, neceſſe eſt † quòd res patris venditoris fuerit. vt conſtat in dictis 14
verbis, *Huuo vna heredad, que fue de ſu padre.* Et ibi. *Pues la heredad fue de ſu padre.* Et aliis iam dictis verbis. Quim & dicta lex manifeſtè probat, quòd res de auolengo tunc eſt, cùm fuit aui, retrahere volentis.

QVIBVS & accedat text. in. l. 75. Taurinarum conſtitutionum. ibi, *E el pariente mas propinco quādo fuera de ſu patrimonio y auolengo.* Et ita hæc lex patris quim & aui fuiſſe rem retrahendam, ſancire videtur. Et hæc lex Tauri reperitur libro quinto nouæ recopila. titulo. 11. l. 14.

Superiora etiam ſuffragantur ex text. in. l.

in.l.27.titulo.1.ordina.libro.7.cuius verba manu conſcripta hęc ſunt. *Otro ſi a lo que nos embiaſtes a dezir, que deſſa dicha ciudad y en los lugares de ſus terminos, que ſe hã mouido muchos pleytos, pidiendo los hijos de algunos y de los otros ſus parientes las heredades que venden ſus pariẽtes y ſus padres, no las auiendo heredado los herederos de ſu linaje, ni de ſus parientes: mas que las auian comprado, y auido por troque, o donadio, o por otra razon qualquier que no heran de ſus herencias: y que eſtas demandas que las hazian por coſtũbres: por lo qual dezides que ſe hazẽ muchos pleytos, no ſiẽdo de derecho. E que nos pediades por merced, que mãdaſſemos, que eſtas tales demandas y pleytos que no fueſſen oydos ſobre tales dichos: e quo ſi algunos eran començados que no valieſſen.&c. Saluo los pleytos y demandas que ſon hechos y hizieron ſobre los bienes de algunos que huuieren heredado de ſu auolengo, & de ſu patrimonio: & los vendieſſen los que los anſi huuieſſen heredado. Y los que por tales razones los quiſieſſen demandar, que los demandaſſen del dia que la vendida fueſſe hecha faſta nueue dias.&c. A eſto vos reſpondemos, que nos plaze, y lo tenemos por bien, y mandamos vos que lo guardedes.* Hic enim
15 expræſsiſsima ſanctio eſt, & ſpeciatim exigit, vt retractus fieri poſsit † quòd res vendita patris venditoris fuerit non quæ ab eo empta. & cùm legem ſic expræſſe caſum dirimentem habeamus, iuris ambiguitas eſſe non poteſt. l. illam. C. de collatio. & illic doctores text. etiam in. l. in ciuile. C. de furt. & alibi ſæpe.

Nec dicere oberit, quòd prędicta ordina. lex localis eſt † & edita fauore ciuita- 16
tis Hiſpalenſis, ſi quidem ſi ipſam anxiè penſitemus ſanctionem, non localis, ſed generalis eſt. Et ita lucidè comperiũt dicta verba petitionis, præcipuum hæc. *No ſiendo de derecho.* Quandò quidem hæc verba non ad ius particulare, ſed generale pertineant. Præterea dicta conſtitutio curiis generalibus edita fuit † igitur & cõ
munis erit. ff. de legib. l. iura. cũ aliis. quæ- 17
cunq; enim princeps conſtituit, legis vim obſtinet. ff. de conſtitu. princi. l. 1. & inſtitu. de iu. natu. gen. vel ciui. §. ſed & quod principi. quibus & accedat, quia cum dicta ſanctio iuris corpori ſit immiſta, & ſi non fuiſſet niſi epiſtola † lex generalis eſ-
ſet. vt probatur in. l. fin. C. de legib. notant 18
Paul. Caſtren. & docto. in. d. l. 1. ff. de conſti. princip. cum aliis quorum Deci. meminit in reb. de reſcript. col. 1. & faciunt à nobis adducta in repeti. procœmij legũ Tauri. num. 451. Suadentur hęc, quia tunc
lex localis eſt † cùm in vno oppido tantũ 19
cuſtodiri præcipitur. ex. l. iubemus. in princip. & ibi gloſ. in verb. vrbe. C. de ſac. ſanct. eccleſ. cum aliis de quibus memor eſt. Deci. in capitul. 1. de conſtitu. 1. lectu. colu. 3. & hæc ſuaderi poſſunt ex his quæ adduximus in rep. l. 1. Tauri. nu. 577.

Itaq; ſat conſtat de iure dicti Blaſij, pro eo quæ iuſtè confidimus pronunciadum
† & hanc noſtram partem nouiſsimè te- 20
net etiam Anton. Gometi. in. l. 70. Tauri. numero tertio.

Doctor Burgen. Marc.
Salon de Pace.

Summa

# Summarium ſuper trigeſimo primo Conſilio.

1 *DISPOSITIO non debet extendi de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum.*

2 *Cum aliquid conſcientiæ alicuius committitur, ad ſucceſſores non tranſit.*

3 *Commiſsio ſpirat morte commiſſarii.*

4 *Patronatus ius laycorum an trãſeat ad eccleſiam, & quando.*

5 *Patronatus ius ſine licentia epiſcopi legari non poteſt.*

6 *Laicus cui legatur ius patronatus, capelanum præſentare non poteſt ſine epiſcopi licentia.*

7 *Licentia an præſumatur interueniſſe.*

8 *Præſumptio alleganda eſt.*

9 *Patronatus ius ad eccleſiam cum vniuerſitate tranſit. & num.13.*

10 *Patronatus ius quando ſit mixtum laicorum & clericorum.*

11 *Patronatus ius cum eſt mixtum clericorum & laicorum, vt eccleſiaſticum eſt iudicandum.*

12 *Patronatus ius in dubio eccleſiaſticum eſt iudicandum.*

14 *Patronatus ius pacto & tranſactione transferri poteſt.*

15 *Patronatus ius poteſt cedi in præiuditiũ hæredum & deſcendentium. Et inibi nume.16. cum ſequen. an in hoc caſu ſit neceſſaria licentia epiſcopi.*

17 *Licentia epiſcopi non eſt neceſſaria, cũ contractus ſit in fauorem eccleſiæ.*

19 *Iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ.*

20 *Iuramentum vim obtinet, vt actus valeat omni meliori modo quo poſſit.*

21 *Mandatum in re propria reuocari non poteſt. & nume.22. & 23.*

## Conſilium Trigeſimum Primum.

OPTIMI maximi Dei poſtulato fauore, eiúſque matris Sanctiſsimæ. Pendet lis inter Franciſcum Arias rectorem ſancti Thomę ciuitatis Ciuitatenſis, & Didacum Arias capellanum capellaniæ perpetuæ, eiuſdẽ eccleſiæ ex vna parte: & Ioannam Guiral. ex alia. breui probauimus, ius dicti rectoris prædicti quę Didaci: & illis bullas gratiæ ſummi pontificis reddendas.

Et illud prius præfari neceſſe eſt, quòd Alfonſus Guillem qui dictam erexit capellaniam, hiſce verbis teſtamentum ſuũ confecit. *Y mando, que ſi eſto que yo mando vender, no baſtare para cumplir mi teſtamento, que tomen de las rentas de la encomienda, y las medias fuentes, haſta, que ſe cumpla, e me canten vna Miſſa, y ſalgã con ſu reſponſo ſobre mi ſepultura. Y encargo que pueda dar eſta capellania el Bachillier Bernal Guillen: y dende en adelante le encargo la conſciencia, que la dexe ſiẽpre a quien el quiſiere. E cumplido mi teſtamento hago mi heredera a la dicha capellania e la ygleſia ado ſe huuiere de cantar.* Ex qua clauſula aduerſaria ius patronatus laicorum prætendit, vt pote cùm adſerat à dicto bachalario deſcendere, & di-

ctus rector vt dictæ capellaniæ patronus
dictum Didacum ad dictam cappellaniã
præſentauit.& ex cauſa huius præſentatio
nis dictæ bullæ conceſſæ fuerunt,intergo
quarum conſcriptum eſt,dictam Ioannã
aſſenſum præſtitiſſe.

HIS ſic proloquutis, de dictorum re-
ctoris & Didaci iure conſtat multimo-
dis.

PRIMO, quia prædicta verba dicti
teſtamenti non quidem conſtituunt di-
ctum bachalarium nec ſuos deſcenden-
tes patronos dictæ capellaniæ:nanq; tan-
tum fundator cõcedit dicto bachalario,
quòd dictam capellaniam cui voluerit,
relinquat:non tamen ei concedit , quòd
patronos nominet,nec quòd ipſe patro-
nus ſit.ex diuerſis enim illatio deduci nõ
poteſt.ff.de minorib.l. Papinianus exuli.
ff.de acqui.poſſe.l.naturaliter.§.nihil cõ-
1 mune.cum ſimilibus † nec diſpoſitio ex-
tendi debet de perſona ad perſonã,nec de
caſu ad caſum.ff.de pact.l.ſi vnus.§. ante
omnia.ff.de teſta.tute.l.ſi quis ita.ff.de fi-
deiuſſor.l.fideiuſſores magiſtratũ.cũ alijs
traditis.ſupra in conſil.9.num.13. Verum
nec in dictis verbis aliquid agitur de di-
ctis deſcendentibus † quim dicti bacha-
2 lauri conſcientiæ tantum committitur,
ob id quæ ad ſucceſſores non tranſit.l.nul
li.verſic.pro ſua conſcientia.& inibi.Bal-
dus columnn.2.C.de epiſcop.& cleri.cum
aliis de quibus Iaſo.in l.à iudice.columna
quarta.C.de iudi.& mortuo dicto bacha-
lario † res commiſſa ſperauit.capitulo re
3 ligioſus.de teſta.lib.6.& illic gloſ.in verb.
mortuo , quæ cenſet, executore mortuo
eius officium ad hæredes non tranſire.ex
iuribus quæ inibi gloſ.citar.& tradunt do
ctores in.l.à filio.ff.de alim.& ciba.lega.&
Bald.in.l.fi.§.1.col.4.verſi.quæro teſtator.
C.commu.de leg.cum alis de quibus in
propoſito Greg.Lup.in.l.25.in verb. *Del
año en adelante*.titul.9.part.6.& ita dicta
Ioanna poſt mortem dicti bachalarij pa-
tronatus ius prætendere nequit.

SECVNDO hæc etiam ex alio
conſtant, quia non eſt probatum, Pe-
trum Pacheco eſſe filium hæredem quæ
dicti bachalarij,nec teſtes ad hoc produ-
cti concludunt,vt ex eis liquet.nec depo
nunt iuxta formam capitulo licet ex qua-
dam.de teſtibus,& cum requiſitis ibidẽ.
quæ inibi doctores commemorant.& ali
bi ſæpe traditur,

TERTIO,quia & ſi dictum patro-
natum teſtator dicto bachalario reliquiſ
ſet, vt illum cui vellet relinqueret,& nul-
li illum mandauit,iuris communis in di-
ſpoſitione manſit.ff.de libe.& poſthu.l.co
modiſsimè.& ita conſequens erit † quòd
ipſum patronatum habebit prædicta ec- 4
cleſia, tanquam hæres à dicto teſtatore
inſtituta.capitul. ex literis.de iu.patrona.
cum ſuis ſimilibus.& faciunt tradita per
dominum Gregor.Lup.in.d.l.25.in verb.
*Del año*.columna ſecunda, titulo nono
partit.6.

QVARTO hæc veritas comperi-
tur, quia ex quo eccleſia( vt diximus)hæ-
res eſt inſtituta dicta quę capellania,qua-
re & ſi dicto bachulario ſuis quæ deſcen-
dentibus ius patronatus legatũ eſſet † le- 5
gatum non valuiſſet citra epiſcopi licen-
tiam:quæ nunquam interuenit.vt proba-
tur in capitulo illud.de iur.patro.traditur
in capitulo , cùm ſeculum eodem titu-
lo & ibi doctores præcipuum Ioan. And.
& Cardi.inibi firmant hanc eſſe commu
nem ſententiam.& Curtius Iuni.in con-
ſilio.87.præſuponitur numero ſexto cum
aliis quorum meminit Lamberti.de iure
patrona.libro primo in.2.part.folio. 148.
columna tertia,& quarta , & Rolandus à
Valle in conſilio.47.viſis. numero. 46.li-
bro primo,quod & obtinet,cùm capella-
nia nouę erigitur.vt tenet Cardi.in dicto
capitulo cum ſeculum. cum ſimilibus de
quibus meminit Cardi. Paul.Pari.in con-
ſilio 48. certum eſt.numero.12.libro quar
to.adeo † quòd laicus cui ius patronatus 6
legatur,capellanum præſentare non po-
teſt ſine epiſcopi licentia, & antiquam
ipſi patronatui aſſenſerit.vt tenent Abb.
Calde.& doctores in dicto capiuulo cùm
ſeculum.Et idem Calde.in conſilio ſex-
to in ti-

to in titulo de iur.patro.& Roch.Curt.in
tracta.de iu.patro.in verbis, pro eo quòd
ſine diocœſani conſenſum.& moderni i-
dem tradunt in capitulo primo,&in capi
tulo nobis fuit.de iur.patro. Nec dictam
7 † licetiam preſumendum eſt interueniſ-
ſe.ex tex.in.l.quæcunq;.ff.de publicia, &
ita priuatim tenet Abb.in conſil.106 ca-
ſus.columna.2.verſiculo illa tamen.libro.
8 2.nec talis præſumptio allegata eſt † pro
vt allegari eſt neceſſum,ſi præſumeretur
ff.de adulte.l.ſi adulterium cum inceſtu.
§.idem Poliom.gloſ.in clem.appellanti.
de appella.itaque aduerſaria vt dicti ba-
chalarij deſcendens dictum patronatum
prætendere non valet:ſed potius dicta ec
cleſia cuius patronatus competit vt hæ-
9 redi dicti teſtantis † quod cum vniuerſi-
tate tranſit.vt in dicto capitulo cum ſecu
lum.& in dicto capitulo ex literis.de iur.
patro.cum aliis de quibus meminit Ceſar
Lamberti.in tracta. de iu.patrono.libro.
1.in.2.parte.in.11.articul.5.quæſtionis.nu-
mero.3.& ſequent.

PROINDE & quintò dictorum
Franciſci & Didaci ius cõprobatur, quia
ex quo dicta capellania eſt in dicta eccle-
ſia, qua ſe teſtatorem ſepeliri mandauit,
licet ipſe teſtator dicti patronatus ius di-
cto bachalario legaſſet ſuis quæ deſcen-
dentibus,de iure tamen dictæ eccleſiæ re
ctor cum aduerſaria ius capellanum præ-
ſentandi haberet † eſſet quæ mixtum ius
10 patronatus clericorum & laicorum vt in-
ſignè tenet Abb.in capitulo ad audien-
tiam. in.1.numero vndecimo verſiculo:
ſed dubitatur de eccleſi.edifi.& in capitu
lo cùm eccleſia Vulterana.columna quar
ta de elect.Feli.in capitulo cùm venera-
bilis.numero.39.verſiculo conſidera ſe-
cundò.de exceptio.cui ſententię conſen
tit etiam Roch.Curti.in.d.eius tracta.in
verb. & dotauit.quæſtione.15.& Ioan. de
Selua in tracta. de beneficio.2.part. quæ-
ſtione numero.42 & plenè Card.Paulus
Pariſi. in conſilio.35.ad veram,numero.18
&ſequentibus libro quarto,quod quidem
ſufficit , vt aduerſaria prætendere non
poſsit ad ſe ius dicti patronatus expecta-
re: nec poſsint in hoc regio prætorio di-
ctæ bullæ detineri ex pragmaticis regiis
vt potè quæ de patronatu tantum layco-
rum loquuntur.Quod & adiuuatur † quia 11
cùm ius patronatus eſt mixtum, quo ad
hoc vt derogari ex facili poſsit, vt dictis
regiis lecibus non compræhendatur, vt
eccleſiaſticum eſt iudicandum.text.opti
mus in capitulo primo de iur.patro.in.6.
tradit Abb.in capitulo eam te.eodem ti-
tulo & Card.Paulus Pariſi.in conſilio.128.
in capella. numero.13.libro quarto, quod
ex abundanti quidẽ tractamus, ſi quidẽ
nullũ patro natus ius ſuperiora edocent.

ET in dubio † iudicandum eſt,patro- 12
natus ius non eſſe laicorum, ſed eccleſia-
ſticum.ex his quæ Feli.congerit in capi-
tulo ex literis.de conſtitu.columna.2.&
in propriis terminis ita conſuluit. Card.
Paul.Parienſ.in dicto conſilio.128.colum
na prima libro quarto, numero tertio,&
ſeptimo & Couarru.in capitulo.36.prat.
qq.numero ſecundo & Roland.à Valle in
conſilio.47.viſis iuribus.numero primo,
& ſecundo, libro primo.

QVID plura,& ſi ad dictum bachala-
rium coniunctim cum dicto rectore di-
ctus patronatus pertinere † totum ipſum 13
ius eodem bachalario mortuo dictæ ec-
cleſiæ competeret eius quæ rectori.vt no
tant doctores in.l.ſi mihi & Titio.ff. de
verb.obliga.cum alijs de quibus Roch.in.
d.eius tracta.in verb.ius.colum.6.& con-
ſtat in capitulo primo de iur.patrona.li-
bro ſexto.

SEXTO & in euitabiliter aduerſa-
ria conuincitur ex eo, quòd ius ſuum in
dictum rectorem dicta Ioanna ſolemni
ſcriptura ceſsit,illi quæ eius in vita capel
lanorum præſentationem contulit † & 14
quidem pacto & tranſactione ius patro-
natus transferri poteſt. tex.cum gloſ. in
verb.libere. in clem.plures.de iur.patro-
na.adeo quòd & pleríque tenuerunt † ius 15
patronatus poſſe cedi in præiuditium hæ
redum & deſcendentium. ( quantò ergo
magis in ipſius cedentis damnum) vt te-

net Archid. in dicto capitulo primo de iur. patrona.in.6.cum aliis quorum meminit Alexand.in conſilio.118.attentis columna ſecunda verſiculo benè facit numero octauo libro ſexto.

6 NEC in hoc caſu † epiſcopi fuit neceſſaria licentia.

TVM, quia dicta ceſsio fuit facta ex tranſactionis cauſa.quæ de iure eſt permiſſa.vt per totum extra de tranſact. & in.d.clem.plures.

TVM quia in rectoris & eccleſiæ fa-
17 uorem facta eſt † quo in caſu dicta licentia minimè eſt neceſſaria capitulo illud. & illuc.& illic Abb. Cardi.& alij.de iure. patrono.text.in dicto capitulo de iur.patro.in.6.doctores in dicto capitulo cùm ſeculum.& in capitulo ex inſinuatione. de iu.patro.& vtrobíque Abb. & tradunt communiter doctores in.l.non eo minus.C.de procuratoribus, cùm alijs de quibus meminit Rebuf.de al.re eccle.numero.34.

18 Tum etiam † quia in cedentis præiuditium ceſsio iuris patronatus ſine epiſcopi licentia confecta, firma eſt.vt tenet domini de Rota in antiquis in deciſione. 873. quidam laicus. columna penultima ex text.in.l.per fundum.ff. de ſerui.ruſti. prædio.facit bonus text.& ſi vulgatus in.l. Statius Florus.§. Cornelio Felici.ff.de iu. fiſcis.

QVAM tranſactionem dicta Ioanna (ex notiſsimis iuribus) reuocare non
19 potuit. Prȩter hoc quòd iurata fuit † & ob id clauſulam derogatoriam continet. ex tex.in l.cùm pater. §.filius matrem.ff. de leg.2.& tenet Ioan.And.in regul.quod ſemel.de reg.iur.libro.6.& Bartolus in.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.3.cũ alijs de quibus meminit Iaſ.in.l.pacta nouiſsima.C.de pact.& alibi ſæpe.quòd obtinet, et ſi primus actus compluribus annis à primo actu diſtet.authore Fulgo.in conſil.39.ad primum.columna.1. & Paul. Caſt.in conſi.206.lib.1.Curt.Iuni.in conſ. 26.columna.2.& in.d.l. pacta nouiſsima.
20 aduerſus Deci.inibi.& rectè † cùm iuramentum vim obtineat, vt actus valeat omni meliori modo, quo poſsit.vt in.d.§. filius matrẽ.tradit Bar.in.l.ſi quis in princ. teſta.in prin.col.fi.verſic. quæro vtrum.ff. de leg.3.& Bal.in.l.ſi quis maior.columna. fi.C.de tranſa.cum aliis quorum meminit Claudi.in.l.licet inter priuatos.columna.2.C.de pact.igitur habebit robur clauſulæ derrogatoriæ, futurum tempus reſpicientis.in quo caſu, nempe cùm tempus conſpicit futurum, etiam ipſe Deci.in.d. l.pacta nouiſsima.fatetur, etiam ex ſecundo actu ex interuallo facto primum actũ minimè mutari.& notabiliter Carolus Ruin.in conſilio.172.columna tertia, libro primo.

DENIQVE cum in dicta tranſactione mandatum in rem propriam dicti Franciſci fauore ſit conſtitutum † re- 21
uocari non potuit à dicta Ioanna ex text. in.l.ſi cùm emptorẽ.ff.de pact.notat Baldus in.l.1.C.de act.& oblig.columna quarta verſiculo ſecundo quæro.& Barto.in.l. facta.§.ſi hæres columna.1.verſiculo poſſeſſ.ff.ad Trebellia.&tradunt doctores in l.per diuerſas.C. manda. cum ſimilibus quorum memor eſt.Card.Paul. Pariſi.in conſilio.19.conſideratis numero.58. libro tertio & Carol.Ruin.in conſilio.115.conſideratis.numero.15.libro.1.Prȩterea cum dictum mandatum in contractum tranſiuit † minimè valuit reuocari.vt probatur
in.l.aliud.ff.de ſolutio.& in.l.vero procuratori.§.ſed & ſiquis.ff.eodem titul. & ita 22
tenet Bald.in rub.de procura.in decretal. colum.fi. ante verſiculo ſi procurator.& Carol.Ruyn.in.d.conſi.115.num.15.libro.1. Et hoc confirmatur, quia procurator in rem propriam dicitur ceſsionarius. vt eſt text.notab.in.l.ſi procuratorẽ.§.fi.in fine. ff.manda. cuius meminit plura congerẽs Iaſo.in.l.ſi ſe non obtulit.num.8.ff.de re iud.Verùm & cùm ipſum mandatum iure iurando fuit munitum † mutari non 23
potuit ex quo abſque interitu ſalutis ȩternæ poteſt ſeruari. capitulo cùm contingit.in fi.de iure iurand.notat.Baldus.in.d. rub.de procura.in decretal.num 30.col. 5.

verſicu

verſiculo.hæc forma.& Ioan.Lup. in repeti.rub.de dona.int.vir.& vxor.§.54.colu.2 char.33.colum.1.nume.6.& ſat conſtat ex deciſione Rotæ.104. cui Felin.conſentit in cap. ex parte decani. de reſcript.nu.12. &.13.& moder.in.l.ſi non ſorté.§.ſi centũ. ff.de condi.indebi. & alibi ſæpe traditur.

EThis hæc iuris allegatio firmitur, & de iure dictorum Franciſci & Didaci conſtat.

Doctor Burgenſis Marcus Salon de Pace.

# Sũmarium ſuper trigeſimo ſecundo Conſilio.

1 *MELIORANDI promiſſio debet ſcriptura conſtare.*

2 *Meliorari non poteſt filia (maxime ex cauſa dotis) vltra ſuam legitimam.*

3 *Contractus ſi prohibetur, ne alteri ſit nocius, iuramento non firmatur.*

4 *Intellectus.l.22.Tauri.(& fere per totũ conſilium) quæ reperitur libr.5.nouæ recopil.titu.6.l.6.*

5 *Pactum factum cum certis perſonis, alius nec prodeſt, nec nocet. & nu.7.*

6 *Ratio apoſita in proœmio ſcripturæ promiſſionis, declarat mentẽ promittentis.*

8 *Pactum non meliorandi alios filios factum vni filio, quo ad alios filios non eſt trahendum, nec aliis prodeſt. & nu.9 & inibi late quando non valeat pactũ de non meliorando.*

10 *Solemnitas ſeu forma, quando effectu conſiderato nihil aut parum importat, eius omiſſio actum non ſubuertit.*

11 *Mens qualis fuerit in actu inter viuos declaratur ex his quæ idem ipſe fecit in eius vltima voluntate.*

12 *Verba ſunt interpretanda, prout veroſimile eſt, partes ſecundum rei naturã voluiſſe.*

13 *Ordo verborum non attenditur, cum partium mens certa eſt.*

14 *Ordo ſcripturæ non cenſetur neceſſitati, cum leuis præiuditii eſt.*

15 *Solemnitas leuis dicitur, quãdo aliquid non eſt ratione prouabile.*

16 *Conditio quando poſſit per æquipollens adimpleri.*

17 *Forma an poſſit per æquipollens adimpleri.*

18 *voluntas quando poſſit eſſe in pendenti.*

# Conſilium trigeſimum Secundum,

DEI optimi maximi ſuffragio poſtulato.In cauſa donnæ Marianæ de Frias eius quæ conſortium,cum Lupo Ortiz đSamaniego eius quæ vxore Catherina de Frias & aliis ſuis conſortibus.breuiter ius dictæ donnæ Marianæ eius quæ aſſeclarum probauimus.

PRIMO, quia prælegatum ſeu melioratio dictæ donnæ Marianæ facta firma eſt: & ſi dictus Lupus eius quæ vxor adſerant,quod Gaſpar de Frias ſui matrimonij tempore ſe aliquem ex filijs ſeu deſcendentibus non meliorare aſtringerit.ſiquidem in hoc proceſſu hæc obligatio non appareat † debeat quæ probari ſcriptura.ex textus.notatu digno in.l.22. Taurinarum legum( quæ habetur libro.5 recopil.titulo ſexto.l.6.)quam ſanctionẽ inibi Palat.Rubi.numero quarto, & alij gloſatores ad hoc appendunt, aiunt quæ text.illum eſſe nouum, in quo ad probationem ſcriptura requiritur. Sed in toto hoc proceſſu nulla eſt producta ſcriptura, qua dicta obligatio ſeu promiſsio appare re poſsit.

QVID plura,& dicta Catherina meliorari etiam non potuit.ex capitulo.101. curiarũ Madri. anni.1534.( quod habetur tranſumptiuè libro quinto nouæ recopil.
2 titulo ſecundo.l.1.)quo ſtabilitur † filiam præcipuum cauſa dotis minimè poſſe meliorari, nec illi quicquam citra legitimam relinqui,etiam ſub iuramẽto : cùm ſanctio illa ( vt ex ea cõſtat) ꝑpter publicam vtilitatem fuit edita: quam ob rem, iuramento muniri non poterit capitulo ſi diligenti.prope finem.de for. compe. traditur.in.l.quemadmodum.C.de agricol.& cenſi.libro vndecimo, & ita Bartolus tenet in.l.ſi quis pro eo. columna tertia.ff.de fideiuſſo.& facit text.in.l.alia.§. eleganter.ff.ſolu.matri.& text.in.l.ius publicum.ff.de pact.l.neque pignus. §. fi. ff. de regul.iur.l.11.& ibi Lup.titulo.28. part. 2.& eo præcipuum, cum dictæ legis præceptum aduerſus patrem dirigatur.vt expendit Bartol. in.d.l.ſi quis pro eo.Proinde prædicta ſanctio aliorum filiorum fa-
uore edita eſt:& nè aliis filiis damnum e- 3
ueniat † & quando contractus ne alteri ſit nociuus inhibetur, iuramento quidem non firmatur.capitulo cùm contingat.de iur.iuran.ibi. *Cum in alterius præiuditium eſt*.Et in capit. quamuis pactum.de pact. libro ſexto, & tenet Baldus in.l.pactum quod dotali.17.quæſtione. C. de collatio. cum ſimilibus pleríſque.

Nec dicere oberit, quòd & ſi promiſ-
ſio de non meliorando teſtibus probari
non poſſit † ex.d.l.22.Tauri.tamen quòd 4
teſtibus probari poteſt, quòd dictus Gaſpar de Frias quando dictus Lupus de Samaniego cum alia eius filia contraxit,de faciendo ſcripturam de non meliorando alium filium.

Tum, quia nec talis promiſsio probata eſt.

Tum etiam,quia ſicut dicta.l.22. prohibitum eſt,præter ſcripturam poſſe probari pactum de non meliorando , eadem & ratione videtur,quòd ſcriptura ſit probandum pactum, quo promititur, conficí ſcripturam de non meliorando alium filium : ſiquidem vtrúnque pactum ferè idem contineat : & ex hoc pacto perueniatur ad pactum.d.l.22.ſine ſcriptura fieri prohibitum. & cum quid eſt prohilitum, etiam omne id per quod ad id peruenitur.ff.de ſpoſal.l.oratio. ff. de iuriſdi. omni.iud. cum aliis.

PRÆ

PRÆTEREA nec pactum factum tempore quo Antonius Velandia cum alia filia contraxit matrimonium (quo de non meliorando alios filios cautum eſt) nocet melioriæ dictæ Marianæ teſtamento dicti Gaſparis cõfectę. ſiquidem illa obligatio dicto Antonio facta non quidem commodum dicto Lupo & eius vxori afferre valet, cum quo facta nõ
5 eſt † nam pactũ factum cum certis perſonis aliis nec prodeſt, nec nocet. ff. de pact. l. ſi vnus. §. ante omnia. & l. ſi tibi decem. §. ſi pactus ſim. ff. eodem titulo. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de verb. obliga. qua ſancitur, nullam extraneam perſonã in ſtipulatione ſubintelligendam. itaque ſi pactum fiat, ne à me, ne vè à Titio quid petatur, Titio nequaquam proderit, & ſi mihi hæres extiterit. vt in dicto. §. ſi pactus ſim. his & conducit text. in. l. ſuus. & inibi Baldus. C. de repud. hæred. quo loco habetur ſui iuris renunciationem, niſi quo ad illum cui fit renunciatio, non trahendam. idem & conſtat. in. l. ſicut. C. eodem titulo, & probatur in. l. fi. ff. de interrog. act. traditur in. l. iubemus. C. ad Velleya. hanc ſententiam etiã ſuadet tex. in l. 1. ff. de pact. ibi. *Inter eos ſeruari*. Inſtruit & hoc communis iuris regula. qua cauetur, rem inter alios geſtam aliis nec prodeſſe, nec nocere. C. res int. al. act. per totum. &. l. ſæpe. ff. de re iudi. patrocinatur & hanc rem promiſsionis ratio, ſcilicet, vt dictus Antonius optimè ſuſtineat one
6 ra ſui matrimonij † quæ ratio cùm ſit collocata in proœmio dictæ promiſsionis, declarat mentem promitentis. ff. de hæred. inſti l. fi. cum ſimilibus. ipſáque & ratio dictam promiſsionem reſtringit ad terminos ipſius rationis. l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. 2. &. ff. de iu. patro. l. adigere. §. quamuis. his & fauet, quia etſi dictus Antonius eius quæ vxor vellent dicto Lupo ſtipulari, non poſſent. ff. de ver. oblig. l. ſtipulatio. §. alteri. & quinta partita titulo vndecimo. l. ſeptima quibus & congruit text. in. l. age cum Geminiano. C. de tranſact.

HÆC veritas & conſtat, quia nec dicti Antonij eius quæ vxoris non intereſt, quod aliorum filiorum fauore fiat melioratio, nec ne † & ita ad alios non 7
eſt dictum placitum trahẽdum. ff. de obſeq. patro. à libert. præſtan. l. Titius. & ff. de condit. ob cau. l. cum ſeruus. & inibi gloſſ.

ELVCET & hæc res, ne dicti Gaſparis facultas ſuorum bonorum minuatur, quod conſiderandum eſt. ex. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. obliga. & in. l. pactum quod dotali. & inibi latè Decius. numero primo, & ſequentibus. C. de pact. l. C. de ſacro ſanctæ eccleſiæ. Et in authentica de nupt. §. diſponat. colla. 4.

DENIQVE quòd pactum non meliorandi alios filios factum vni filio † quo 8
ad alios filios non ſit trahendum, aliis quę non poſit. in noſtris proprijs terminis tenet Ioan. Lup. in. d. l. 22. Taurina. numero. 11. & ob id ait ibi, quòd alij filij reſpectu aliorum filiorum, quàm illius cum quo pactum editum eſt, meliorari poterint, quàm ſententiam etiam tenet in eadem. l. 22. Caſtel. in verb. *Que no vala.* Et prius inibi Calatay. & Ferdinand. Talaber. l. 20. Tauri.

CÆTERVM nec dictæ meliorationi in fauorem dictæ Marianæ factæ dicere obſiſtit † quòd dictus Garſpar di- 9
cto Antonio ſe obligauit, nullum meliorare filium, niſi eius vxor Caſildam dicti Antonij vxorem meliorauerit.

PRIMO, quia vt explicuimus, illa ſcriptura inter alios confecta eſt.

SECVNDO, quia etſi dicta verba promiſsionis inerint, non ob id ſequitur, neceſſe eſſe, vt dicta Mariana meliorari poſsit, quod prius vxor dicti Gaſparis dictam Caſildam melioraret: vt deinde dictus Gaſpar prædictam Marianam meliorare poſsit, quia etſi gerundium conditionem importet. vt tenet Bartolus in. l. ſi tu ex parte. ff. de acqui. hæred. non tamen verbis prædictæ promiſsionis aliqua in-

eſt conditio nec conditionaliter in eis cõſtitutũ eſt, prius dictã meliorĩã dictæ Caſildę eſſe efficiendã. Nec ipſa ſcriptura extendenda eſt. ff. de fideiuſſo. l. fideiuſſores magiſtratum cum ſimilibus.

7 CÆTERVM nec aliquid dicti Antonij eius quæ vxoris intererat, prius dictã Caſildam meliorari. & ob eam rem, non eſt exiſtimãdum, dictam promiſsionem ita factam vt neceſſe fuerit, dictæ Caſildę melioriam prius fieri. ex text. in. l. omne verbum. C. commun. de leg. & quia iure in ſcriptura cautum videtur, quòd ſequatur ſiue præcedat actus, cuius effectus in vtroque caſu idem eſt. vt in præſentia.

10 & ob id † quando ſolemnitas ſeu forma effectu conſiderato nihil aut parum importat, eius omiſſo actum non ſubuertit. vt notat Bartolus in. l. vniuerſis. C. de precib. impera. offe. & illic Paul. Caſtrenſ. & doctores in. l. 1. ff. de conſtitu. princip. cum ſimilibus. & ita quidem à dicto Gaſpare interpretatum eſt: ſiquidem prius dictus Gaſpar dictã melioriã quàm eius vxor fecerit. & ex eius geſtis eius exponitur promiſſio poſtea ab eo confecta. ff. ad Macedo. l. ſed & Iulian. §. perinde. cum aliis de quibus Deci. meminit in conſilio. 476. concluſionem. numero tertio, & ex his

11 quæ in vltima fecit voluntate † declaratur qualis fuerit mens in actu inter viuos ab ipſo teſtatore confecto. l. vxor. §. fin. & illic Bartolus. ff. de leg. 3. cum aliis ſuis ſimilibus.

12 HÆC & fulciuntur † quia verba interpretanda ſunt, prout veriſimile eſt, partes ſecundum rei naturam voluiſſe. ff. qui pot. in pigno. habe. l. inſulam. cum aliis quæ citat Socin. in conſilio nono proſequendo. numero. 18. verſiculo quod etiam libro primo, quo loco Socin. loquitur in hac eſpetiæ ordinis verborum ſeu ſcripturarum.

SVADENTVR etiam ſuperiora

13 † quia verborum ordo nunquam attenditur, cùm partium mens certa eſt. l. nec enim. ff. de ſolutio. & illic Alberi. optimus text. in. l. cùm pater. §. fidei tuæ. in. 2. ff. de leg. 2. ibi. *Nam ordo ſcripturæ non impedit cauſam iuris ac voluntatis.* Eſt etiam text. & illis ſcribentes. ff. de pecul. leg. tenet Bartolus in authentica hoc ius porrectum. C. de ſacro ſanctæ eccleſiæ & ob id dici conſueuit, de ordine non curandum, cùm diſpoſitio ordinem minime conſpicit. doctores in capitulo dilecta. de reſcrip. & inibi abundè Feli. columlumna quarta, & doctores in. l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. Quim & commune aſſertum doctorum eſt † quòd ordo ſcriptu- 14
ræ nunquam neceſsitatis cenſetur, nec neceſſe ſeruandus ſit, cùm leuis præiuditij eſt. l. 1. in fine. ff. de vent. inſpi. Bartolus in dicto. §. prius. & doctores in. l. fi. §. ſi verò poſtquàm. C. de iu. delibe. & in. l. cùm hij. §. ſi prætor. ff. de tranſact. & in. l. præpoſteri. C. de teſta. & copioſè Cornel. in conſilio. 136. col. penul. libro tertio. Card. Pau. Pariſ. in conſilio. 28. columna fin. libro ſecundo, cum aliis de quibus moder. in. l. 1. ff. de libe. & poſthu. ſed in pręſentia idem effectus eſt, idem quæ & commodum dicto Antonio eius quæ vxori, fiat prius dictæ Caſildæ melioratio ſiue poſt.

HIS & congruit † quia leue dicitur le- 15
uis quæ ſolemnitatis, quidquid non eſt ratione probabile. Baldus in. l. hac conſultiſsima. C. qui teſta. fa. po. columna tertia cuius recentiores memo res ſunt in. d. l. 2. §. prius: ſed ratione doceri non poteſt, quod damnum quæ vè importantia ſit, præcedat nec ne melioratio dictæ Caſildæ.

QVID multa, etſi fateremur, dictum ordinem conditionalem eſſe (prout diffitemur) ſat eſſet † per equipollens 16
ipſam adimplere conditionem. ex tex. in l. ſi mater. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fact. cum aliis inibi à Decio citatis. qui & cenſet, etiam conditionem voluntariam in æquipolenti adimpleri poſſe. & idem Deci. in rub. de proba. columna penultima, & Gomet. in regul. cancella. de vtraque ſi-

que ſignatura.char.mihi.348. pagi. 2.ex.l. in conditionibus.§.ſi patronus.ff.de condi.& demonſtra.& ſi pleríque in conditione voluntaria contrarium teneant. Sed ſat quidem equipollet, quòd dictæ Caſildæ melioratio ſubſequatur, vel prçcedat, idem quç(vt diximus)eſt effectus. quæ & præcipuum ex eo obtinent, quod expræſsim in.d.promiſsione(vt explicui mus)cautũ non eſt, quòd prius dictæ Caſildæ melioratio fiat.& in conditione voluntaria tacita ſemper videtur verum, eã æquipollenti adimpleri poſſe.vt conſtat ex Angel.in.l. generaliter.§.cùm autem. C.de inſti.& ſubſti.& expræſsim ſic tenet Hieron.Grat.in reſpon.2.libro ſecundo reſpon.quo & loco citat.Ioan.And.inSpecul.de ſecund.nupt.quòd etiam conditio voluntaria ſemper in çquipollenti adimpleri valet, cùm vero ſimile eſt, quòd diſponens ſic conceſsiſſet, ſi interrogaretur. & ſatis probatur in.l. Titius.§. Lutius.ff. de libe.& poſthu.& traditis in.l tale pactum.§.fi.& ibi gloſ.ff.de pact.

SANE & Deci.in.d.l.ſi mater.colum na ait † quòd etſi forma in æquipollenti 17 non impleatur, tamen quòd ſi certum reſpicit effectum, aliud erit.vt in.d.l.ſi mater & in d.l.iubemus.iũcta. gl.C.de teſta. & in.l.2.ff.de libe.poſthu. & eſt optimus tex.in authenti.de nupt.§.1.diſtrahantur. colla.4.& in.l.à diuo Pio.§.in venditione. ff.de re iudi.& inibi Bartolus.

ITAQVE ſiue dicta melioratio Caſildæ præcedat, vel non parui refert: trahenda quæ retro etiam eſt. ex.l. neceſſario.§.quòd ſi pendenti.ff.de peric.&com. rei vendi.cũ alijs de quibus meminit Deci.in.l.contractus.num.13.ff.de regul.iur.

NEC prædictis repugnat dicere, quòd ſi prædictis eſſet locus † dicta melioratio à dicto Gaſpare facta dictæ donnæ 18 Marianæ in pendenti eſſet, nempe quia ſi poſtea non fieret ipſa melioratio dictæ Caſildæ, ſubuerteretur melioratio facta dictæ donnæ Marianæ ex.l.fi.ff. commu. præd.

Tum, quia(vt conſtat ex his quæ aſſeruimus) non eſt neceſſe ad hoc peruenire, cùm dicta melioratio dictæ Marianæ facta minimè obſiſtat pactum cum dicto Antonio factum.

Tum etiam, quia non procedit, cùm diſpoſitio eſt conditionalis, prout uiſe cõditionalem aduerſarius tractat.tex.eſt in l.vſufructus.ff.de ſtip.ſeruo.& illic doctores Bart.& Bald.poſt gloſ.in.d.l.fi.ff.commu.præd.

Item & ex defuncti præcedenti voluntate eius voluntas in pendenti eſſe poteſt ex.l.1.§.ſi pẽdeat.ff.ad Macedo.notat Roma.in conſil.134.pro declaratione.columna fi.& Carol.Ruin.in repeti.l.centurio. columna.20.ff.de vulg.& pup.ſubſti.& alibi plenius tractauimus.

EX his igitur conſtat ius dictæ donnç Marianæ & conſortium.

Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace.

Summa-

# Sũmarium ſuper trigeſimo tertio Conſilio.

1 *VERBIS ſententiæ antiquæ ab arbitro latæ ſtandum eſt. Et quid in ſententia lata præſentibus partibus. numero.2.*

3 *Verbi. enunciatiua emiſſa propter ſe probant.*

4 *Præſumitur pro ſententia arbitri, ſicut pro ſententia ordinarii.*

5 *Scriptura priuata non facit fidem: etiam ſi talis ſcriptura priuata habeat ſigillum.*

6 *Sigillum non facit ſcripturam priuatam authenticam, niſi habeat teſtes. & numero.7.*

8 *Sigillum vitioſum et corruptum non probat. Et inibi quid debet continere ſigillum ad hoc vt probet.*

9 *Sigillum debet eſſe conſuetum. Et inibi de intellectu.l.113.titulo.18.partita.3.*

10 *Scriptura priuata præſcriptionem minime interrumpit.*

11 *Scriptura nunquam obſeruata, nec acceptata non probat. & vide nu.16.*

12 *Donatio ante acceptationẽ mutari poteſt etiam extante.l.3.titul.8. lib.3.ordi. quæ habetur libro.5.nouæ recopila.titul.16.l.2. Et inibi an abſenti quis poſſit obligari. & num.15, quod idem erit in remiſſione.*

13 *Voluntas potius facto, quam verbis apparet.*

14 *Acceptatio non poteſt fieri poſt mortem donantis.*

16 *Vſus contrarius ſcripturæ derogat ſcripturam. & ſupra num.11.*

17 *Immemorialis conſuetudo non excluditur ex ſcriptura non obſeruata.*

18 *Immemorialis non ceſſat: etſi in contrarium producatur inſtrumentũ, per quod conſtet de aliquo initio.*

19 *Præſcriptionis interruptio non cauſatur per litis conteſtationem, vel litem motam aduerſus obtinentem in illa lite.*

20 *Ratificare quis videtur ſcripturã, quando ſecundum eius tenorem ſoluit.*

21 *Actio oritur ex arbitrorum ſententia emologata.*

22 *Emologatio ſententiæ arbitrorum ſufficit: etſi aliquem haberet defectum. Et inibi quod talis emologatio habet effectum tranſactionis.*

23 *Sententia nulla dat cauſam præſcribendi.*

24 *Arbitria redacta ſunt ad inſtar iuditiorum.*

25 *Intellectus.l.Madricii, quæ loquitur de præſcribendis impoſitionibus contra vaſſallos. & ſequenti.*

26 *Titulus cum quadraginta annis tantũ operantur ſicut immemorialis.*

27 *Immemorialis ſi non excluditur, nec etiam reijcitur præſcriptio centum annorum, & fortiori præſcriptio.200.annorum.*

28 *Verum* Conducho. *Appoſitum in priuilegio quid ſignificet.*

Conſi-

# Conſilium trigeſimum Tertium.

PRÆTERE A quæ in fauorem domini Comitis Venauētani aduerſus eius oppidum TurrisMormojon cōſcripta ſunt à nobis ſupra in.15.conſilio incipien.in hac litè Venauentani.ſequentia ſunt aduertenda.

1 PRIMVM † quòd verbis ſententiæ antiquæ ab arbitro late ſtandum eſt.vt conſuluit Abb.in conſilio.18.in cauſa & quæſtione. columna tertia, libro ſecundo.Quim & eſt vera concluſio, quòd & ſi ſententia de antiquo non ſit, eius enunciatiuis verbis ſtetur, ſi partibus præſentibus ſit lata, trāſlata vè ſit in rem iudicatam, vt eſt ſententia arbitraria hac in lite producta, quæ à partibus fuit emologata.vt probatur in capitulo, cùm inter.& inibi doctores de re iud.& in capitulo qui contra.de probat.& illic ſcriben. Imol.in clem.prima ad finem.de probat. moder.in.l. ſciendum. ff. de verb.obliga. cum alijs quæ in hac re citat Card. Paul. Pariſi.in conſilio.88.quòd ſententia.columna ſecunda, numero.16 libro quarto, & nuncupatim Carolus Ruyn.in conſilio 121.in dubium.columna tertia, numero.6 verſiculo.Quæ verba.libro quinto citans Angel.in conſilio.198.Quo loco conſuluerunt † verba laudi enunciatiua aduerſus emologantem ſeu præſentem probare, & ſatis conſtat in.l.optimam. C.de contra.ſtipul.Et late Aym.Crauet.in conſilio 54.quæritur.numer.12.libro primo. & ex maxime hæc obtinent † quia & ſi dicta verba enunciatiua eſſent, ſunt tamen emiſſa propter ſe, & ob id probant.ff.de dona.lege ex hac ſcriptura.cum aliis. Item & quia per modum cauſe prolata ſunt: quo in caſu ſemper probant.l.emptor.§. ancillam. ff. de rei vendi.cum ſimilibus de quibus Iaſon. in.l.ex his verbis.in.9.limita.C.de teſta.mili.

(margin numbers 2 and 3 beside the lines "runt † verba laudi" and "maxime hæc obtinent †")

4 ET ſicut præſumitur de veritate ſententiæ iudicis ordinarij † ita & ſententiæ iudicis arbitri & contentorum in ea. vt per Abb. & alios in dicto capitulo quoniam contra.de proba.cum alijs quorum meminit inibi Deci. columna.22. poſt Paul.Caſtren.in conſilio.19.columna prima, libro primo & Aym.Crauet.in dicto conſilio.54.quæritur.d.numer.12.columtertia verſiculo quarto probatur.poſt Deci.in conſ.375.nume.1.

NEC dicti Comitis iuri nocet ſcriptura, quæ dicitur facta à donna Eliſabeth donni Ioānis Alfonſi de Alburquerque vxore, qua oppidanos dicti loci à certis ponderibus tritici annuis liberat.

5 PRIMO, quia hæc ſcriptura eſt priuata † nullam quæ ob id fidem facit. capitulo ſecundo, & illic doctores de fid. inſtrumen.& in.l.inſtrumenta. ff. de probat. cum aliis ad hoc citatis per Soci.in conſilio.258 in cauſa vicariæ. columna ſecunda, libro ſecundo.Et facit.l. ſcripturas. C. qui pot.in pig.hab. & late Aym.de antiquitate temp 1.parte numero.104.&.105. Quod & obtinet, & ſi dicta ſcriptura ſigillum habeat.

6 Tum, quia † ſigillum non facit ſcripturam priuatam authenticam. vt conſtat ex traditis in dicto capitulo ſecundo de fide inſtrum.& in capitulo inter dilectos eodem titulo cum ſimilibus de quibus Socinus meminit in dicto conſilio.258.columna tertia.

7 TVM etiam, quia in caſibus in quibus ſcriptura habens ſigillum probat † eſt cùm teſtes in ea ſunt ſcripti (vt non ſunt

ſcripti in d.aſſerta ſcriptura ) vt notat An
cha.in capitulo vt circa.de elect.in.6.&te
nent Ioan.And.Aonto &alij in capi.poſt
ceſsionem.de probat.

Tum item,quia ſigillum in.d.ſcriptu-
ra impoſitum vicioſum corructum quæ
8 eſt † & ob id etiam , in caſibus in quibus
ſigillum fidē præſtat ſcripturæ , non pro-
bat.vt ſat conſtat.in dicto capit.poſt ceſ-
ſionem.& illic doctores & in.d.capitulo
inter dilectos.quo in loco habetur, in ſi-
gillo ſigillantis nomen expræſsim impo-
nendum,legibiles quæ literas habiturum
quod & Cardi.tradit.in clem.2.vt lit.pen
den.5.notab.Abb.in capitu.cùm cauſam.
de probat.& ſcribentes in capitulo, quod
ſuper.de fid.inſtru.Socin.in. d.conſil. 258.
col.3.& probatur etiam in.l.ad teſtium. §.
ſignū.ff.de teſta.& facit optimus tex.in.c.
inter dilectos.de fid.inſtru.vbi ſigillū quo
literæ non aparent,non meretur dici ſigil
lum.quem ad hoc allegat Guid.Pap.in.q.
481.numero.3.vbi plura citat videnda.
9 Quin & ad probādum neceſſe eſt † quòd
ſigillans illo ſigillo vti conſueuerit. autho
re Ioan.Fab.in.§.poſſunt.inſtitu.de teſta.
etiam ſi à tabellione ſubſcriptum ſit.vt te
net Imol.in.d. capitulo poſt ceſsionem.
Nec oberit text.in.l.113.titulo.18.partit.3.
quę ſancit,inſtrumento ſigillato ſtādum,
nam quidem conſtat loqui,cum ſigillum
ſigillantis erat , & ab eo conſuetum.

RVRSVS & dicta ſcriptura priua-
10 ta † præſcriptionem minime interrum-
pit.ex textus.in.l.pe.C.ne de ſta.defun.&
text.cum gloſ.in authentica offeratur.C.
de lit.conteſta.tex.& illic Bartolus.in.l.ac
cuſaturus.ff.de adulte.cum aliis quorum
memores ſunt moder.in capitul. illud.de
præſcript.& alibi ſæpe.

PROINDE nec contenta in.d.ſcri
11 ptura † nunquam obſeruata fuerunt : nec
à dicti oppidi ciuibus acceptata: & ob id,
illis minime prodeſt.ex text.in.l.abſen-
ti.ff.de dona.& in capitulo ſi tibi abſenti.
de præbend.in.6.doctores in.l.fin. ff. de
conſti.princip.& illic. Iaſo.numero.50.&
12 † ante acceptationem donatio mutari
poteſt . vt traditur in dicta lege abſenti.
& pleríque ſic tenuerunt quos refert Pau.
Caſtren.& alij citati à Decio in.l.contra-
ctus.columna quarta.ff.de regul.iur. & in
conſilio.432. columna penultima, cum
alijs de quibus ſupra memores fuimus in
conſilio decimo quarto in præſenti nu-
mero.20.& ſequentibus . Quod non mu-
tat ſanctio ordina.( ſcilicet.l.3.titulo octa
uo , libro tertio. ordi. quæ habetur libro
quinto nouæ recopilat.titulo decimo ſex
to.l.2.)quæ diſponit , abſenti quem poſſe
obligari.vt in propriis terminis in ſimili
decreto ſeu ſtatuto loquens cōſuluit Cur.
Iun.in conſilio.120.& prius Ioan.Miles in
eius repertorio.in verb.abſenti.& faciunt
quæ diximus in dicto conſilio decimo
quarto, numero.20.& ſequentibus tantū
enim prædicta.l.ordi. corrigit iura anti-
qua , quibus ſtabilitum erat, ſtipulatio-
nem abſenti fieri non poſſe : nec obli-
gationem abrogat.vltra quod ob id non
poteſt fieri extenſio.C.de appella.l.præci
pimus.&. C.de teſta.l.ſancimus. cum a-
lijs.Et ſat dicta donna Eliſabeth reuoca-
uit contenta in dicta ſcriptura, cùm ſem
per poſt dictam ſcripturam omnia pon-
dera panis ( quæ ante perſolui conſueue-
runt) exegit ipſa & alij donni dicti oppi-
di: & quòd hoc reuocationē inducat , ſat
quidem percipitur in.l.rem legatam.ff.
de adi.lega.& in.l.legata.§.pater.ff.eodem
titulo potius † enim volūtas facto, quàm 13
verbis apparet.ff.rem rat.habe.l. Paulus.
cum ſimilibus. Nec dictæ ſcripturæ † ac- 14
ceptatio poterat fieri poſtmortē dictę E-
liſabeth.donantis authore And.de Iſer.in
capitulo primo.§.donare.columna penul
tima in fine in titulo.qual.feu.pote.alien.
Deci.in conſilio.432.cum ſit.columna fi.
numero vigeſimo ſexto.& late Alciatus
in capitulo cum contingat.de iure iuran.
pag.365. num.233.& Gregori. Lup.in.l.4.
in verb. *No lo puede fazer*. columna fi.ver
ſiculo : ſed quid ſi donator.titulo quarto,
partita.5.

ET in † remiſsione etiam prædi- 15
cta obtinent.ex glo.in.l.idem in duobus.
ff de

ff.de pact.Bartolus,& alij in.l.non ſolum. §.liberationis. ff.de libe. leg. Baldus in.l. reſcriptum.§.fi.ff.de pact.& in.l.tale pactum.in princip.ff.eodem titul.& Iaſo.in l.naturaliter.§.nihil commune. ff. de acqui.poſſe.colum.12.

16 QVID multa † & contrario vſu eſſet dictæ ſcripturę derogatum,(quando alia quæ diximus,ceſſarent) prout in priuilegio contingit.ff.de iudi.l.1.&.3.parti.titul. 18.l.42.quibus optimè conducit tex.in capitulo contingit.de tranſact.& alibi ſæpe traditur.

17 NEC conſuetudo † immemorialis abijcitur ex ſcriptura non obſeruata. ex tex.in.l.euidenter.ff.de except.rei iudi.& ex aliis quæ tradit Aym.Craue.in tracta. de antiq.tempo.4.part.num.167.& egregiè Socin.Iuni.in conſili.76.cùm diebus. num.68.& ſequent.lib.1.

NEC iuri dicti Comitis obſiſtit compromiſſum & ſententia arbitraria in hac lite producta,facta anno Heræ.1374.& etiam firmamus † quòd nec illa excludit
18 immemorialem.

PRIMO, quia vt in alia iuris allegatione difiniuimus (ſcilicet,ſupra in dicto conſilio.15.numero.19.& ſequentibus) nō quidem contenta in dictis ſcripturis initium ſunt percipiendi dicta annua pondera panis.

SECVNDO, quia vt & ibidem deſcripſimus,ex quo dictæ ſcripturæ.200. annis ante litem editæ fuerunt, illis ipſa immemorialis minimè diruitur.& præter ea quæ in alia allegatione citauimus. inſignè edocet Soci.Iun.in dicto conſilio 76.numer.68.& ſequentibus libro primo poſt gloſ.& Baldus in capitulo cùm nobis de præſcrip. & Aym.in.d.eius tracta.de antiqui.tempo.4.part.num.125.& palam Lapus in. capitulo primo de præſcript. in.6.

CÆTERVM & cùm dictæ ſcripturę fuerit in fauorem dominorum,& illis ſit cautum, quòd dicta pondera panis perſoluantur, ex his nulla immemorialis nec alterius præſcriptionis interruptio potuit ſuboriri.ex tex.notab.in.d.l.euidēter *Euidenter enim* (inquit) *iniquiſſimum eſt proficere rei iudicatæ exceptionē ei contra quem iudicatum eſt.* Et ideo doctorum commune aſſertum eſt † litem præ- 19
ſcriptionis interruptionem aduerſus obtinentem in lite non cauſari vt expreſſè tenet Paul.Caſtr.in conſi.291.viſo primo dubio.col.pen.ſecundum antiquam impræſsionem.Et Feli.in.d.c.illud prope finem.de præſcript.& Balb.in tracta.præſcriptio.3. parte.6.partis.colu.20.limita.5.

VERVM ex quo dictum oppidum ſecundum contenta in dictis ſcripturis, dicta panis pondera exoluerit, præter emologationem à principio factam † ra- 20
tificare omnia in ipſis ſcripturis contenta cenſetur.ex.l.litibus.C.de agri.& cenſit.cum aliis de quibus meminit Deci.in l.ſemper qui non prohibet, columna ſecunda.ff.de regul.iur.& priuatim Abb. in conſilio.18.in cauſa.columna.4.libro ſecundo & Aym.Craue.in conſi.40. propo nitur.columna ſecunda. Ex qua † arbi- 21
trorum ſententia vt pote quæ emologata,actio oritur.capi.ab arbitris.de offi.de leg.in.6.l.cùm antea.C.eodem titulo.l.fi. C.de iudi.3.parti.titulo.4.l.24.& in.l.fi.in ordine iudiciario Madri.in volumine pragmaticarum.quæ habetur lib.4.nouæ recopil.titu.21.l.4.

ET dicta †emologatio ſufficiebat,& 22
ſi aliquem haberet defectum. ex text.in capitulo niſi eſſent de præbend.notat Angelus in.l.ſciendum.ff.de verb.oblig.cum aliis de quibus inibi recentiores memores ſunt ex gloſ.notiſsima in.l.2.C.commu.vtriuſque iudi.ipſa quæ emologatio tranſactionem inducit.vt inibi & alibi ſæpe traditur.

QVIN † & ſententia nulla dat 23
cauſam præſcribendi.vt notatur in capitulo ſi ſacerdotes. 10. quæſtione tertia, & ad præſcriptionem idem quidem operantur ſententia iudicis arbitri quæ & ordinarij. vt in lege cum antea. Et illic notat Baldus columna finali.

&do-

& doctores in.d.capit.illud.nam arbitria
24 † ad inſtar iuditiorum ſunt redacta.l.1.ff. de arbit.authenti.ſi verò.C.de iudi.& inibi traditur. Et eſt bonus tex.in.l.23.in princip.titulo.4.par.3.in verbis, *Tambien como ſi fueſſen juezes ordinarios*. Ad idem eſt text.in.l.32.in medio.& ibi Montal.colu.1.in fine.eodem titul. & part.cum alijs de quibus meminit Iaſo.in.l.de quibus numero.84.ff.de legibus.

25 NEC ad hoc negotium pertinet † lex edita curijs Madri.anno.1528.petitio.20.( quæ habetur libro quarto nouæ recopila.titul.16.l.8.) qua ſancitur, impoſitiones tempore immemoriali præſcribendas.

TVM, quia dicta lex in impoſitionibus loquitur: at non in dictis ponderibus panis, quæ pro terris quæ ante erant dominorum ſoluuntur.ex traditis in.l.cùm de in rem verſo.ff.de vſur.& illic Bartolus columna.fi.qui loquitur in penſione, quæ ſoluitur pro laborerio.& in.l.ſi certis annis.C.de pact.cum aliis.

TVM, quia & dicta lex non habet locum, cùm præcedit titulus habilis ad
26 præſcriptionem.vt in præſenti † quia tantum operatur titulus cũ.40.annis, prout immemorialis.de præſcript.in.6.cap.1.& tenet notanter Paul.Caſt.in.l.ſeruitutes.ff.de ſeruitu.quo cenſet loco, in his quæ immemorialem exigunt præſcriptioné, titulum cum ordinario tempore ſufficere,& etiam idem tenet Cæpol.in tracta.ſerui.vrba. prædio. cap.19.& Ioan.Fab.in.§.éque ſi agat.inſti de actio.col.5.& Balb.in.d.ſuo tracta.præſcript.2.parte.4.partis quæſt.1.col.2.Et licet prædicta conſtitutio.Madri.de immemoriali agat, non tamen ob id negat, titulum cum.40.annis non ſufficere.ex tex.iuncta gloſ.in.l.ob es alienum tantum. C. de præd.mino. cum aliis.

Tum etiam, quia ſicut dicta lege immemorialis non excluditur † ita nec cen 27
tum annorum præſcriptio: & à forciori.200.annorum.ex his quæ habentur in authenti.vt de cætero. colla.& illic gloſ.& Ang.in.l.vniuerſas.C.de rei domi. vel tẽplo.idem Ange.in.l.non ſolum.in princi.ff.de vſucapionibus.

DENIQVE, quia in hac cauſa dubitari cõtingit, quid verba priuilegij in hac lite producti( in quo dicitur. *Y conducho*) ſignificent. Et dicimus † verbum. *Conducho*, de re quæ ad edendum præſtatur, in- 28
telligendũ.vt cõſtat ex.l.2.tit.22.part.1.& ex tex.in.6.7.&.10.&.11.in.fi.&.18.&.19.titulo.11.lib.4.ordina. quæ habentur libr.6.nouæ recopil. titul.3.l.6.7.10.11.16.&.17.& tenet Montalu.in ſuo repertorio legum ordina.in verb. *Conducho*. Et hoc inſtruitur, quia dictum verbum. *Conducho*. A cõdo condis ſuboritur ex quo cõditus ſumitur, pro eo quod ad edendum paratur. vt ait Columel.lib.1.c.22.

Et hactenus de dicti Comitis iure dixiſſe ſufficiat.pro quo vt alias ſupra in.d.conſilio.15.explicuimus, tandem pronunciatum fuit.

Doctor Burgen.Marc.Salon de Pace.
minimus legum Doctor.

Sum-

# Summarium ſuper trigeſimo quatro Conſilio.

1 EEXECVTIO *fieri poteſt contra heredem.*

2 *Pater non poteſt venire contra dotẽ inofficioſſam, per eum filiæ ſuæ conſtitutam & multis ſequentibus.*

3 *Fraus non præſumitur.*

4 *Dotis titulus eſt honeroſus.*

6 *Intellectus.l.29.Tauri. quæ habetur libro.5.nouæ recopil.titul.8.l.3.& ſequen. Et inibi late an filii poſt mortẽ patris poſſint reuocare dotem in officioſam.*

7 *Pater non poteſt reuocare alienationem a filio factam contractu honeroſo, etiã confectam in ipſius patris fraudem. Et inibi quid erit e contra.*

8 *Dicta.l.29.Tauri.eſt correctoria, et non declaratoria.& num.9.*

11 *Intellectus.l.6.Tauri.quæ habetur lib.5. nouæ recopil.tit.8.l.1.Et inibi late: quando ſucceſſio parentum æquiparetur ſucni filiorum.*

12 *Teſtator quod non loquitur, velle non præſumitur.& num.20.*

13 *Subſtitutio de vna perſona facta ad aliã extendi non debet, etiam ex teſtantis veriſimili mente.& ſequenti. numeris.*

14 *Subſtitutio quod de te non loquatur, nec in hoc caſu locum habet, ſemper dici poteſt.& nu.21. quod contrarium dicenti incumbit onus probandi.*

15 *Diſpoſitionis verba ſẽper ſolẽt interpretari ex ratione appoſita in diſpoſitione.*

16 *Subſtitutis primo onus impoſitum, non cenſetur adiectum aliis poſt ſubſtitutis.*

17 *Subſtitutio fideicommiſſi onus eſt:& ideo non debet extendi niſi ad perſonas expreſſas.*

18 *Scriptura citra eius limites minime eſt trahenda.*

19 *Maioricatus ſcriptura non debet ampliari, ſed ſolerter eſt reſtringenda.*

20 *Diſponens non ſufficit, quod aliquid vellit, niſi diſponat.*

22 *Subſtitutio alicui facta ſi deceſſerit ſine fratre expirat ſi ob id cum fratre.*

23 *Minus dilectus in ſubſtitutione, quando ſit melioris conditionis quam magis dilectus.*

25 *Verbum* vos *impoſitum in aliqua diſpoſitione reſtringit diſpoſitionem.*

26 *Verba reſtrictiua reſtringunt diſpoſitionem etiam fauorabilem.*

27 *Dictio* Pero *aduerſatur in iure & in facto.*

28 *Subſtitutio expirat, vbi ſit Titio ſi ſine filiis vel fratribus deceſſerit, ſi Titius cum filiis aut fratribus obierit: & ſi filii ſine filiis deceſſerint:& non extenditur ad filios fratres ve fratruum, & ſi vocati ſint.*

29 *Intellectus.l.tale pactũ.§.fi.ff.de pact. Et inibi late, quando non ſit conſiderandum quod diſponens ita voluiſſet, ſi interrogatus fuiſſet.& nume.30.*

30 *Verba diſpoſitionis vbi ad aliquem adaptari non poſſunt, ad illũ diſpoſitio non eſt trahenda.*

31 *Honoratus ex quo quis fuit, non exinde cenſetur oneratus.*

32 *Intellectus iurium quæ diſponũt, quod ex eadem ratione diſpoſitio extenditur.*

33 *Caſus cum omittitur, de eo non idẽ quod de expreſſo eſt iudicandum: etiã ſi in caſu omiſſo adſit maior ratio diſponendi.*

34 *Intellectus doctrinæ Bar.in.l.centurio. col.12.verſi.quæro vlterius.ff.de vulg. & pup.*

35 *Subſtitutus poſtremo bona alienari prohibita, libere alienare poterit.*

36 *Hæres tenetur ſtare facto defuncti: etiã ſi ſit hæres in ſola legitima: maxime ſi nullum fecerit inuentarium.& nu.37.*

38 *Lex cum a matre. C. de rei vendica. procedit in hærede ſucceſſore bonorũ maioricatus. & ſequentibus.*

39 *Intellectus doctrinæ Bartol. in. l. filius famil. l. §. cum pater. ff. de lega. 1. Et inibi etiam de intellectu. l. 1. & 2. C. ſi quid in fraud. patro.*

40 *Iudicandum in dubio eſt pro dote, & contra producentem inſtrumentum, & pro reo & poſſeſſore.*

# Conſilium trigeſimum Quartum,

DIVINO auxilio poſtulato. In hac lite qua inter Petrum Fernandez Nieto, & donnam Catharinam de Oualle contenditur, ſuppoſita facti narratione, iure probauimus, ſententiam primò latam eſſe confirmandam.

ET hoc ex eo, quia dictus Petrus ex ſcriptura producta (quæ paratam habet executionem) executionem petit † quæ
1 contra hæredem fieri poſſe non eſt dubiũ ex tex. in. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obli. & in. l. 1. C. de hære. actio. & in. l. vnica. C. vt act. ab hæred. & con. hæred & tenent expreſſe Bartolus & magis communiter doctores in l. poſtulante. ff. ad Trebel. Alexand. in conſilio. 115. attentis. columna. 2. nume. 14. libro. 6. & Felinus in capitulo: quia. V. de iudi. columna. 3. num. 4. & ibi Deci. columna. 2. numer. 7. & Caſſene. in conſuetud. Burgund. rub. 3. gloſ. 2. folio. 209. colũna. 1. numero. 6. & ſequentibus, & rub. 11. §. 6. gloſ. 7. folio. 362. columna. 4. numero. 2. & Matthæ. de Afflict. in capitulo primo columna 10. numer. 225. in titulo ex quib. cau. feud. ami. & Catte. Cota. in memorabilibus. in verb. hæres cẽſetur eadem perſona. vbi bene loquitur. & idem tenet Suarez in repeti. l. poſt rem iudicatam. ff. de re iud. in. 1. extenſio. l. regiæ. char. 131. colũna 1. & 2. & Carol. Ruin. in conſilio. 58. ſuper eo. numero. 6. libro. 5. Calca. in cõſilio. 18. numero. 8. cum ſequentibus. & Bened. de Bartol. de in tracta. de quarenti. 1. part. quæſtione. 9. Anton. à Canar. in tracta. de executio. inſtru. quæſtione. 30. & Arias à Talabe. in. l. 64. Tauri. nu. 60. & inibi melius Anton. Gome. nume. 5. poſt Pet. Rebuf. 1. tomo conſtitu. Galli. titulo. de lite. obliga. art 3. gloſ. 2. numero. 3. & ſequentibus. & fecit de hoc regulam Dueñas in regul. 277. executio. & hæc ſententia ſuadetur ex pluribus quæ congerit Ioan. de Neuiz. in conſilio 20. per totum cõſilium, & ſi circa hoc plura requirantur de quibus meminit Anton. Maſſa. in tracta. ad formulam cameralis obligationis. 2. parte. quæſtione prima per totam.

NEC dicere oberit, quod dotis aſſignatio dicto Petro & Melchiori Roderi 2
guez confecta inofficioſa fuit † & ob id, quod dicta Cetherina tanquam mater dicti Melchioris poteſt venire contra eam. ex ſequentibus.

PRIMO quia prædictus Melchior qui dictam conſtituit dotem, complura habuit bona ex quibus præter dictam dotem bona remanent, quibus legitima dictæ Catharine integra manet: itaque dicta dos non fuit inofficioſa. l. 2. C. de inoffi. dot. cum aliis quæ citat Ioan. Lup. in repe. capit. per veſtras. de dona. int. vir. & vxo. §. 22. in conſtituenda tamen dote. Char. 96. columna tertia, numero 14.

Secun-

SECVNDO, quia dicta dos non fuit
3 data in fraudem dictæ Catherinæ † nec
ipſa fraus præſumitur. ff. de probat. l. quo-
tiens. §. qui dolo. cum ſuis ſimilibus. maxi
mè quòd dictus Melchior cùm dictam
dotem promiſit, non erat ſciens, quòd di
cta eius mater plus quàm ipſe viuitura e-
rat: quim legis præſumptio erat in con-
trarium. ff. de inoffi. teſta. l. nam etſi pa-
rentibus, & quia ex dotis promiſsione
conſanguineæ factæ dolus nec fraus non
præſumuntur. l. 1. §. at qui tranſegit. ff. ſi
quid in fraud. patro. & alibi ſæpe.

QVO fit, dictam dotem à dicta Ca-
therina & præcipuum durante matrimo-
nio dicti Petri impugnari non poteſt vt
inofficioſa † quia reſpectu dicti Petri ti-
4 tulus prædictus dotis eſt onerosus. C. de
iur. dot. l. pro oneribus. & illic Baldus. l. 1. §.
lucrari. C. de imponen. lucra. deſcript. li-
bro. 10. notant Bald. Alexand. & alij in. l. ſi
donaturus ff. de condi. ob cauſ. cum aliis
de quibus Iaſo. in. §. item ſi quis in fraudē.
columna 4. verſi. an autem dos inſtitu. de
act. bonus etiam tex. in. l. 25. titulo 11. par-
ti. 4. cum aliis de quibus Ioan. Lup. in. d.
capitulo per veſtras. §. 22. numero. 7. & ſe-
5 quentibus & cum fuerit onerosus † con-
ſtante matrimonio pater non poteſt re-
uocare dictam dotē. ex text. in. l. non vſq;
adeo. ff. ſi quis à paren. fue. manu. & opti-
mè conſtat in. l. fin. §. ſi à ſocero. ff. de his
quæ in fraud. cred. & inibi palam Barto. &
doctores maximè moder. in. d. §. item ſi
quis in fraudem. poſt Bartol. in. l. Meuius.
§. duobus. ff. de leg. 2. columna. 9. verſiculo
tertio quæro. & idem tenent alij quos re-
fert & ſequitur Didac. de Segur. in rep. l.
cohæredi. §. cùm filiæ. char. 11. columna. 3.
& 4. ff. de vulg. & pup. quo in loco hāc par-
tem pluribus ſuadet rationibus & iuribus,
eſt quæ doctorum commune votū, quod
& copioſè tradit Ioan. Lup. de Pal. Rub. in
in. d. repe. capitulo per veſtras. d. §. 22. nu-
mer. 6. & 10. char. 96. colum. 3. dicentis ſic
in pratica obtinuiſſe. & idem tenet idem
Palat. Rub. in. l. 17. Taurina. numero. 44.
& Matthæ. de Afflict. in deciſione. 86.
fuit dubitatum per totam, & Bernar. Diaz
in ſuis regul. & fallen. in reg. 143. dos filiæ.
& hanc ſententiam ſuadet etiam text. in.
l. qui autem. §. ſimili quæ. ff. de his quæ in
fraud. cred. & in. l. dotis quidem. C. de col
lat. & in. l. 7. titulo. ſi. parti. 5. & faciunt tra-
dita per Bart. in dote data filiæ ſpuriæ. in.
d. l. fi. §. ſi à ſocero. ff. quę in fraud. cred. quē
ſequitur Bald. in authentic. ex complexu.
C. de inceſt. nupt. & Ang. Areti. in. d. §. itē
ſi quis in fraudem. inſtitu. de act. & Capi-
zi. in deciſione. 181. numero. 2. & Campe.
in ſuo ſolemni tracta. dotis. 1. part. quæ-
ſtione. 48. quibus & accedat quod tenet
Ioan. And. in dote conſtituta ex vſuris in
additio. ad Specul. titulo de executio. ſen
ten. §. ſequitur columna. verſiculo hinc
legatus. ſequitur Iaſo. & alij ab eo citati in
l. ſi eum ſeruum. nume. 5. ff. ſi cert. peta. Et
ſi pleríque contrarium teneant vt nos co
pioſe ſcribemus in repeti. l. 29. in. legibus
Taurinis.

CVI rei non obſtat † dicta. l. 29. Tauri. 6
(quæ habetur libro. 5. nouæ recopil. titulo.
8. l. 3) qua ſtabilitur, dotem in officioſam
matrimonio conſtante à filijs mortuo pa
tre poſſe reuocari. & ita Ioan. Lup. inibi
cum aliis ſic pronunciaſſe adſerit.

Tum, quia dicta. l. 29. loquitur in filiis
volentibus reuocare: at non in parentibus
vt in præſenti caſu agitur. quam ſolutio-
nem ſubſtentat Bartolus ſententia in. d. l.
non vſque adeo. & Paul. Caſtren in rub. C.
ſi in fraud. patro. & Iaſo. in authenti. nouiſ
ſima. C. de inoffi. teſta. numero. 40. & ini-
bi Fabian. in relect. num. 123. & Pet. Raue.
in eius Alphabeto aureo. in verb. pater.
char. 135. columna. 1. & Ioan. Lup. in eadē
l. 29. Taurinarum ſanctionum. numer. 23.
& in. d. eius relectio. C. per veſtras. §. 22.
numero. 4. & ſequentibus char. 96. quibus
in locis firmant † patrem alienationem 7
contractu oneroſo à filio etiam in ipſius
patris fraudem confectam reuocare mi-
nime poſſe. ait quòd filius poteſt aliena-
tionem etiam ex contractu oneroſo effe
ctā reuocare, quibus accedat regula text.
in. l. ſi poſt mortem. & ibi doctores. ff. de

S ado-

adoptio.& in reg.quod ſemel.de reg.iur. lib.6.Quæ & ſuadentur † quia prædicta.l. 29.Tauri.correctoria eſt:ſi quidē ante du rāte matrimonio reuocatio inhibita erat & in correctoriis extenſio nequaquā locū habet etiam ex rationis maioritate. vt in authenti.quas actiones.& inibi doctores. C.de ſacro ſanctæ eccleſiæ & præcipuum moder.in.l.ſi conſtante.in princip.ff.ſolu. matri.& alibi ſæpe.Quid plura † & ſi prędicta.l. Taur.declaratoria foret,nec in parentibus obtineret ex text. proprio in.l. ſcripto.ff.vnd.libe.ibi *Non ſic parentibus liberorum,vt liberis parētum debeatur hæreditas: cum parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit liberos naturæ ſimul,et parētum commune votum.* Quod & fulciunt ea quæ Iaſo.congerit in.d.authentic.nouiſsima.numer.39.& aliis.Denique nec reperimus legem nec doctorem,in quibus conſtet † parentem conſtante matrimonio inofficioſam dotem etiam extraneæ datam, reuocare poſſe: igitur nec id eſt dicendum.C.de collat.l. illam.&.l.ſi ſeruum.§.prętor.verſiculo nō dixit prætor.ff.de acqui.hæredi.

NEC his † aduerſatur.l.6.in legibus Taurinis (quæ habetur libro.5.recopil.titulo.8.l.1.) quæ parentum ſucceſsionem filiorum aſsimilat ſucceſsioni,ibi. *Como lo ſon los deſcendientes a ellos.* Nam dicta verba non ſunt inibi expræſſa vt anteriora corrigantur iura,ſaltem in caſibus quibus in ſucceſsione parentum diuerſum eſt conſtitutum.&ſat conſtat in.l.non eſt nouū.ff.de legibus,quod & ſuadetur,quia & priſtinis ſanctionibus ſtabilitū erat, parētes filiis ſicut filios parētib9 ſucceſſuros: & dicta verba dictæ legis quim &amplio ra antiquioribus legibus ſunt collocata. præſertim in authenti.quib.mod.natu.ef fi.ſui.§.diſcretis.colla.ibi, *In quibus enim caſibus naturales filios vocauimus ad ſucceſſionem:his quoque & ipſi decentem naturalibus patribus deuotionem ſeruent: eadem quæ neceſſaria ſicut parentes proſpiciunt naturalibus filiis, ſecundum noſtrā legem & ipſi parentibus compenſent.* Quæ verba inibi gloſ.ad hoc appendit, quòd parentes filiis ſuccedunt:ſicut & filij ipſis parentibus & probatur etiam in.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.teſta. Nihilo minus tamen diſcrimina quæ iure reperiuntur inter dictas ſucceſsiones non ob id abrogata ſunt.quæ diſcrimina congerit Iaſo.in dicta authentica nouiſsima.& ſat probatur in.l.ſancimus.C.de teſta.& in.l. præcipimus.C.de appella.cum aliis. Verùm & hæc ſunt ob id manifeſta,quòd eadem.l.6.& dicta verba ſubijciat, filiis omnia paterna bona citra quintam ipſorum bonorum partem filiis pro legitima conſtituit : at parentibus tantum ex tribus duas partes.Denique dicta.l.6.dicta quæ eius verba de bonis quæ à parentibus reuocari poſſunt, explicanda ſunt: non vero in his quæ reuocari non poſſe aliis cauetur iuribus.

NEC dictæ Catherinæ dicere ſuffragatur, quòd ex ſcriptura hac in lite producta conſtat,bona ſuper quibus controuerſia eſt,ad eam maioricatus iure pertinere,quam ſcripturam dux Aluenſis edidit.illa quæ videtur ſubſtituta in caſu quo dictus Melchior ſine liberis decederet, prout deceſsit.

NAM quidem ſi totam legamus ſcripturam, non ineſt in ea ſubſtitutio, qua (quando dictus Melchior ſine liberis deceſſerit) dicta Catherina ad ſucceſsionē 12
ſit vocata † & quòd non loquitur diſponens,nec velle præſumitur.l.Labeo.ff.de ſupel.leg.notat Baldus in. l. voluntatis. ad finem.C.de fideicommiſ.cum aliis à nobis traditis in relect.l.3.Tauri.numero.231 & ſequentibus & ſi voluiſſet faciliter expræſiſſet.l.1.§.ſin autem ad deficientis.C. de cadu.tollen. capitulo ad audientiam. de deci.nec aliud quàm ſcriptum inquirendum eſt.l. prima.C.de fal.cau.adiect. l.& illic Baldus notat.l.proſpexit.ff.qui & à quibus.& omiſſum pro omiſſo debet haberi.ff.de libe.& poſthu.l. commodiſsime.cum ſuis ſimilibus.

PRÆTEREA ſubſtitutio prædicta de Gaſpare facta † ad dictum Mel- 13
chiorem

chiorem non debet extendi. vt probatur in.l.ſi pater filium.& inibi doctores.ff.de vulg.& pup.doctores in.l. Gallus.in princip.ff.de libe.& poſthu.text.in.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact.optimus text.in.l.quæ conditio.ff.de conditi.& demonſtra. quam inibi Socin.ad hoc appendit, quòd diſpoſitio reſpiciens vnam perſonam, ad aliam extendi non debet. Quim & fortius ait Aretinus in.d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſthu.columna tertio verſicul.tertio adde.ex tex.in.l.ſi quis ita.ff.de teſta.tutel.quòd ſubſtitutio nunquam debet extendi de perſona ad perſonam etiam ex teſtantis veriſimili mente.quæ optimè, probat, nam inibi ſancitur, quòd ſi pater in teſtamento filiis dederit tutorem, quòd ad eos quos habere ignorauerit, minimè extenditur:& ſi ſat eſt veriſimile, quòd ſi filios habere ſciuiſſet, quòd illis etiã tutores dediſſet. quod palam & tenet glo.in.l.Titius.in princip. ff.de libe.& poſthu.& quæ Curt.& doctores notant in.l.ſi pater.C.de inſti.& ſubſti.& Aretin.in.d.loco ſequitur Deci.in conſilio.218.columna tertia, aliis quæ in locis, & his accedat, quia ſemper dici po-
14 teſt † de te non loquitur ſubſtitutio, nec in hoc caſu loquitur ſubſtitutio.vt ait Socinus in conſilio.62.columna tertia ante medium, libro tertio, quod etiam tenet idem Socin.in aliis conſiliis quorum meminit Aym.Craue.in conſilio.161.verba. numero.16.libro primo, & in conſilio.147 nume.8.eodem libro & late Ioan.de Neuiza.in conſilio.31.anceps.numero.21.& Lauren.Siluan.in conſilio.64.diuino.numero.14.libro.2.

TERTIO illud prędicta plurimum cõprobat, ex ratione diſpoſitionis dicti ducis † ex qua diſpoſitionis verba expli-
15 cari conſueſcunt.ex.l.cùm pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.2.cum aliis notiſsimis de quibus meminit And.Tiraquel.in tracta. de ceſſante cauſa.1.part.n.149.nẽpe, quia dictę diſpoſitionis ea eſt ratio, vt genus Alfonſi Roderici cõſeruetur.cuius generis prædicta donna Catherina non eſt.

QVARTO idem etiam ſuadetur † quia onus primo ſubſtitutis appoſitum, 16
non eſt cenſendum aliis poſt ſubſtitutis adiectum.ex tex.in.l.cùm vxori.C.quando dies lega.ced.& ita Old.conſuluit in conſilio.21.thema.& alij plerique à Decio citati in dicto conſilio.218.numero ſeptimo, & ſequentibus, & in conſilio.288. in ciuitate columna.4.

QVINTO idem munitur † quia
fideicommiſsi ſubſtitutio, onus eſt.ff.de 17
vulg.& pupi.l.cohęredi.§.cùm filiæ.ergo non debet extendi niſi ad perſonas expræſſas.vt in authentica.de reſtitu.fideicommiſ.§.nos igitur.Et illic glo.& doctores colla.9.& in.l.filius famil.§.diui.ff.de leg.1.cum aliis de quibus meminit Ioan. Lup.in repeti.d.capitulo per veſtras.de dona.int.vir.& vxo.§.26.reſtat nunc.nu-
mero.20.char.101. † ſcriptura enim citra 18
eius limites minimè eſt trahenda.ff.de fideiuſſo.l.fideiuſſores magiſtratuum.&.ff. de pact.dicta.l.ſi vnus.§.ante omnia.& ꝙ
† maioricatus ſcriptura non ſit amplianda, ſed ſolerter reſtringenda.conſtat.in.l. 19
inter filios.C.famil.her.& inibi Baldus, & optime idem Baldus in.l.omnes populi. columna.5.ff.de iuſti.& iu.& in cap.primo de fil.nat.ex matri.ad morga.cont.& traditur in.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obliga.& facit bonus text. in authenti.de reſtitu.fideicommi.§.nos igitur colla.9.& alibi ſæpe traditur.

HIS & congruit, quia non quidem ſat 20
eſt † diſponentem ſic voluiſſe, niſi diſponat.ff.de hæred.inſti.l.quidam cùm filiũ. & illic Imol.& Bald.& in.l.ſi non repetendi.C.de cond.ob cau.cum alijs de quibus meminit Aym.Craue.in.d.conſ.161.nu. 14.& alibi ſæpe reperies.

HÆC veritas & conualeſcit & ſi pri- 21
mo † quia aſſerens ſe in ſcriptura ſubſtitutum, probare id aſtringitur:& qui dixerit, de hoc non loquitur ſubſtitutio, habet ſuam intentionem probatam.ex tex.in.l. ei qui.ff.de probat.& ita nuncupatim conſtat ex Ioan.And.in Specul.tit.de teſtam.

§.1.& tenet expreſſe Socin.in.d.conſi.62. viſo capitulo.nu.7.lib.3.quem refert & ſequitur Aym.Craue.in conſi.161.nu.15.lib. 1.& in conſi.147.nu.8.eod.li.1.& late Ioan. de Neuiza.in conſi.31.nu.21.& Lauren. Silua.in conſ.64.refricatur.nu.14.& ſequen. lib.2.igitur conſequens eſt, aduerſariam ſuam intentionem ex dicta ſcriptura probaturam,& hoc probatione nõ ambigua. c.in præſentia.de probat.l.veteribus.ff.de pact.cum ſimilibus.

Rurſus & eadem ſententia inſtruitur, quia cũ dicta ſubſtitutio facta fuerit, ſi dictus Gaſpar ſine fratre deceſſerit, expira-
22 uit † ex quo cùm fratre obit.l.ſi quis hæredem.C.de inſti.& ſubſti.l.ex facto.§.pe.ff. ad Trebel.l.cùm vxori. C. quand.di.leg. ced.etiã ſi ipſe frater poſtea ſine filijs deceſſerit.vt per Old.in conſi.21.& Deci.in conſilijs ſupra citatis,& alijs pleríſque.& Iaſo.in.d.l.ſi quis heredem.nu.5.Rip.in.d. l.ex facto.§.pe.col.1.&Chaſſene.in cõſue. Burg.rub.6.§.5.in verb.& ſepare.char.219. col.2.nu.2.poſt.Iaſo.qui notabiliter loquitur in conſ.228.in iſto.col.1.verſi.ſed præmiſsis.& ſequent.lib.2.& opinio Old.cõmuniter eſt approbata teſte Aym.Craue. conſ.98.nu.4.† quod & obtinet, etiam ſi
23 ex eo ꝙ ſubſtitutio expiret,ſuboriatur,ꝙ minus dilectus melioris efficiatur conditionis.& ſat conſtat ex dictorum iurium generalitate.& ſic conſuluit Alex.in cõſi. 139.circa primũ.col.2.lib.6.& Carol.Rui. in conſi.153.viſo.nu.5.&.6.lib.2.& late Soci.Iuni.in conſ.4.in occurrẽti.per totum. li.3.& faciunt tradita per Pau.Caſt.in cõſ. 164.in præſenti cauſa.nu.4.lib.2.

Sane ex quo diſponens dixit. *Si vos el dicho Gaſpar.* Sat videtur denegare voluiſ-
24 ſe † ꝙ idẽ ſit in Melchiore.ff.de iud.l.cũ prætor.& in.l.maritus.C.de procu.& limitata cauſa limitatum debet producere effectũ.l.in agris.ff.de acq.re.domi. cum ſi-
25 milibus.Et dictum verbũ *vos* ipſam † reſtringit diſpoſitionem ad ſolum dictum Gaſparẽ.vt notatur in l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pup.& traditur in.l.fi. C.de hæred.inſti.notat Bart.in.d.l.Gallus. §.inſtituens.& Deci.in cõſi.291.viſis & diligẽter.co.ante pe.verſi.his præmiſsis.nu. 6.& traditur in.l.fi.C.de ed.id.Adria.tol. & vbi ſunt verba reſtrictiua † etiam fauo 26
rabilis diſpoſitio reſtringitur.C.de ; leg.l. pe.cui rei accedat tex.in.l.1.§.hoc edicto. ff.de poſtul.cum alijs de quibus meminit Aym.Craue.in conſ.98.nobilis.nu.14. li.1. Item cũ loquitur in dicto Gaſpare cũ dictione aduerſatiua *Pero* quæ aduerſatur in iure & in facto.vt traditur in.l.nam cũ vterq;.ff.ne quis eum.& inibi Bart.& in.l. patris & filij.ff.de vulg.& pup.& Iaſo.poſt glo.in l.1.ff.eod.ti.& ſic ſat conſtat,ad dictum Melchiorem noluiſſe eius diſpoſitionem trahi.

Verũ in expecificis terminis notamus Card.Pau.Pariſ.in conſ.31. cõſiderato.nu. 27.&ſeq.li.2.nempe,quia inibi concludit † quòd vbi Titio fit ſubſtitutio ſi ſine liberis vel fratribus deceſſerit,ſi Titius cùm filijs obierit,ſeu cũ fratribus & ſi illi fratres liberi quæ ſint alias honorati,& in diſpoſitione vocati(quãdo ſubſtitutio fit cum prædicto verbo ſi dictus Gaſpar)quòd ex hoc ſubſtitutio expirat,& ad fratres filios ve fratrum non extenditur:niſi tãtum ad Titij perſonam,& maximè ſi Titius ſpeciatim nominetur(vt in præſentia) citat quæ Soc.Iuni.in conſi.104.nu.9.lib.3.Et illic ipſe Card.ait,quòd per vocationẽ actiuam non quippe paſsiuè quis oneratus videtur:&ꝙ licet frater actiuè ad ſucceſsionem vocetur,non ob id,grauatus cenſendũ eſt.ꝙ etiã inſignè conſuit Aym.Craue.in conſ.98.nobilis.n.5.& ſeq.lib.1.& inibi priuatim ſequitur Gui.Pap.& Deci.& ſequatium ſententiam qua voluerunt, ꝙ licet ſubſtitutio facta ſi Titius ſine filijs deceſſerit,mortuo Titio cum liberis expiret,& ſi ipſi filij ſine filijs moriantur, ꝙ hoc locum non habeat,ſi ipſi filij ſunt honorati & diſpoſitiuè ſubſtituti temperãt niſi his verbis. *Dictus Titius.* Seu aliis reſtrictiuis ſubſtitutio ſit confecta.& ait dictus doctor,quòd hoc palam Deci.tenet in conſi.63 colum.2.& in conſ.89.col.2.& in conſilio.287.columna.4.& in conſi.291 colum.

col.ante pen.& in conſilio.384.col.fi.

29 EX quibus ſatisfit † iuribus (ſcilicet.l. tale pactum.§.fi.ff.de pact.& ſimilibus volentibus, conſiderandum id quod veriſimiliter diſponens dixiſſe, ſi interrogatus fuiſſet, haberi pro diſpoſito.

Tum, quia hæc iura potius dictæ dõnæ Catherinæ refragantur, ex quo ſat exiſtimandum eſt, dictum ducem illi dicta bona iure maioricatus vt pote non generis dicti Roderici non daturum.

Tum etiam, quia in diſpoſitione nulla adſunt verba, quibus veriſimiliter in fauorem dictæ Catherinæ dictus dux diſpoſuerit: & ita de dicta veriſimilitudine aduerſaria agere nequit.ex.d.l.quidã cùm fi-
30 lium.& ob id Paul.Caſtren.in.l.in ambiguo.ff.de reb.dub.notabiliter cenſet ꝙ vbi diſpoſitionis verba ad aliquẽ adaptari non valent, quòd ad illum diſpoſitio nõ eſt trahenda: & ſi apud nos veriſimile ſit, aliud teſtamentum voluiſſe.vt probatur in.l.non aliter.ff.de leg.3.& in.l.ſi cui.ff.de vſufruct.leg.& quæ recentiores tradũt in.l.3.C.de libe.prçte.& prius Bal.in.l.in multis.ff.de ſta.homi.& docto.in.l.Clemens.ff.de hæred.inſtituen.

PRÆTEREA ex ſupra dictis etiã
31 confluit, quòd nec dici poteſt † quòd ex quo dictus Melchior honoratus fuit, igitur & oneratus cenſendus eſt.

PRIMO, quia nulla lex eſt, quæ hoc probet.

SECVNDO, quia nõ ſequitur, quis eſt honoratus, igitur & grauatus: imò potius contrarium.vt vltra iam dicta probatur in.l.vnũ ex familia.§.fi.rem.ff.de leg.2 in.l.ab eo C.de fideicommi.& in.d.auth.de reſtitu.fideicommi.§.nos igitur.colla.9.quod & ſuadetur, quia contrariorum eadẽ eſt diſciplina.ff.de acqui.poſſe.l.quẽadmodum.cum ſimilibus.ſed non ob id, quòd quis ſit oneratus, cẽſetur honoratus.ff.de leg.3.l.ſed & ſi ſic.&.ff.de fideicõmiſ.liber.l.cùm quaſi.§.ſi plures.ergo nec ex eo quòd quis honoretur, grauatus debet cenſeri.

DENIQVE & tertio, quia Card.Pariſi.& Aym.Craue.in dictis conſiliis expreſſe contrariũ optimis rationibus conſuluerunt.

NEC ſubinuitant nos in contrarium
† iura quæ diſponunt, quòd ex eadem ra- 32
tione diſpoſitio ampliatur: & quòd in dicto Melchior eadem videtur in eſſe ratio quæ in Gaſpare. Si quidem vt dictum eſt, eadem nõ ſit ratio. Item, quia dictus dux limitatiuè (vt explicuimus) eſt loquutus. & ita expræſſe Deci.reſpondet in.d.conſilio.291.col.pe. Denique, & quia cùm ca-
ſus omittitur † de eo non idem quod de 33
expræſſo eſt iudicandum: etiam ſi in caſu omiſſo maior ſit diſponendi ratio.vt egregie Cin.palam tenet.in.l.quod fauore.C.de legibus cuius Deci.conſilijs ſupra citatis meminit.& præcipuum in.d.conſilio.218.num.11.

VERVM & facile Bart.ſententiam
† in.l.centurio.col.12.verſiculo, quæro vl- 34
terius.ff.de vulg.& pup.euademus. Siquidem loquatur, cùm dictum fuerit, ſi Titius ſine filijs obierit, vel eorum filij ſine filiis.quod hic dictum non reperitur. Denique & quia, commune placitũ eſt contra Barto.in.d.l.centurio.vt moder.docet inibi.& plenius Deci.in conſil.422.& pro tenui numero.2.verſi.his tamen.vbi etiã loquitur, & ſi alienationis prohibitio in ſcriptura inhibita ſit. Et ait inibi Deci.ꝙ contra Bart.eſt communis opinio.

EX quibus deducimus prædicta bona apud dictum Melchiorem libera manſiſſe: & ita de eis libere diſponere potuiſſe.l.in rem mandata.C.manda.authen.de nupt.§.diſponat teſtator.colla.4.cum ſi-
milibus.nam † qui poſtremò ſubſtitutus 35
eſt, etiam bonorum alienatione prohibita, bona alienare prout libuerit poterit.ff.de leg.2.l.qui ſolidum.§.pe.l.cùm pater.§.libertis.ff.eo.tit.bonus text.in.l.agrum.& ibi Corne.C.quand.di.leg.ced.cum alijs de quibus Greg.Lup.in.l.2.ti.15.part.2.in verb.in verb.*Al mas propinco*.col.2.vnde ſi aliquis.& Roland.à Valle in conſili.25.num.18.&.19.lib.1.

Quid multa, & ſi quæ diffiniuimus, iu-

re non ſubſiſterent (vt inficiamur) ex quo dicta dõna Catherina eſt hæres dicti Melchioris † eius factũ dictum quę dotis contractum ſeruare eſt obnoxia (ſalté dicto matrimonio durante.) C. de rei vend. l. cũ à matre. ff. de reg. iur. l. ex qua perſona. optimus tex. in. l. 24. tit. 13. parti. 5. cum ſimilibus † quæ iura ſubſiſtunt, etiam contra filium hæredem in ſola legitima. vt eſt cõmunis doctorum reſolutio in. d. l. cum à matre. & inibi glo. & hanc dicit communem Iaſo. in. l. fi. §. in computatione. C. de iur. delibe. & eſt optimus tex in. d. l. 24. ti. 13. parti. 5. & eo præcipuum cùm hic nullum inuentarium reperitur, niſi tantũ de bonis mobilibus, quod iure diruitur. vt in l. fi. in princi. & inibi Iaſ. copioſe. C. de iu. delibe. & addendus eſt tex. 6. parti. ti. 6. l. 5.

36

37

38 Nec dici poteſt † in rebus maioricatus non obtinere. d. l. cùm à matre. & ſimiles. ſed hæredem defuncti factum poſſe impugnare. ſiquidem iure contraria opinio crebior receptior quæ ſit. vt eſt text. expræſſus in. d. l filius famil. §. cùm pater. ff. de leg. 1. & in. l. vnum ex familia. §. ſed ſi vno. ff. de leg. 2. & illic Paul. Caſt. & in propriis terminis etiã ita tenet And. de Iſer. in. c. 1. §. ſi vaſallus. in tit. ſi de feud. fue. controuer. int. domi. & agna. & Bal. in. cap. 1. §. hoc quoq;. col. 5. de ſucce. feu. & Pau. Caſt. in conſ. 247. in cauſa quæ vertitur Saonæ. col. 2. nu. 1. col. 2. li. 1. & in conſi. 351. pro fundamento. col 3. nu. 4. verſi. pro iſtius. eod. lib. 1. Fulgo. in conſi. 67. pater famil. & in. l. quotiens. C. de fideicom. Roma. in conſ. 18. viſa facti. col. fi. (& inibi loquitur, etiã facto inuẽtario) Alex. in cõſi. 32. viſo ꝓceſſu. col. fi. lib. 3. & in conſ. 3. col. 2. eod. li. Deci. in conſ. 38. circa primum. col. 4. & palã idem Deci. in conſ. 184. ad finem. & lucidè hoc prius tenuit Oldra. in conſ. 94. col. 5. & optimè hæc inſtruitur ſententia in. l. 4. tit. 15. parti. 2. qua diſponitur, ſucceſſorem regni prædeceſſoris debita ſoluturũ: & ſi regnum ſit reſtitutioni ſubiectũ. l. 2. & l. 3. eo. ti. & par. & hæc veritas cõſtat in. l. 1. C. de bon. mater. iuncta. d. l. cùm à matre. & in. l. ſiue poſſeſsio. ff. de euictio. nanq; in d. l. 1. bona aduentitia filij à patre alienari prohibentur, nihilo ſecius tamen dicta. l. ſiue poſſeſsio. & in. d. l. cũ à matre. diſponunt filium patris hæredem eius factum contractum quæ ſuper filiorum bonis geſtum obſeruaturum.

Et licet † Bard. in. d. l. filius fami. §. cùm pater. teneat. l. 1. & . 2. C. ſi quid in fraud. pa- 39
tro. minimè obtinere, cùm filius in legitima hæres fuerit. aduerſus eum eſt doctorum cõmunis reſolutio in. d. l. cùm à matre. & in. d. §. in computatione. vt iam diximus. quibus in locis ſcribentes poſt glo. in. d. l. 1. & . 2. C. ſi quid in fraud. patro. reſpõdent. Præterea Bar. in. d. § cùm pater. nec aduerſam tenet ſententiam, quandoquidem non ideo dicat, hæredem non teneri ſtare cõtractui defuncti in caſu tex. ibi, quia in re reſtitutioni ſubiecta loquitur, ſed ob id quidẽ, quia vt ille cenſet, paterno contractu filius non obligatur. Rurſus Bar. loquitur in filio ſuccedente in ſola legitima: nõ autem in patre, in quo minor (vt adſeruimus) ineſt ratio.

Denique cùm iuxta prædicta aliquod adeſſet dubium † pro dicto Petro iudicã- 40
dum eſt.

Tum, quia pro dote. ex. l. 1. ff. ſolu. matri. & ſimilibus.

TVum etiam, quia pars aduerſa dictã pro duxit ſcripturam. ex tex. in. c. inter dilectos. de fid. inſtru. & illic Bald. & conſta. in. l. veteribus. ff. de pact. cum aliis ſupra à nobis citatis in cõſi. 2. in cauſa ꝗ qua. n. 85.

Tum & deniq;, quia dictus Petrus eſt reus & poſſeſſor. ex l. fi. C. de rei vend. & l. 28. tit. 2. par. 3. cum ſuis notiſsimis. Et hæc in dicti Petri fauorem dixiſſe ſat ſit.

Doctor Burgen. Marcus
Salon de Pace.

Sum-

# Sũmarium ſuper trigeſimo quinto Conſilio.

1 *LITIGIOSAres non efficitur: & ſi actio hypotecaria ſit intentata.*

2 *Actio litigioſa efficitur.taliter quod bona ſuper quibus eſt lis, vendi non poſsint durante lite.*

3 *Actio hypothecaria et ſi litigioſa fiat, illud operatur, quod ipſa actio durante lite cedi non poſsit, & an vendi poſsit.*

4 *Litigioſi vitium non conſideratur, cum bona venduntur ad ſolutionem dotis.*

5 *Titulus. C.de lice.poten. qualiter procedat.*

6 *Bonæ fidei ad probationem coniectum ſufficit.*

7 *Titulus.C.de aliena.iudi.mutã.cau.fact. qualiter procedat.*

## Conſilium trigeſimum Quintum.

IN hac lite donni Mi-
chaelis Chacon (diui-
no implorato auxilio)
punctus nunc ſe offe-
1 rẽs tantùm eſt † quòd
& ſi actio hypotheca-
ria ſit intentata, non ex hoc res litigioſa
efficiatur. vt probatur in auth. litigio.§.1.
& inibi Ang.&.dd.& ſcribẽtes in auth.liti
gioſa.C.eodem tit.Bald.& cæteri.dd.in.l.
lite pendente.co.fi.eod.tit. Abb. & alij in
cap.eccleſia ſanctæ Mariæ col 3. de con-
ſtitu.& Matthæ.de Afflict.in conſi 1. Nea
pol.libro ſecundo rub.41.numero octauo
& 13.quo in loco abunde litigioſi materiã
diſſertat.& hoc latius fundauimus ſupra
in fauorẽ dicti dõni Michaelis in conſ.4.
in cauſa quæ ventilatur.numero.25.&.26.
2 tamen † quòd actio litigioſa efficitur,ita
quòd bona ſuper quibus eſt lis vendi ne-
queant lite durante: quia imò optimo æ-
3 ſtimans iure † quòd & ſi actio hypothecu
ria litigioſa fiat, illud quidem operatur,
quòd ipſa actio durante lite cedi non poſ
ſit.ex tex.in.l. lite pendente.& prædictis
in locis doctores & Abb.in dicto capitu-
lo eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtitu.at
non tamen operatur, quòd res principa-
lis vendi non poſsit citra litigioſi.vitium
& ita conſtat ex dicta.auth. de litigio.§.1.
&.§.ad hoc.& ita etiam intelligit Abb.in
dicto capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ.co-
lumna tertia poſt Specul.in titulo de ap-
pel.§.nouiſsimè.columna penultima ver
ſiculo item, quia vitium.& Pet.de Bella-
per.in authentica nunc ſi hæres ad finem.
C.de litigio.Baldus in.l.2.C.eodem titu-
lo ſuper glo.in verb.deducto.Fab.de Mõ-
te.de empt.& vendi.numero.33.qui inue-
nitur in.5.volumine tracta.diuerſo.docto
res itaque iura quæ agſtt de vitio litigioſi
ad noſtrũ negotiũ nõ pertinẽt.& faciunt
quæ citauimus in.d.4. conſil.nu.25.&.26.

Prætetea & dictum vitium litigioſi
in hoc caſu expendi non poteſt † quia di-
cta bona ad dotis ſolutionem vẽdita fue- 4
runt.ex tex.in.l.fi.C.de litigio.quã & An-
gel.ad hoc appendit in.d.authentic.de li-
tigio.

tigio.colum.4.etiam pro dote reſtituenda illam intelligens.

5 Nec obſiſtit dicto Michaeli † titulus. C.ne lice.potentio.

Tum, quia & pleríque tenuerunt, dictũ titulum in reo non obtinere vt per glo.in l.1.ff de alie. iud. mutan. cau. fact.cũ ſuis concordantijs.Et ſi alij contrariæ ſententiæ ad ſtipulentur.

Tum etiam, quia ille titulus tantum tractat de potentiori ratione officij.vt ex eodem titulo conſtat.& traditur in.l.1.C. eodem titulo.de alie.iud.mu.cau.fa.

Tum & denique, quia ille titulus non habet locum, cùm alienatio fit bona fide. ex.l.extipendia.C.de procu. & tenet Specul.in tit.de ceſsio.act.§.1.& doctores.in. l.1.C.ne lice.poten.& inibi Iacobi.nume.
6 14.ait † ad probationẽ bonæ fidei in hoc caſu coniecturam ſufficere. & probatur in.l.pe.C.de euictio.& alibi ſępe traditur.

Proindè nec in contrarium vrget † ti-
7 tulus.C.de alie.iudi.mutan. cau.fact.

Tum, quia non obtinet, cùm dolus ceſſat.l.1.§.item.ff.eodem titulo Cin.& doctores in.d.l.ſtipendia.& ibidem Cin.ait, in hac ſpetię bonam fidem pręſumendã. & conſtat in.d.l pe.C.de euict.& optime probatur in.l. quotiens.§. qui dolo.ff.de probat.cum alijs.

Tum etiam, quia ille titulus tunc quidem procedit, quando alienatio fit cauſa mutandi iuditium.vt in.d.§.item. & illic Bartolus, & alij & Angel.in.d.l.1.C.de.al. iud.mutan.cau.fact.columna fi.quod hic ceſſat.

Tum, quia ille titulus etiam non militat aduerſus alienantem cum iuſta cauſa. l.non ſolum.§.ſi quis autem.ff.de alie.iud. mu.cau.fact.

Tum & denique, quia exigitur, quòd in duriorem aduerſarium fiat alienatio. vt ſat patet in rub.& nigro.C.&.ff.de alie. iud.mu.cau.fact.& expendit Angel.in.l.1. C.eodem titulo. Quibus hoc finitur conſilium.& pro dicto Michaele demum eſt pronunciatum.

Doctor Burgen.Marcus
Salon de Pace.

## Summarium ſuper trigeſimo ſexto Conſilio.

1 *REMEDIVM quod durãte lite datur.ad tuendum poſſeſſorem in ſua poſſeßione (quod interim nuncupatur) tantum illi competit, qui tempore initii litis poßidebat.*

2 *Præſumitur pro rectitudine ſententiæ.*

3 *Remedium poſſeſſorium non competit contra habentem pro ſe iuris præſumptionem.*

4 *Remedium poſſeſſoriũ non datur, quando difficilime poſtea executio fieri valeret contra miſſum in poſſeßionem.*

5 *Poſſeßio generalis non extẽditur contra tertium in particulari poßidentem.*

6 *Teſtes in ſpetiæ deponentes præferuntur teſtibus in genere deponentibus.*

7 *Intentionem ſuam in genere probãs, non debet obtinere in remedio poſſeſſorio.*

conſi-

# Conſilium trigeſimum Sextum.

DIVINO poſtulato ſuffra
gio. In hac cauſa Comitis
donni Petri ad nos tranſ-
1 miſſa. Breui dicimus † re-
medium quod durante li-
te datur ad tuendum poſſeſſorem in ſua
poſſeſsione (quod *Interim* vulgo nuncupa
mus) tantum illi qui tẽpore initij litis poſ
ſidebat. competit. ex tex. in c. cùm veniſ-
ſent. de inſtitu. & illic Inno. Abb. & docto.
& habetur i. l. 1. §. 1. ff. de iti. act. quæ priua.
& docentes in ca. conſultationibus. de of
fi. deleg. & conſtat in §. retinendæ. inſti.
de interd. & ibidem doctores & in c. cùm
eccleſia Vulterana. de elect. & inſignè
Paul. Caſtren. in conſi. 3. in cauſa quæ ver-
titur coram domino. colum. 2. num. 2. per
totum. lib. 2. & plene dominus Couar. qui
alios citat in cap. 17. prat. qq. num. 1. colu. 3.
& Thom. Gram. in deciſione. 67. exorta.
num. 7. & ſequentibus. Quod remedium
etiam ceſſat, quia ſi aduerſario concede-
retur, eſſet auferre contra ius comiti nr̃o
poſſeſsionẽ, quã ſemper habuit. C. ſi per
vim. vel al. mod. & in d. c. cùm veniſſent.
& in d. c. 1. vt lit. penden. et in capitul. cùm
perſonę. §. quòd ſi tales. de priuileg. libr. 6.
cum ſimilibus.

Proinde & dictum remedium non ha
bet ex eo locum, quòd dictus comes ha-
2 bet pro ſe duas ſententias regio conſilio
latas. Pro quarum † rectitudine præſu-
mendum eſt (& ſi ab eis ſecundo ſit ſup-
plicatum.) ff. de inoffi. teſta. l. ſi inſtituta.
§. de inoffitioſo teſtamento. & illic Paul.
Caſt. probatur in cap. in præſentia. de re-
nuncia. & illic Anto. & plenius Felin. in c.
quoniam contra. columna. 10. de proba. &
alibi ſæpe. ſed dictum remediũ non qui-
3 dem concedendum eſt † aduerſus haben
tem pro ſe iuris præſumptionem. ex no-
tatis in cap. ad decimas. de reſti. ſpol. lib. 6
& in c. cùm dilectus de cau. poſſe. & pro-
pric. & notabiliter Ioan. Fab. in d. §. retinẽ
dæ. col. 10. verſi. itẽ nota ꝙ agẽs. & faciunt
in

quę tradit Couar. in d. c. 17. prati. qq. n. 6.

Sanè & dictum remedium locum non
habet, quia ſi dictum concederetur inte-
rim, & aduerſarijs efficiendi oppida dare
tur locus, difficilimè poſtea executio fie-
ri valeret contra partes aduerſas † quare 4
dictum remedium non eſt concedendũ.
ex text. in c. ſignificaſti. de diuor. & opti-
mè Pau. Caſtren. in l. ſi de vi. col. pen. ff. de
iudi. & ibi Iacobi de ſancto Georg. & in l.
2. C. de edict. di. ad. tollen. quem ſequitur
Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune.
col. 16. ff. de acqui. poſſe. & Anto. in cap. ex
parte. de reſti. ſpol.

Et licet aduerſarij dicant, quòd habeãt
poſſeſsionem efficiendi populos, non eſt
in locis, quibus nunc eos facere præten-
dunt. Nec in dicti comitis terminis ab
eo poſſeſsis † & ob id eorũ poſſeſsio extẽ 5
di non valet, ad ea quæ petierunt. cap. au-
ditis de præſcrip. & inibi Imo. col. 4. tex.
in l. ſi de eo. §. fi. ff. de acqui. poſſe. Inno. in
cap. dilectus. de capel. monacho. & docto.
in d. c. cũ acceſiſſent. & illic Enric. de con-
ſtitu. & late Soci. in cõſ. 74. col. 3 li. 1. opti-
mus tex. in c. cũ cõtingat. de decim. & in
c. cũ in tua. eod. tit. notatur in l. 1. §. ſi quis
hoc interdicto. ff. de iti. act. quę priua. & fa
ciunt notata per Bald. in rub. ff. de contra-
hen. emp. quæſt. 22.

Quid plura, & dicti comitis teſtes ſu-
per dicta poſſeſsione in ſpetiæ deponũt:
at aduerſariorũ in genere † & ob id, teſtes 6
comitis ſunt præferẽdi ex tex. in c. gene-
ri per ſpetiem. de regu. iur. lib. 6. & expreſ
ſe optime quæ Ioan. Imol. in d. c. auditis.
colu. fi. & Aret. in c. licet cauſam. col. 5. de
probat. & illic Barba. columna. 16. Aretin.
etiam in capitulo ex tenore de teſtib. &
Deci. in conſil. 448. vis tota. numero. 37. &
idẽ Deci. in conſ. 302. & pro tenui. nu. 18. &
ob id Paul. Caſt. in conſ. 113. in cauſa quæ
vertitur inter cõmunitatem Brazani. nu-
me. & ſequenti. li. 2. ait † ꝙ in dicto reme 7
dio dicti interim (cui aſsimilatur reme-
dium

dium vti poſsidetis)obtinere non poteſt qui ſuam intentionem in genere probauerit.cui rei conducit text.in.l.ob carmẽ. §.fi.ff.de teſtibus & in cap.non eſt veriſimile.de præſump.cum ſimilibus.

EX his igitur conſtat, dictum remedium locum non habere.

Marcus Salon de Pace
Legum Doctor.

# Sũmarium ſuper trigeſimo ſeptimo Conſilio.

1 *RETRACTVS quando locum habeat.*

2 *Dolus & fraus coniecturis probari poteſt.*

3 *Fraus & dolus probantur, cum contractus clam fit.*

4 *Cautela nimia dolũ fraudẽ quæ probat.*

5 *Veriſimilitudo conſideranda eſt.*

6 *Dolus & fraus conſtãt,quando contractus fit in loco non conſueto.*

7 *Contractus venditionis fraudulentus præſumitur ex loci qualitate, & quia fit coram perſonis certis & ſuſpectis.*

8 *Ignoranti non currit tẽpus ad retrahendum.& ſequentibus maxime numero.11 &.14.*

9 *Fraus & dolus adhibitus in contractu probatur ſolo dicto & depoſitione venditoris,deponẽtis de ipſa fraude et dolo.*

10 *Impedito agere non currit tempus.*

12 *Tempus decurſum propter factũ aduerſarii non nocet.& plenius num.15.*

13 *Ad retrahendum non ſufficit habere notitiam vẽditionis,ſed requiritur habere ſcientiam prætii et clauſularum ſcripturæ venditionis.*

15 *Intellectus.l.7.tit.7.lib.5.ordi.quæ habetur lib.5.nouæ recopil.titu.11.l.8.Et inibi late quando tempus nouem dierum ad retrahendum aſignatum non currat abſenti ſeu ignoranti.*

16 *Fraus & dolus conſtat,quãdo quis non vult parere iudicis præcepto.*

17 *Iudex propter dolum & factum aduerſarii iubere poteſt,quod terminus legalis non currat.*

18 *Vendens aliquam rem ſi eam non poſſidet,eius poſſeſsionem tradere non poteſt.*

19 *Tempus ad retrahendum aſignatũ,currit a tempore traditionis,non vero a tẽpore venditionis.*

20 *Intellectus. C.13.titu.10.li.3.fori legum.*

# Conſilium trigeſimum Septimum.

DIVINI nominis auxilio poſtulato. In præſenti cauſa quæ verſatur inter And.Calderõ & donnam Philippam de Morales eius vxorẽ aduerſus Ioannam de Morales. Breui iure fulciemus, retractum bonorũ à dictis Andrea & Philippa petitum locũ habere.

Nam quidem dicto Ioanni Morales Franciſcus Morales dictæ Philippe frater prædicta vendidit bona: quæ vt cõſtat ex ſerie proceſſus † fuerunt Antonij de Morales patris dictæ donnæ Philippę ſui quę aui:prætium quæ venditionis fuit conſignatum.ex pluribus à nobis traditis ſupra in conſilio.30.per totum. 1

NEC dicere oberit, dictum prætium infra nouuem dies, prout legibus regijs exigitur, non fuit conſignatum.Siquidem dicta venditio clam & fraude dolo quæ confecta eſt, vt dicta Philippa dicta bona non extrahæret † de 2
quo dolo fraude quæ etiam coniecturis

cis probari poteſt.C.de dol.l.dolum.cap.2
de renuncia.lib.6.cum ſimilibus. Quin ex
3 quo clam facta eſt † ipſa fraus dolus quæ
comperiuntur.l.ſi qui.C.de adulte.l. cùm
ipſe.de contra.emp.glo.& inibi Bart.in.l.
forma C.de interd.matri.& probatur in.
l.ab Anaſtaſio.verb.nõ occultè. C. mand.
cum alijs quorum meminit And.Tiraq.
in tracta.de vtroq; retractu.in præfactio.
4 num.3 æquabiliter & nimia cautella † do
lum fraudem quæ probat.vt traditur in.l.
ſi quis ſub cõditione.ff.de cõdi.inſti.Bald.
in.l.etiam.col.2.C.de execu.rei iudi.& a-
libi ſæpe. Ad quid enim venditor emptor
quæ ad aliud oppidum ſe tranſtulerunt,
vt inibi venditio conficeretur, & in loco
occultiſsimo, niſi vt dictam vẽditionem
5 occultarent:& ita veriſimile eſt † quæ ve
riſimilitudo & hiſce in rebus conſideran-
da eſt.cap.quia veriſimile.de præſumpt.
Quin ex quo in loco inſueto cõfecta fuit
vendito,& in agro, nónque in oppido vt
6 magis ipſa venditio tecta eſſet † ipſa con-
ſtat fraus,dolus quæ elucet.C.de curſu pu
bli.l.ſi quis.& ibidem.Barto.& in.l.2.C.eo
dem titulo cum aliis quorum Rip. memi
nit in tracta.peſtis.parua impræſsione.
char.94.quæſt.7.nu.31. & ſequentib.qui-
7 bus& alludit † quia ex loci qualitate con-
tractus fraudulentus pateſcit.capitu. quia
propter.§.fi.de elect.& quæ Bartol.notat
in.l.non intelligitur.§.tacita.ff.de iur.fiſc.
& etiam ex eo,quòd coram certis perſo-
nis ipſa venditio facta eſt.ff.de rit.nupt.l.
fi.Bar.in.l.2.C.đ his quæ ex publi.ratioci.
lib.10.cum alijs adductis per Ioan.Lup.in
ſuo conſilio in materia hęreſis in.§.10.per
totum.& Hipol.in rub.ff.ad.l.Car.de ſic-
ca.num.4.cum plurib.ſeq. & late Tiraq.
in materia noſtra retractus.in tract. de v-
troque retractu.ti.de retract. conuentio.
in præfatione num.12.cum ſeq.

Cùm igitur vendentis dolus conſtet.
Item & emptoris qui vt eſt probatum, in
dicto dolo fraude quæ etiã particeps fuit,
eorum quæ fraude & praua ſolercia tem-
pus nouem dierum à venditionis die fue
rit elapſum dictis Andrea Calderon eius
quę vxore inſcius,eis dictorũ tẽpus decur
rere nequiuit † ſiquidẽ ignoranti non cur 8
rat tẽpus.l.cùm ſex mẽſes.ff.đ edil.edict.
& illic glo.& in.l.ſciendũ.§.tempus.ff.eo.
tit.& tex.in.l.1.§.fi.C.de annal.except.cũ
ſimilibus à Tiraq.abundè citatis in.d.eius
tracta.de vtroq; retract.ti.đ retra.lignag.
§.35.nu.1.& 2.& pleriſq; ſequ.† quẽ dolum
fraudẽ quæ venditoris ſolo dicto probari 9
iuris eſt:& ita prædicti vẽditoris aſſertio
ni dicentis in agro propter ipſam fraudẽ
& dolũ venditionem factã,ſtandum vide
tur.vt expræſſe tenet Alex.in cõſ.197.col.
2.verſi.ne obſtat.lib 7.& Matth.de Affl.in
tract.đ iure protomi.in verb.niſi quis ver
ſic.ſed quid.& probatur in.l.quæro.§.ff.de
edil.edi. cum alijs.

Proinde & his accedat † quia impedi- 10
to agere minimè currit tempus.d.l.1.in fi
ne.C.de annal.excep.& in.l.1.C.de bon.
mater.& illic.dd.l.in rebus.C.de iur.doti.
erant enim dicti Andreas & Philippa im
pediti agere,nec poterant prætium certũ
conſignare ex venditoris emptoris quæ
dolo,nec ſciebant prætij quantitatem.

Cæterum & in noſtris proprijs termi-
nis † quòd tẽpus retractus impedito mi- 11
nimè currat,tenet Matth.de Affl.in.d.tra
cta.prothomi.in verb.vt intra.30.dies.&
vide quæ infra dicemus in hoc conſilio
numero.14.

Quæ omnia maximè ex eo obtinent,
quòd ipſum tẽpus ob aduerſarij factum
eſt tranſcurſum, impedimentum quæ ex
ipſius aduerſarij facto prouenerit: & quia
ipſe à proprio oppido ſubterfugit cũ ven
ditorę † cùm in hoc caſu tempus ipſum 12
non poſſe currere, iuris eſſe exiſtimandũ
eſt.ex tex.in.l.intra vtile.& ibi Bald.ff.de
mino.& in l.petendæ.C.de tempo.in in-
teg.reſti.cum alijs citatis à Tira.in d.tra.
de vtroque retractu.tit.de retract.lignag.
§.12.gloſ.2.num.1.

NEC ſufficeret, dictum Andream
eius quæ vxorem & ſi dictam ſcirent ven
ditionem † niſi eius clauſulas prætium 13
quæ nota ſibi eſſent.ex text.in.l.in totũ.ff.
de regul.iur.& priuatim ita tenet Andr.
Tira-

Tiraquel.in.d.tracta.de vtroque retractu.
titu.de retract.lignag.§.36.num.31.32.& ſe
quentibus,nam vt quis alicuius rei ſcien-
tiam habere conſtet,non tantũ illius rei,
ſed eius qualitates & circunſtantias noſſe
oportet.gloſ.in cap.concertationibus.de
appel.lib.6.

VERVM quòd ignoranti venditio-
14 nem † dictum tempus non currat.tenet
Montalu.in.l.13.titu.10.libro.3.for.legum.
in verb.*Nueue dias*.& Deci.in conſ.88.co.
1.& probatur in.c.Titius.in tit.ſi de feud.
ſue contro.int.domi.& agna.& inibi Al-
bero.& docto.& etiam conſtat in.cap.ve
nerabilis.de iudi.&Chaſſene.in conſuetu
dinibus Burgun.rub.10.§.5.in princip. fol.
338.col.4.num.4.& ſequentibus & ſi Mon
talu.repræhendat Pal.Rub.in.l.70.Tauri.
num.34.

CVI rei non refragantur regiæ leges
15 †& præcipuũ.l.7.titu.7.ordina.lib.5.( quæ
habetur lib.5.recopil.titu.11.l.8.)quæ ſan-
cit,quòd tempus dictorum nouem dierũ
ad rem à coniuncto retrahendam abſen-
ti currat. Quando quidem hic à iudice
hoc tempus ex cauſa ſuſpenſum eſt.quod
fieri potuit vt ſtatim dicemus. Rurſus &
ſi dicta lex ſeu alia regni diſponeret, di-
ctum tempus aduerſus ignorantẽ decur-
rere(vt inficiamur)in hoc tamen caſu nõ
procederet in quo ignorantia& vendito-
ris emptoris quæ facto dolo & fraude ſu-
boritur,ex iuribus ſupra citatis.& ex tex.
in.l.cùm proponas.C. de nauti.feno.l.cũ
tutorib.§.cũ per fallatiã.ff. de trãſact.cum
alijs de quibus Tiraq.in.d.tracta.de vtroq;
retract.titu de retract.lignag.§.35.gloſ.4.
nu.29.30.&.31.quo in loco priuatim hanc
dirimit rem.& inſignè Arna.Ferr.in con-
ſuetudinib.Burdiga.tit.de retractu.§.5.v-
bi tenet, quòd cõſanguinei ignorãtia em
ptoris venditoris vè fraude aut dolo pro-
ueniens,facit quòd tempus retractus ipſi
conſanguineo minimè per tranſeat.& Ti
raquel.hoc etiam tenet,& ſi conſuetudi-
ne cautum ſit, tempus retractus abſenti
ſeu ignoranti currere.vt palã ex eius ver-
bis apparet in eod.tracta. titul.de retract.
lignag.§.35.in glo.3 &.4.in princip.in quo
loco nu.1.fatetur. conſuetudine ( ibidem
ab eo explicata)decretum eſſe,ignoranti
bus & abſentibus tempus retractus cur-
rere.& inibi prædictam temperat cõſue-
tudinem,niſi ex facto aduerſarij ipſa ena
ſcatur ignorantia. quod etiam tenet Ca-
rol.Moline.in conſue.Pariſi.tit.1.§.5.gloſ.
12.nu.6.quo in loco conſuetudidem ( de
qua inibi agit,ſancientem tempus retra-
ctus ignoranti percurrere)locum non ha
bere dicit,ſi opera ſeu venditoris ſolertia
ad conſanguinei notitiam venditio per-
uenire non valuit:quia tũc tempus ipſum
illi currere(firmat )non eſſe aſſerendum.

Cęterùm ex alio dicti nouem dies mi-
nimè decurſi fuerunt,cum infra eoſdem
nouẽ dies dictus Andreas eius quæ vxor
Philippa coram fori dictorum vẽditoris
& emptoris iudice maiori comparuerũt,
ab eo quæ petierunt,quòd venditori prę-
ciperet,quòd illis venditionem oſtende-
ret:vt ſecundum in ea contenta bona vẽ-
dita retrahere poſſent,vt volebant, quod
ſic factũ eſt à iudice,ei⁹ quę præcepto pa
rere ipſe venditor nuluit † ex quo & do- 16
lus ipſe fraus quæ conſtat.vt ꝓbatur in.l.ſi
procurator.§.dolo.ff.mand.&ex.gl.&.dd.
in.d.l.dolum.C.de dolo.& ob id,dictę re-
giæ leges nullo modo ad hoc pertinent
negotiũ.vt iam dicta manifeſte inſinuãt.
quod & conſtat † quia iudex ex cauſa di- 17
ctæ fraudis & doli ꝓnunciare iure valuit,
ne dicti nouẽ dies currerent.ex tex.in. c.
paſtoralis.de except.&in.l.infamari.C.de
inge.& manu.Bar.in.l.2.ff.de re iud.&ini-
bi Alex.poſt.gl.in.§.ſancimus.in auth.de
exhibend.reis.colla.5.& Anto.in. c.præte
rea.de dilatio.cum alijs.& eo præcipuum
propter aduerſarij dolum.ex tex.in.d.l.pe
tendæ.C.de tempo.in integ.reſti.& in.d.
l.intra vtile.cum gl.ff.de minorib. ne ad-
uerſarius ex ſuo dolo commodum con-
ſequatur.aduerſus.l.in fundo.ff.de rei ven
dica.cum ſuis ſimilibus.

Itaque ſat conſtat,dictum tempus di-
ctis Andreæ & Philippæ vſque ad eorum
ſcientiam minimè decurriſſe.

Sanè

SANE & animaduertendum eſt, ꝙ
18 dictus venditor cùm dictam fecit vendi-
tionem † non poſsidebat dicta bona: nec
ob id, eorum poſſeſsionē tradere potuit.
ff. de acqui. rer. domi. l. traditio. & ſimili-
bus. Vndè fit, dictum tempus etiam non
fuiſſe tranſlatum: cùm iure non quidem
19 à venditionis tempore † ſed traditionis
poſſeſsionis rei vendite currat. vt ſat con
ſtare videtur ex. d. l. 13. tit. 10. libro. 3. fori le
20 gum † quæ debet intelligi de venditione
cum effectu confecta. ex text. in. l. alie-
natum. ff. de verb. ſigni. & faciunt quę Col
lecta. tradit in. c. conſtitutus. de integ. re-
ſti. & Deci. in conſil. 647. ita expræſſe te-
net Vincen. Arias (qui regium expoſuit
forum) in eadem. l. 13. titulo. 10. libro. 3. fo-
ri legum.

EX his igitur conſtat, de dictorũ Andreæ & Philippæ iure. & hactenus dixiſſe ſufficiat.

Doctor Burgen. Marcus
Salon de Pace.

# Sũmarium ſuper trigeſimo octauo Conſilio.

1 *PRINCIPIS aſſertioni ſtandum eſt.*

2 *Exẽplũ priuilegii quãdo faciat fidẽ.*

3 *Prothocollum tabellionis non exigit ſignum nec ſubſcriptionem.*

4 *In breuiatura ſignũ non habens, efficax eſt, vt ex ea inſtrumentũ ſummi poſsit.*

5 *Filio ſi aliquid conceditur per priuilegiũ regis, eius patri non acquiritur. & nu. 6. quod idem erit, etiam ſi contemplatione patris filio fiat regia donatio.*

7 *Prodigus teſtari non poteſt: & ſi ei non ſit interdicta adminiſtratio ſuorũ bonorũ.*

8 *Vſufructuarius non poteſt legare rem, in qua habet vſumfructum.*

9 *Iudi aſſerenti aliquem fuiſſe citatũ credendum eſt.*

10 *Adminiſtratio bonorum ſi alicui ſit interdicta tanquam vero prodigo, valet & tenet: & ſi vere prodigus non ſit.*

11 *Vſufructus reſeruatio transfert poſſeſsionem in aduerſarium.*

12 *Pater poteſt filiis ſuis legitimam in certis bonis aſsignare.*

13 *Filius præſumitur bona patris poſsidere titulo vtiliori.*

14 *Hæres filius quando poſsit facto patris aduerſari.*

15 *Hæres filius poteſt agere de in officioſa donatione alteri filio facta.*

16 *Infanti quæritur plenum ius ex priuilegio principis.*

17 *Infans conſentire videtur in his, quæ in eius fauorem geruntur.*

18 *Filius ſemper cenſetur eſſe præſens, vbi pater eſt præſens.*

19 *Princeps infanti concedendo priuilegiũ, defectum ſui conſenſus ſupplere videtur.*

20 *Minoribus plenius ſubenitur quam aliis.*

21 *Actus qui non valet reſpectu aliorum, firmus eſt fauore minoris.*

22 *Paterconans filio naſcituro ex tali matrimonio, licet nullus ſtipulatus ſit pro filio nondum nato valet & tenet talis donatio. & num. 23.*

24 *Infantis ratificatio ſufficit vt actus valeat, ex ipſius conſenſus defectu non firmus.*

25 *Infantis ratificatio tacita ſufficit.*

26 *Approbare quis videtur inſtrumentũ, petendo eius executionem fieri.*

# Conſilium trigeſimum Octauum.

DEI optimi maximi fa-
uore poſtulato, eius
quæ glorioſiſsimæ ma
tris. Fauore domini Di
daci de Fonſeca aduer
ſus eius fratrem don-
num Antonium, fulciemus in his quæ
prætendit minimè læſum eſſe.

SI quidem dupondiorum redditus
de quibus in hac lite agitur à dicto Dida-
co & donno Ludouico eius fratre empti
fuerunt. & ſi eorum vſufructus donno Frã
ciſco eorum patri vt potè rerum aduenti
tiorum fuit reſeruatus. ex tot titulo. C. de
bon. quæ libe. & cum reges eorum priui-
legio adſeruerint, dictos redditus ambo-
rum eſſe, ab eis quæ emptos † eius aſſer-
1 tioni ſtandum eſt. clem. 1. de probat. capi
tulo cum nobis de teſtibus. & vtrobique
doctores & in capitulo fi. de ſucce. ab in-
teſta. & in capitu. poſt ceſsionem. de pro-
ba. Bal. & alij in. l. ex his verbis. C. de teſta.
mili. text. in. capitulo. 1. de ſciſmati. lib. 6.
& in capitulo ad apoſtolicæ. de re iud. eo-
dem libro & in clemen. poſtoralis. eodẽ
titulo & in. l. 32 titulo. 16. parti. 3.

NEC dici poteſt, dictum exemplum
eſſe priuilegium, & ob id fidem non face-
re † cùm ex libris regiis citata parte fuerit
2 traductum & ita fidem facit, ex traditis
in authentica ſi quis in aliquo. C. de eden.
& inibi latè recentiores. & in authenti. de
tabellio. §. pe. colla. 5. doctores in. l. contra
ctus. C. de fid inſtrum. & 3. parti. titulo. 18.
l. 55. & alibi ſæpe.

NEC prædicti libri regales ſubſcri-
ptionem nec aliam ſolemnitatem quàm
apparentem conſueſcunt habere: nec tẽ-
pore quo ipſa prothocollia edita fuerunt,
ſignum nec aliam habebant ſubſcriptio-
nem † nec tunc ſignum nec ſubſcriptio 3
exigebantur. vt tenet Ioan. And. in titulo
de inſtru. edit. §. breuiter. prope finem. &
Card. in capitulo cùm. P. tabellio. de fid.
inſtru. & ibidem Felin. numero. 5. docto-
res in. l. fideicõmiſſa. §. 1. ff. de leg. 3. cum
alijs quorum meminit Deci. in conſilio.
447. in donatione. numer. 8. & Card. Pau.
Pariſi. in conſilio. 28. columna fi. libro. 2. &
abundè Roland. à Valle in conſi. 44. præ-
ſens numero. 40. & ſequentibus libro pri
mo, & ſi plures alij contrarium teneant
vt ſupra diximus in conſilio. 14. in præſen 4
ti cauſa. numero. 6. Et † quando in breuia
tura ſignum non habet, efficans quidem
eſt, vt ex ea inſtrumentum ſummi poſsit
à tabellione, cui rogationes ſunt commiſ
ſæ. vt conſtat ex Cino in. d. l. contractus.
cum aliis quorum meminit Alexand. in
conſilio. 14. columna. 2. libro. 6. & nos ſu-
pra in. d. conſilio. 14. numero ſeptimo.
Et ex quo dicti annui redditus dicto pri-
uilegio prædictis Didaco & Ludouico
conceduntur † dicto eius patri denegati 5
cenſentur. vt in. l. maritus. C. de procura. l.
ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matri. eſt opti-
mus text. in. l. fi. §. ſi ita ſtipulatus fuero. ff.
de iudi. & inibi Paul. Caſtren. & textu. in.
l. ſi vnus. § ante omnia. ff. de pact. l. ſi quis
ita. ff. de teſtam. tute. & Aretin. in. l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantum. columna quarta.
ff. de libe. & poſthu. Imò etiam ſi prædi-
ctis filijs dicti ſui patris contemplatione
à regibus noſtris dictum priuilegium fuiſ
ſet conceſſum, adhuc dicendum eſt
† quòd patri bona illa non acquiruntur
nec in proprietate nec etiam in vſufru- 6
ctu: ſed pleno iure fiunt dictorum filio-
rum, quibus priuilegium conceſſum fuit.
ex text. in. l. cùm multa. C. de bon. mater.

& in.

& in.l.6. titulo.17. parti.4. ita in noſtris
proprijs terminis tenet ſingulariter Are-
tin.in.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.colum.
2.ff.de vulg.& pupil.ſubſti cuius doctrina
celebris atque valdè ſingularis eſt.& eam
per plura fundamenta refert & ſequitur
Anto.Gomet.in.l.48.Tau.numero quar-
to,& ſi in effectu in hoc contrarium vi-
deatur tenere Palat.Rub.in repetitione
rub.de dona.int vir.& vxor.§.45.numero
19.& pluries conſului ſecundum prædi-
ctam auream doctrinam Areti.in.d.§.in
arrogato.colum.2.

VERVM cùm prædictorum pater
7 prodigus fuit,& notiſsimus † & ſi illi in-
terdicta adminiſtratio minimè fuiſſet,te-
ſtari nequiuit (& ſi dictorum reddituum
dominus eſſet,vt non fuit)vt probatur in
§.furioſi.inſtitu.de curatoribus,& ita ini-
bi tenet Ioan.Fab.& eſt ad idem optimus
tex.in.l.13.verſiculo.*Otroſi el que fueſſe*.Et
ibi Grego.Lop.titulo primo parti.6.& eſt
gloſ.in.l.is cui.ff.de teſtamen.& hæc ſen-
tentia probabilior eſt ac crebior.vt te-
ſtantur Alexand.& moder.complura ci-
tantes in.d.l.is cui bonis,& tradit Anton.
Gomez in.l.3.Tauri.numero.14. Præter
hoc, quòd vt prodigo dicto eorum patri
curator fuit conſtitutus. Verùm & cùm
tantum dictorum reddituum prædictus
8 Franciſcus fuerit vſufructuarius † com-
pertiſsimum eſt eos minimè dicto Lu-
douico potuiſſe integrè legare. cum eius
morte fuerit finitus prædictus vſufructus
dictorum bonorum.§.item finitur.inſti.
de vſufruct.ff.de iu.doti.l.ſi vſufructus.au
thenti.ingreſsi.C.de ſacro ſanctæ eccle-
ſiæ in verbis tex.ibi,*Vt pote nec domini re-
rum*.Et ibidem abunde Deci.columna.3.

NEC dicere oberit, dictum curato-
rem illi decretum abſque citatione dicti
Franciſci prædictorum patri † ſi quidem
9 in actis dicta citatio enarretur: quibus a-
ctis etiam minorum iuditium in his eſt
quidem credendum.vt traditur in.capi-
tulo Albericus.de teſtibus.& in capitulo
quoniam contra de probat.gloſ.in.l.1.C.
de fide.inſtru.& iu.haſt.fiſca.libr.10.& in.
§.ſed quia.inſtitu.de fideicō.hæred.text.
in.l.optimam.C.de contra.& commi.ſti-
pu.cum aliis quorum memores ſunt mo-
der.in.l.ſciendū.ff.de verb.oblig.& Aym.
Craue.de antiqui.tempo.2.parte.nume-
mero.8.& 16.

VERVM nec iſtis obſiſtit,quòd di-
ctus Franciſcus ſapiens erat, & non prodi
gus:ſi quidem & ſi ita eſſet,cùm ſibi fue-
rit adminiſtratio interdicta,talis interdi
ctio valet † & ſi ipſe prodigus verè non eſ 10
ſet.gl.in.l.ſi ab eo.§.fi.ff.de vſu.Bart.in.d.l.
is cui bonis.cum aliis quorum recentio-
res inibi memores ſunt nouiores etiam
in.l.ſi probaueris.C.de fideicommiſ.

SANE & ſi dicti Franciſci dicti red-
ditus fuerant(vt inficiamur) cum tamen
ipſe conſenſit,quòd dictis Didaco & Lu-
douico emerentur,& priuilegium eorum
capitibus fieret,ſatis exiſtimandum vide
tur, quòd ipſe Franciſcus ipſam melio-
riam mutare non poterat,& dicto Ludo- 11
uico tātum ipſos redditus aſsignare † nā
ex vſufructus reſeruatione prædicta, eos
in ipſorum reddituū poſſeſsione poſuiſ-
ſe conſtat.C.de donat.l.quis quis.& 3.par-
ti.ti.9.l.30.& ob id abrogari ab eo non po
tuit.l.17.Tauri (quæ habetur libr.5.reco-
pil.tit.6.l.1.)†potuit enim ipſe Franciſcus 12
eius in vita dictos redditus prædictis ſuis
filiis pro legitima conſignare.l.ſi nō mor-
tis in princip.ff.de inoffi.teſta.& illic Ang.
& Bald.in.l.cùm oportet.C.de bon.quæ
libe.cum aliis de quibus recentiores in
authenti.nouiſsima.C.de inoffic.teſta.&
in.l.frater à fratre.ff.de condi.indebi.& a-
libi ſæpe traditur.

QVIBVS nec refragatur aſſerere, ꝙ
dictus Didac. dicti eius patris hęres fuit:
& quòd ob id minimè potuit paterno te-
ſtamēto(quo dicti redditus prædicto Lu
douico condonantur)non ſtare.

TVM,quia eius adiſſe hæreditatē nō 13
cōſtat,& ſi aliqua patris bona recepit † id
ex ti.vtiliori geſtū eſt.ex tex.in.l.1.&.2.ff.
d̄ ſolutio.& ī.l.10 ti.14.par.5.notat Bar.ī.l.
gerit.co.6.ff.de acqui.hære.& Ale.ī.l.2.co.
C.ꝙ met.cau.& eſt cōmunis opinio teſte
Soci.

Socin.in.l.3.§.ex pluribus.in.1.lectura.numero.9.ff.de acquirend.poſſeſsio.

Tum etiam,quia etſi eius fuiſſet hęres
14 † poterat geſtis paternis aduerſari, ſi quidem eius bona dicto Ludouico dederit. ex.l.quoniam in prioribus.C.de inoffi. teſta.cum alijs quæ ibidem Suarez congerit in.6. ampliatio. Verum & ſi hæres fi-
15 lius patris ſit † de inofficioſa donatione alteri fratri confecta agere valet.l.1.§.pe. ff.ſi quid in fraud. patro.l.29. Tauri.( quæ habetur libro.5.recopil.titulo.8.l.3. )glo.in l.ſi patronus.§.patronũ.ff.ſi quid in fraud. patro.Suar.in.d.loco.7.extẽſione.columna.17.poſt Iaſo.in conſilio.168.in cauſa & lite.columna.fi.nume.18. verſiculo tertio reſpondetur.libro.4. & Deci.in conſilio. 185.columna.4.& late Didac.de Segur.in repet.l.cohęredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.char.11.columna.3.&.4.& Pal. Rub.in repet.capitu. per veſtras.§.22.numero.6.& ſequentibus de dona.int.vir.& vxor.& in l.17. Tauri.numero.44.

CÆTERVM nec ſuperioribus repugnat, quod cum dicti redditus empti fuerunt prædicti Ludouicus & Didacus infantes erant,& ita non potuerunt dictã conficere emptionem,nec eorum quærere poſſeſsionem † quia cùm dictum prin-
16 cipis fuerit priuilegium,ex eo ipſis dictorum redditũum ius fuit ipſo iure tranſlatum.capitulo ad audientiam.& illic Baldus de pręſcrip.idem Bald.in prælud.feudorum.columna.9.& in capitul.1.quid ſit inueſti. Ang.in.l.officium.ff.de rei vendi. cum alijs de quibus moder.in.l.quotiens. C.de rei vendica.& Deci.in conſilio.689. viſo puncto.numer.19.cum ſequentibus. & ob id, & infantibus prædictis ius eſſe tranſlatum exiſtimandum videtur:cùm nullo exiſtente actu,ſed ipſo iure iuris cõtingat tranſlato. Verùm cùm dictorum Ludouici & Didaci fauore dictum priuilegium ſit conceſſum,conſentientes ſunt reputandi: et ſi tunc infantes fuiſſent ex text.commodo in.l.iubemus.C.de emancip.libero.& ibi Bartol.& Baldus.& do-
17 centes tenent † infantem in his quæ eius ad commodum expectat, cõſenſum præſtari videri.quod& traditur in.l.ſi infanti. C.de iu.delibe.& in.capit.paruuli.de conſecra.diſt.4.& doctores maxime Bart. in final.verbis in.l.fi.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.& traditur.in.l.qui in vtero.ff. de ſta.homi.& cum dicta l.iubemus.concordat tex.in.l.16.titulo.18.partit.4.& prædictis adde quæ Bald.conſuluit in conſilio. 146.titulus principis.numer. 8.libro.1.vbi hoc maximè procedere dicit, cùm agitur de fauore infantis & ad eius vtilitatem,quia tunc ait,quòd intelligitur conſentire.idem & tenet ipſemet Baldus in conſilio.204. ſuper primo.numer.1.libro 2.ad quod ibi citat.d.l.ſi infanti.C.de iu. delibe.& quòd infantis non requiratur cõſenſus per.d.l.iubemus.tenet etiam Barba.in conſilio.34.præclare.colum.16. verſiculo nec obſtat cùm opponitur.&columna.12.verſiculo modo ſi ponderetur.& columna.13.verſiculo,&ſi dicatur.in medio. & ante verſiculo item Baldus libro.2.& ante eum idem tenuit Paul. Caſtren.in conſilio.41.viſo teſtamento.nume.1.poſt principium.libro.2.& idem conſuluit Deci.in conſilio.316 in caſu propoſito.numero.6.& late prędicta proſequitur Lauren. Silua.in conſil.45.filius enim ſemper intelligitur ratum habere factum ſui patris, cùm de eius fauore tractatur ex.l.2.§.fi.ff. ſolu.matri.& in.l.ſi cùm dotem.§.eo autem.ff.eodem titulo traditur in.l. Titia.ff. eodem,& ita dicet Baldus in conſilio.131. libro.3.& hinc dicit Curt.antiq.in conſil. 50.memoriæ recolendæ.columna.41.ante verſiculo quarto reſpondemus. vbi ait
† quòd filius ſemper cẽſetur eſſe præſens, 18
vbi pater eſt pręſens,& hoc iuris interpretatione. cũ vox patris ſit vox filij.ex text. in.§.ei qui.inſti.de inutil.ſtipul.& ſimilibus.Et hinc notanter dixit Bald.in.l.impetrata.C. ſenten.reſcin.non poſſe.colũna.2.quòd princeps infanti beneficiũ con
ferens † eius conſenſus defectum ſupple- 19
re videtur,ita quòd ipſum beneficiũ nequaquam diruatur.& idem tenet ipſe Baldus in.l.ſi quis ſeruo.C.commu.de manu. idem

idem & traditur per docto. in capitulo.1.
per quos fiat inueſti. & Barba.in.d.conſil.
34.columna.2.libro.2.& Deci.in dicto cõ
ſilio.316.numero.6.& probatur in.l.2.& in
ſimilibus.ff.de iuriſdi. omni.iud. & Bald.
in.d.l.ſi quis ſeruo.refert & ſequitur And.
Tiraquel.in tracta. de nobilita.cap.6. nu.
20 27.in fine.vbi plura refert in hoc propoſi-
to videnda † plenius enim ſubuenitur in-
fantibus minoribus quæ quàm alijs.vt cõ
ſtat in rub. & nigro.C.quando.impe.int.
pup.& vidu.& in toto titulo.ff.rem pup.
ſaluam fore.cum ſimilibus de quibus me
minit And. Tiraque.in tracta.de iure cõ-
ſtituti.3.part.limita.30.numero.30. & fa-
21 cit † quia actus qui non valet reſpectu a-
liorum,& eſt inutilis de iure, ſi tamen ſit
factus in fauorem pupilli ſeu minoris va-
let & tenet.vt in.l.non ideo minus.cum
ſua materia.C.de procura.& in.l.11.in fi-
ne.titulo.2. partita.3.& ideo eleganter (&
infortiori caſu) conſuluit Guid.Pap.in cõ
ſilio.12.ex facti narratione.numero.5.lib.1
22 quòd ſi pater donat filio naſcituro † ex ta
li matrimonio, quòd licet nullus ſtipula-
tus ſit pro filio non dum nacituro, valet &
tenet talis donatio.ad quod dicit eſſe tex
tu.in.l.quotiens.C.de dona,quę ſub mod.
& vltra eum ad idem eſt bonus tex.in.l.di
ui Conſtantini.§.pactis.C.de natura.libe.
ibi, *Vna cum fratribus ſuis poſtea ex eiſdē*
*parentibus progenitis.* Et in.l.ſi inter virũ.
ff.de pact.dotal.cum ſimilibus de quibus
meminit idem Guid.Pap.in deciſio.267.
23 per totã.vbi per plura decidit † quòd pa-
rentes poſſunt facere donationē filio ſuo
naſcituro: & quòd ei adquiritur plenum
ius, maximè intercedente ſcriptura pu-
blica.ex tex.in dicto.§.pactis.& idem te-
net ipſe Guid.Pap.in deciſione.505.vbi &
ait, ſtatim acquiri ius ipſi filio primogeni
to.& facit doctrina Bald.in.d.l.ſi quis ſer-
uo.C.commu.de manumi.

QVID plura, & ſi ex prędictorũ con-
ſenſu deficiente, dictum priuilegiũ ſub-
uerteretur, ſat eſt poſt eorum ætatem in-
tegram eoſdem redditus eos percepiſſe:
vt contenta in dicto priuilegio acceptata
ab eis ſint.l.indebitum.C.de condi.inde-
bi.cum alijs quorum meminit Deci.in re
gul.ſemper qui non prohibet.ff.de regul.
iur. † & infantis ratificatio ſufficit, vt act⁹ 24
valeat.ex ipſius conſenſus defectu non fir
mus.vt conſtat in authentica.quib.mod.
natu effi.ſui.§. generaliter.colla.7. & ex-
præſſe ita tenet Roma.in conſilio.194.in
propoſita conſultatione.colum.3.ex text.
in.l.1.C.ſi maior fact.rat.hab.& Deci.in.d.
conſilio.316.columna.3. & Tiraquel.in.d.
tracta.de nobilita.cap.6.nu.27.& ſequen.
quibus accedat text.in.l.illicitè.ff.de reb.
eor.& Tiraquel.in.dicto cap.6.num.30.ci
tat. gloſ.in.l.in adoptionibus.in gloſ.fi.ff.
de adoptio.ad hoc † quod in caſu quo re- 25
quiratur ratificatio infantis, quòd non ta-
mē requiritur expræſſa: ſed ſatis eſt, cùm
rem ſciuerit, illum nō diſſentire.ad quod
& facit tex.in.l.2.§.volũtate.ff.ſolu. matr.

QVIM ex quo dictus Antonius ex-
poſtulauit tranſactionis priorem ſcriptu-
ram executioni mandari †. ex hoc quidē 26
ſat conſtat, eam approbaſſe: & ſi alia ap-
probatio minimè ineſſet.C.de coddi.in-
debi.l.indebitum.& in.l.cùm fidem.C.de
non nume.pecu.& in.l.ad ſolutionem. C.
de re iudi.& in.l. Paulus.ff.rem rat.habe.
cum alijs de quibus meminit Deci.in re-
gul.ſemper qui non prohibet.ff.de regul.
iur. colu.3.Et ex his conſtat dictum don-
num Antonium ius non habere aduerſus
dictum donnum Didacum: & ob id non
condemnandum.

Doctor Burgenſis Marcus
Salon de Pace.

## Summarium ſuper trigeſimo nono Conſilio.

1 *MISSIO in poſſeßionem ex remedio legis Soriæ (quæ habetur libro 4. recopil. titu. 13. l. 3.) in quibus bonis locum habeat. Et quando et per totum conſilium.*

2 *Mißio in poſſeßionē virtute dictæ. l. Soriæ locum non habet quando conſtat de iure poſſeſſoris. Et num. 15. quod idem eſt, quando poſſeſſor eandem mißionem poſſet petere.*

3 *Poſſeſſor ius ſuum ſtatim docere volens, audiendus eſt ad impediendam mißionē in poſſeßionem.*

4 *Exceptio hæc dolo facis, quia petis quod ſtatim reſtiturus eſt, ſemper opponi poteſt.*

5 *Inſtrumenta faciunt rem notoriam.*

6 *Inſtrumenti vbi eſt caſus, non videtur dubitandum, ſicut fit de caſu legis.*

7 *Via ordinaria intētata, actor non poteſt reddire ad viam executiuam.*

8 *Poſſeßio transfertur ex clauſula conſtituti.*

9 *Poſſeßio transfertur ex reſeruatione vſufructus.*

11 *Mißio in poſſeßionem ex. d. l. Soriæ non habet locum contra voluntatem teſtatoris. & num. 12.*

13 *Mißio in poſſeßionem impeditur, cum adeſt legitimus contraditor.*

14 *Contraditor legitimus quis dicatur.*

16 *Bona a patre aßignata alicui filio pro melioratione tertij & quinti, præſumitur eſſe valoris illius tertii & quinti & non vltra, ad impediendam mißionem in poſſeßionem, & ſequentibus numeris.*

17 *Actus validitatis præſumptio aliis præſumptionibus præfertur.*

18 *Intellectus gloſ. in. l. cū de lege. ff. de probatio. Et inibi plene an hæreditatis præſumatur eſſe ſoluendo.*

19 *Paupertate ſe fundans, debet eam probare.*

20 *Fraus quæ legi poteſt fieri, præcipuum euitanda eſt.*

## Conſilium trigeſimum Nonum.

DIVINO auxilio petito. In cauſa quæ mota eſt inter Antonium Beltram eius quæ primogenitum filium, ex vna parte: & ex alia ei9 filiam Catherinam. dicimus miſsionem in poſſeſsionem ex Soriæ ſege ab aduerſaria petitam in bonis vxoris dicti Antonij Beltram minimè locum habere in bonis in quibus ſe mitti poſtulauit.

Primò enim prædicta ceſſat miſsio in bonis propriis & capitalibus dicti Antonij, cùm dictæ ſuę vxoris iam mortuę nō fuerunt, de cuius bonorum poſſeſsione nunç agitur. ex prædicta. l. Soriæ. Quæ eſt eſt tit. 14. l. 1. lib. 3. ordi. (quæ habetur lib. 4. nouæ recopil. tit. 13. l. 3.) hiſce eius verbis, *Los bienes que el tal defunto dexare.* & ita
in † bonis alienis ipſam miſsionem fieri 1
inhibet

inhibet.idem & conſtat in.l.fi.C.de ed.di. ad.tollen.ibi, *Mittat quidem in poſſeſſionẽ earum quæ mortis tempore fuerũt.* Et ibi, *Non autẽ legitimo modo ab alio detinetur.* idem & cõſtat in.l.2.ti.14.parti.6.ibi, *Deue ſer metido en la poſſeſſion de los bienes que el defunto tenia al tiempo que fino.* Et notat Pau.Caſt.in.d.l.fi.dicẽs, poſſeſsionis miſsionẽ tantũ faciendã in bonis teſtãtis & ideo cõſequẽs & dictã miſsionẽ in dictis bõis ꝓpriis dicti Antonij fieri nõ poſſe. Quod & ex alio eluſcet, quia cùm prædicta bona dicti Antonij capitalia eſſe cõſtent, eius quæ propria, confeſtim fit, non eſſe dictæ ſuæ vxoris. Et ſtatim de poſſeſ-
2 ſoris iure conſtat † & ob id dicta miſsio in.d.l.fi.impeditur.& optime in.l.3.tit.14. parti.6.ibi, *E el que moſtraſſe que a mayor*
3 *derecho en la heredad, aquel deue ſer entregado en ella.* Adeo ꝙ ſi poſſeſſor † ius ſuum ſtatim docere voluerit, audiendus ſit, & eius iure probato, ipſa miſsio fieri non debet. C.de ed.di.ad.tollen.l.2.poſt glo.& in.d.l.fi.C.eod.tit. Innoc.in.ca.2.de cau.poſſe.& proprie.Bar.& Ang.in.l.incerti.C.de inter.idem Bart.in.l.ſi de vi.ff.de iudi.Deci.in.d.l.fi.C.q̃ ed.di.ad.tol.nu.2. & facit tex.ſingularis in.l.ille à quo.§.ſi de teſtamẽto.ff.ad Trebe.& in.l.3.§.ibidem. ff.ad exhiben.& in.l.ſi is à quo.in princip. ff.vt in poſſe.leg.optimus tex.ad prædicta in.l.2.titu.14.part.6.ibi. *Fueres ende ſi luego quiſieren probar lo que diſen, ſin alonga miẽto ninguno, ca entonces deue ſe detener la entrega, he oyrle, e recebir los a prueua eſta razon.* Habet enim in hoc iuditia iu-
4 ris regula, qua dicitur † dolo facis, quia petis quod ſtatĩ reſtituturus eſt, vt tenet.dd. in.d.l.fi.& in.l.ſi idẽ.ff.de iudi.Abb.& alij in.c.ex literis.de reſti.ſpol.& in regul.do lo facit.ff.de reg.iur.& alibi ſæpe traditur.

ET dicta bona eſſe capitalia dicti Antonij euidẽter conſtat, ex inſtrumẽtis publicis hac in lite productis † quæ rem no-
5 toriã conſtituũt.C.de probat.l.cùm præcibus.optimus tex.ad idem in.c.licet cauſam.de probat.vbi illum text.ad hoc valde commendat Deci.col.8.verſi.decimo tertio nota.vbi & refert plures concordã. & vbi eſt caſus inſtrumenti † non videtur 6
dubitandum, ſicut dicitur de caſu legis.vt ait Bald.quẽ ſequitur Aym.Craue.in cõſ. 31.proponitur.nu.7.& ibi etiam referẽdo eundem Bal.ait, quòd iam dici poteſt de inſtrumento publico, nolli me tangere.

Verùm & cùm pars aduerſa prius † via 7
ordinaria bona petierit, ad hanc viã ſummariam & executiuã miſsionis in poſſeſſionẽ redire minime potuit.ex tex.in.l. de pupillo.§.meminiſſe.q̃ no.ope.nũcia. & in.l.minor.25.annis cui fideicõmiſſum ff.de minorib.& eſt glo.in.l.proindè.§.notandũ.in glo.vlti.ff.ad.l.Aquil.& in ꝓpriis terminis ita tenet Bal.in.l.2.col.5.q.10.C. de ſerui.& aq.idẽ Bal.in.l.2.col.1.n.2.verſi. item nota ꝙ ab executione.C.de excep. rei iud.& idem Bal.in.l.difamari.colũ.2. nu.13.C.de ingen.poſt Specu.tit.de execu. ſenten.§.fi.col.2.nu.2.verſi.tertio.& Bart. in.l.creditores.co.8.n.26.verſi.mihi autẽ. C.de pigno.Paul.Caſt.in cõſ.78.ſuper co. col.1.nu.3.lib.1.Deci.in conſ.146.co.3.& in cõſ.400.viſo.nu.9.col.pe.verſic.4.reſpondetur.Roder.Suar.in rep.l.poſt rem iudicatur.q.fi.ff.de re iud.Pet.Rebuf.in.1.tomo cõſti.Gallica.tit.de lite.obliga.arti.6. glo.3.nu.7.And.Tiraq.in tracta.de iure cõſtitu.1.par.nu.39.Capizi.in deciſio.119.co. 5.nu.19.Cattel.Cota.in ſuis memorabilibus.in verb.ſtatuto ſeu decreto Mediolani.co.3.& Greg.Lup.in.l.7.in verb.poſſeſſion.co.2.in princ.ti.4.par.5.& idem Lup. in.l.19.glo.fi.ti.22.parti.3.quibus adde Roma.in in conſi.133.co.2.& Thom.Grama. in conſ.91.in cauſa.nu.19.& Maran.in ſuo ſpeculo aduocatorũ.in.6.part.ti.de inſtrumen.product.nu.14.fol.mihi.209.col.4. & plenius inibi in diſputa.6.n.24.& Ant. Maſſa in ſuo tracta.ad formul.camera.obliga.3.part.q.2.nu.4.& ſequẽ.& Arias Pinel.in rep.l.2.C.de reſcin.vẽdi.3.par.c.3.n. 24.poſt Matth.de Affli.deciſi.60.& videre etiam ad idẽ licet doctorẽ Abilem.in. cap.correctorũ.c.10.in verb.executio.n.2 Et hæc opinio videri meo iuridica eſt, & ſequenda, & ſi contrariũ teneat idẽ Bald.

(ſibi non conſtans) in.l.ſi miles.co.1. verſi. in tex. ibi renūciauit.ff.de teſta.mil ad ꝙ ibi ponderat illum tex & in contrariū videas etiam Iaſo.in.l.2.nu.114.C.de iu.em phi.& Feli.in.ca.cùm ordinem.nu.3.poſt princip.de reſcript.& Ioan.de Neuiza.in cōſi 4.merito.co.ſi.ad finem.& Roland.à Valle.in conſ.79.li.1.n.29.&.39.& quę adducit Pet.Rebuf.in.d.6.arti gloſ.3.nu.7.

Proindè nec ipſa miſsio fieri poteſt in bonis in quibus ab vxore dicti.A.eius dictus filius primogenit⁹ eſt melioratus, & ipſe filius poſsidebat tempore mortis dictæ eius matris ex conſtituto in ſcriptura
8 dictæ meliorationis expræſſo † ex ipſo enim conſtituto poſſeſsio in dictū primogenitum tranſlata fuit.ff.de acqui.poſſe.l. quod meo.cum ſimilibus traditis à Tiraquel.in.d.tracta de iu.conſti.1.par. nu 2.& etiam ei fuit quæſita dicta poſſeſsio † ex
9 reſeruatione vſufructus confecta in ſcriptura dictæ meliorationis.l.quiſquis.C.d donat.tit.genera.& in l.ſi quis argentum. §.ſe d ſiquidē.C.eod.ti.& tex.in.l.9.tit.30.
10 parti 3.cū ſimilibus. Quo fit † quòd dicta poſſeſsionis miſsio ex dictis iurib⁹ in dictis bonis melioriæ fieri non poteſt, vt pote non repertis in bonis dictæ vxoris. iure enī optimo potuit fieri aſsignatio bonorum dictæ melioriæ in fauorem dicti primogeniti.ex.l.19.Taurin.vbi plenius deo duce deducemus.quæ lex.Tau.habetur libro.5.nouæ recopila.tit.6.l.3.

Rurſus ſi bonorum dictæ milioriæ fieret miſsio, eſſet aduerſus voluntatem dictæ
11 matris † & ob id non erit locus dictæ miſsioni in poſſeſsionē.ex.d.l.fi.C.de ed. di.Adri.tol.& illic docto.teſtatoris enim voluntas ſequenda eſt.ff.de cond.& dem. l.in conditionibus.C.de fideicommiſſ.l. cùm virum.cum ſuis ſimilibus vulgatis.

Quibus & conducit tex.in.l.1.§.ſi quis ex mortis.ff.quor.leg.vbi diſponitur, ꝙ ſi aliquis ex cauſa mortis donationis à defuncto confectæ aliqua poſsidet bona, ꝙ
12 † in hoc caſu contra poſſeſſorem interdictum quorum legatorum ſeu aliud adipiſcendæ non competit: quia ex quo defunctus rem tradidit, hæres Falcidiæ partem percipere non poteſt: ſed ipſam donationem cuſtodire obnoxius eſt: cùm eius hæres defuncti partem refellere non poteſt. C.de rei vendi.l.cùm à matre.C.de hære. act.l.pro hæreditarijs.cū ſua materia.optimus tex.ad idem in.l.24.titu.13.parti.5.

Hæc & ſuadentur, quia iure optimo receptiſsimū eſt, poſſeſsionis miſsionē impediri, cùm legitimus † cōtraditor cōparuerit.ex.d.l.fi.C.de ed.di.Adria.tol.& in 13
d.l.2 tit.14.partit.6.notant Bart.& docto. in.d.l.fi.& in.l.2.C.eod.ti. Et in dictis locis † ille legitimus reputatur cōtradictor, 14
qui ex.ti.à defuncto habito poſsidet (ꝑut dictus filius primogenitus) quod & abunde tradit Deci.in.d.l.fi.nu.41. & Gozad.in conſi.6.prima fatie.num.89.

Cæterùm ſi prædictus primogenitus poſſet ex dicta.l.Soriæ & dicta.l.fi.prætēdere poſſeſsionem bonorum dictæ melioriæ † à forciori igitur à ſuo poſſeſsione 15
non eſt amouendus.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.patre furioſo.& in authenti. multo magis.C.de ſac.ſanct.eccleſi. & in authent.multo magis.C.de epiſ.& cle.& tex.in.l.1.tit.8.parti.2.

NEC dicere oberit, quòd non cōſtat, quod omnia bona expræſſa in ſcriptura dictæ melioriæ, & dicto primogenito tradita † illi tradi aſsignari quæ potuerint, & tertij & quinti bona non excedant. 16

TVM, quia ex inuentario confecto conſtat, complura alia bona in dicto tertio & quinto poſſe tradi: & donata ipſum non ſuperare tertium, nec etiam quintū.

Tum etiam, quia hæreditas dictę matris tempore dictæ melioriæ ſoluendo eſſe præſumitur: eius quæ obitus tempore & meliorationis actum fuiſſe firmum. ex tex.in.l.quotiēs.ff de reb.dub.& in.l.quotiens.ff.de verb.obliga.& validitatis actus præſumptio † omnibus alijs præſumptionibus pręponitur. vt ait Deci.in.c.quoniā 17
abbas.de offi.de lega.& in.l.poſt quàm liti.C.de pact.& ꝙ bona dictę matris ad dictam melioriam ſufficientia fuerint. notat Bald.in.l.filium quē habentem. col.12.

num.

nu.38.verſiculo ſi vero non apparet. C.famil.hærciſcun.& ſi contrarium in terminis noſtris. Suar.l.quoniam in prioribus.q.7.col.8.verſi.prædictam.C.de in offi.teſta.

18 Nec his aduerſatur † glo.in.l.cũ de lege.ff.de probat.quæ palam vult,quòd hæreditatem non eſſe ſoluendo ex ſola allegatione hæredis conſtat.ſi quidẽ contrarium verius probabilius quæ ſit: & quòd hæredi hæreditatem non fuiſſe locupletem,probãdi onus incumbat.authoribus Imol.Paul.Caſt.Roma.Alex.& recentioribus in.l.ſi conſtãte.in princip.ff.ſolu.matri.dd.in.c.fi.de præſumpt.quo in tex.probatur,hæreditatem eſſe idoneam præſumendũ.traditur in.l.2.ff.de leg.2. Verùm & ſi glo.iam citatæ ſententia probabilior ſit cui & pleriq; ad ſtipulantur(præſertim docto.antiqui & Iaſo.in.l.fi.§.licentiam.C.de iu.delibe.& latiſsimæ Aym.Craue.in tracta.de antiqui.tempore.2.part.nu.31 vbi ait dictam glo.eſſe communiter approbatam.Et cum dicta glo.eſt cõmunis opinio vt refert idem Aym.Craue.conſi.225.nu.12.)id ideo eſſet,quia dicta glo.loquitur(vt illi aſſenciẽtes explicauerũt)cũ iuris pręſumptio ex inuentarij confectione hæredi fauet.vt abundè docet Iaſo.in.d.l.ſi conſtante.nu.130.& Rip.nu.18.& idẽ Iaſo.in.l.fi.§.licẽtia. C.de iu.delibe.quod noſtro negotio diſsimile quidẽ eſt,ſiquidẽ aduerſaria inuẽtariũ minimè fecerit.

Tum item, quia aduerſaria actrix eſt: & fundatur in bonorũ paupertate † & ob 19
id,eã probare aſtringitur.l.ei qui.ff.de probat.l.actor.C.eod.tit. cum ſimilibus.& in proprijs terminis ita tenet glo.in.l.ſi verò §.qui pro rei qualitate.ff.qui ſat.da. cog.& ibidem docto.& in.d.c.fi.de præſump.eſt optimus tex.in authen.de æquali.do.§.fin autem.colla. . ex quo Pau.Caſt.eleganter in.l.meuia.§.fi.col.pe.ff.ſolu.matr.dicit glo.in.d.l.cùm de lege.tum obtinere,quando hæres dixerit;hæreditatẽ non eſſe locupletẽ: at ſecus eſſe dicit,ſi actor id affirmet, quia tunc hæres tenetur id probare.

Tum,quia ſi ea quæ explicuimus, iure non obtinerent,& aduerſarię dictis locus eſſet,cõfeſtim ſuboriretur,dictę.l.19. tauri aſsignationem bonorũ melioriæ permitentis facilimè fraudem fieri poſſe: & ipſius aſsignationis effectus paſsim abijceretur:& alij filij non meliorati tot bona aſsignari non potuiſſe dicentis aduerſus d.l.19.Taurinam.optimũ eſſet remedium † quæ legis fraus diligenter eſt eui- 20
tãda.ff.de legib.l.fraus.ſatis enim filijs nõélioratis eſſe debet, quòd inofficioſæ donationis remedium habeant.ex.l. 29. Taurinarum legum.& in.l.1.& per totum C.de inoffi.dona.& his huic allegationi ſit finis.

Doctor Burgenſis Marcus
Salon de Pace.

# Summarium ſuper quadrageſimo Conſilio.

1 *LIBELLVS alias nõ mutabilis ex cauſa ſuperuenienti mutari poteſt.*

2 *Remedium poſſeſſorium adipiſcendæ intentari poteſt poſt petitorium intentatũ præſertim ſi diuerſis agatur reſpectibus*

3 *Iudicandum eſt hodie apud ſuppræmos iudices veritate inſpecta: & iuris ordine & libellorum prætermiſſo.*

4 *Sequeſtratio frutuum facienda eſt,quãdo aduerſarius poſſidens illigitimus pronunciatus eſt.*

5 *Appellari quando poſſit ab executore.*

6 *Præſumptio maxima in eſt contra condemnatum ſententia tranſacta in rem iudicatam. Et inibi late de ratione tex. in.l.ab executore.C.quor.appe.nõ recip.*

7 *Ex ſequeſtratione nemini tollitur ius nec poſſeſsio.*
8 *Rotæ cognoſci poteſt tam de iure canonico quam regio illigitimitate quæ ſuboritur ex matrimonio mala fide contracto*
9 *Iudex laicus quãdo cognoſcere poſſit de cauſa illegitimitatis.et ſequentibus.*
11 *Sentẽtia præſumitur rite recte quæ lata.*
12 *Iudex laicus non poteſt cognoſcere de cauſa illegitimitatis, poſtquam eccleſiaſticus iudex pronunciauit ſuper illigitimitate.*
13 *Iudex laicus non debet examinare proceſſum ei remiſſum ad exequendum a iudice eccleſiaſtico. & ſequentibus.*
14 *Intellectus authen. de ſanctiſſi. epiſcop. §. ſi vero. colla. 9.*
15 *Iudex eccleſiaſticus ſi præuenit in cognitione cauſæ (& ſi cauſa ſit mixti fori) ſententia iudicis eccleſiaſtici debet exequi citra proceſſus examen.*
16 *Mala fides parentum coniecturis et ſola fama & etiam vnico teſte probari poteſt.*
17 *Sententia & ſi in cauſa matrimonij nũquem tranſeat in rem iudicatam, tamen ſententia quæ fertur ſuper illigitimitate filiorum bene tranſit. Et inibi quando ſententia lata ſuper matrimonio trãſeat in rem iudicatam.*
18 *Sententiæ effectus debet ceſſare ceſſante cauſa ſententiæ. & ſequentibus.*
19 *Clauſula rebus ſic extantibus ſubintelligitur in omni diſpoſitione ſentẽtia & actis.*
20 *Satiſdatio ſi alicui ſit remiſſa, ex noua cauſa cogitur eam præſtare.*
21 *Exceptio rei iudicatæ non obeſt ex cauſa nouæ ſuperuenienti. & ſequentibus.*
22 *Exceptio rei iudicatæ vt obſtet, quæ requirantur.*
23 *Exceptio rei iudicatæ ſublata videtur, quando princeps iubet, condemnato fieri iuſtitiam.*

# Conſilium Quadrageſimum.

IN hac lite comitis. A. Gonſali, & donni Ioannis Puerto Carrero (diuino auxilio petito) duo ſunt videnda.

PRIMVM, quòd potuit dictus comes in hoc Pinciano regio prætorio cauſam poſſeſsionis tractare, proprietatis cauſa prætermiſſa.

SECVNDVM, quòd comitatus fructus iure optimo ſequeſtrandi ſunt.

Primum quidem iure probamus, cùm poſſeſsionis cauſa ad dictum Pincianum prætorium fuit remiſſa. vt cõſtat ex actis proceſſus. & ob id, ab re dictę poſſeſsionis proſequutio vetari non poteſt: nec libellus antiquus à dicto comite ante iudices remittentes productus quidem fuit ante obitum prędeceſſoris comitis, quo in caſu dicto nouiſsimo comiti poſſeſſoria remedia nequaquam competebant. ex. l. 45 Taurina quæ habetur lib. 5. nouæ recopil. tit. 7. l. 8. Verùm, & quia ex cauſa ſuperuenienti † libellus alias non mutabilis mutari poteſt. l. non poteſt. & illic docto. ff. de iudi. Bal. in. l. edita. col. 8. in. 7. oppoſi. C. de edend. cũ alijs de quibus inibi recẽtiores. 1

Proinde & hæc conſtant † quia poteſt petitorium intentatum adipiſcendæ poſſeſſorium intentari poteſt: & præcipuũ ſi diuerſis agatur reſpectib⁹ (vt hic) ex text. in. l. naturaliter. §. nihil commune. & illic docto. ff. de acqui. poſſe. tex. etiam in cap. paſtoralis. de cau. poſſe. & proprieta. 2

Et

Et maximè hoc regio prętorio id per-
3 mittẽdum eſt † in quo veritate inſpecta,
& iuris ordine & libellorum prætermiſſo
procedit poteſt.vt in.l.11.tit.1.ordina.lib.3
(quæ habetur lib.4.recopil.titu.17.l.10.)&
in.l.25.titulo.3.ordi.libro.2.quæ habetur
lib.2.recopil.titu.4.l.22.)ad idem eſt tex.
in.l.2.tit.4.lib.2.ordi.(quæ habetur lib.2.
recopi.titulo.5.l.6.)& tenet inſignè Guid.
Papa.q.29.in ſuperiore.&Thom.Grama.
in deciſione.19.lata ſententia. quo in lo-
co penul.& fi.columna.ait,regium præto
rium(Pinciano ſimilem)neceſſe non ha-
bere ſecundum libellorum ordinem à iu
re datum cauſas deffinire,nec libellis,pe-
titis quæ tantum ſtare.& idem tradit Frã
ciſci Marc.in ſuis deciſionib.in deciſion.
13.num.8. 1.parte poſt eundem Thom.
Grama.in conſ.91.in cauſa.num.23.

4 Quo ad ſecundum dicimus † dictam
ſequeſtrationem faciendam,cùm ſat cõ
ſtet ex hoc proceſſu,aduerſarium illegiti
mũ tribus ſententijs concordibus ſit pro-
nunciatum : quam ob rem aduerſario nõ
eſt concedendum,tot fructus percipere,
quos poſtea reſtituere non poſsit. Ad
quod eſt conſiderandus text.in.l.ab exe-
cutione. C.quorum. appel. non recip. ex
quo in eo ſtabilitur † quòd & ſi ab execu-
5 tore modum excedente appellari poſsit,
ꝙ tamẽ appellatio nõ eſt admittenda, ni
ſi fructus ſequeſtro recondantur : quia de
re agitur iam iudicata : & ſi modum ex-
ceſsiſſe executorem allegetur. quod eſt
fortius.idem & conſtat in.l.imperatores.
§.fi.ff.de appella.& in capitu.fi.de ſeque-
ſtra.poſſe.& fruct.quæ & vnica tantũ ſen-
tentia ſequeſtrum fieri conſtituunt.

Quæ & ſuadentur ex Bald.in.l.1.C.de
prohibi ſequęſtra.colu.2.quo in loco aſsi-
gnat rationem dictæ.l.ab executore.&
nempè eam eſſe ait, quia maxima ineſt
6 præſumptio † contra condemnatum ſen
tentia trãſacta in rem iudicatam : & quia
ſententia ipſa condemnatum ſuſpectum
inſinuat.cui legi & Abb.in.c.dilectus.co.1
de ſequeſtra.poſſe.& fructus.& rationem
illam eſſe cenſet.quia quãdo ab executo-
re appellatur,vtilitatis ſẽtẽtiæ impediẽ
di cauſa fieri eſt exiſtimandũ. quæ ratio-
nes ſat dicti comitis aſſertum iuſtificat.

Quòd etiã roboratur † quia ex ſeque- 7
ſtratione nulli tollitur ius,nec poſſeſsio.l.
intereſſe puto.ff.de acqui poſſe.c.exami-
nata.&illic.glo.de iudi.& in.l.3.§.fi.ff eod.
tit.dd in.l.1.C.de.ſequeſtra.poſſe.& fruct.
Aret.in.l.imperatores.§.fi.ff. de appel. &
docto.in. c.poſt electionẽ.de conce præ-
ben.Ang.in.l.4.§.condemnatum.ff.de re
iudi.cũ alijs de quibus Pet.Rebuf.in ſuo
tracta.de pacificis poſſeſſoribus. nu 86.&
hæc eſt communis opinio ſecundum Go
meti.in regul.chancellariæ.tit. de annali
poſſe.q.46.col.2.&.3.

Nec aduerſus hæc dici poteſt, Romæ
de aduerſi illigitimitate cognoſci non po
tuiſſe nec Rotæ dictas proferri ſentẽtias.

Primò hoc in proceſſu nõ eſt allegatũ.

Secundò, quia haud dubie eſt † Rotæ 8
de dicta illigitimitate cognoſci potuiſſe:
quæ ſuboritur ex matrimonio ſuorũ pa-
rentum mala fide contracto.vt conſtat in
c.referente.qui fil.ſint legi.& inibi Abb.&
dd.& in.c.ex tenore.eod.tit.& in.c.1. & in
c.lator.& in.c.cauſam.eod.tit.& in.c.tuã.
de ordi. cogni.& horum regnorũ legibus
ita eſt etiam definitum.vt in.l.56.ti.6.par
ti.1.ibi, *O ſobre naſcencia de hombre o de*
*mugcr ſi es legitima o no.* Et in eadem lege
ad finẽ,ibi, *Todas eſtas coſas ſobre dichas*
*y las otras ſemejantes dellas perteneſcen a*
*juizio de ſancta Ygleſia.* Quibus & acce-
dat tex.in.l 11.tit.22.parti.3.ibi, *O ſi el juz-*
*gador dieſe juizio ſobre coſa ſpiritual, que*
*deuieſe ſer juzgada por ſancta Ygleſia.* Idẽ
& conſtat in.l.1.tit.13.parti.4.ibi, *Si fueſen*
*accuſados algunos dellos ante juezes dela*
*ſancta Ygleſia.*

Quinimò & iure eſt conſtitutũ † ꝙ & 9
ſi ante laicũ corã quo ſucceſsionis cauſa
tractatur,quæſtio illegitimitatis incidat,
ꝙ ad iudicẽ eccleſiaſticũ ipſa illigitimita
tis cauſa eſt remittẽda:& ꝙ laic⁹ cauſam
ſuſpendere interim eſt obnoxius.ex. d.c.
tuã.& in.d.c.lator. & in.d.c.cauſã et alijs
ſimilibus quorũ recẽtiores memores ſũt

in l. Titia ff. ſolu. mat. in quo loco & ſi ſcri
bentes quidam dicant, iudicem ſecularẽ
de illegitimitatis incidẽtis cauſa cognoſ-
cere poſſe: id tantum concedunt, cùm de
facto nõ de iure agitur: at nõ verò cũ agi-
tur de declarando ex probationibus fa-
ctis, an de iure illegitimitas ipſa conſtet.
10 Quæ & præcipuũ ex eo obtinent † quia
ante ſucceſsionis cauſam ante laicum in
hoc negocio ceptã, dicta cauſa illegitimi-
tatis Rotæ erat præuenta. ex text. in l. vbi
ceptum. ff. de iudi. & in l. ſi quis poſtea. ff.
eod. ti. authẽ. de teſtib. §. & quoniã. colla. 7
tex. in l. 17. tit. 4. lib. 2. ord. & l. 7. ti. 31. parti.
2. cum alijs de quibus meminit Feli. in c.
ex tenore. nu. 19. & ſeq. de reſcrip.

Ex prædictis patet, ridibile eſſe aſſertũ,
quo dicitur, poſt dictã cauſam Rotæ deci
ſam, à laicis iterum decidendam: nanq; ſi
id eſſet verum, dicta iura canonica ſepti
partitarum quæ ſuperuacanea eſſent.

Cæterum & ipſum ſequeſtrum rectè
11 petitur, ſi quidem exiſtimandum ſit † di-
ctas ſententias Rotæ ritè & rectè latas eſ
ſe. l. 1. ff. de re iud. c. in præſentia. de renun-
cia. l. 2. C. de offi. ci. iudi. l. 1. §. his cunabulis
ff. de offi. pręf. præto. ritè quæ. c. ſicut. & il-
lic Abb. in fine. de re iud. dd. in c. cũ in iu-
re. de offi. de leg. & in c. bonę. de elect. Bal.
in l. rem non nouã. vbi probatur. C. de iu-
di. cùm alijs de quibus recẽtio. memores
ſunt in c. quoniã cõtra. de probat. & Aym.
in tracta. de antiq. tẽp. 2. part. nu. 27. & ſeq.
& præceden. & eo maximè, cùm in exe-
cutorialibus Rotæ hoc ita enuncietur. ex
l. optimã. & illic. gl. C. de contra. & cõmi.
ſtipul. & gl. in l. 1. C. de fid. inſtru. & iur. ha
ſte. fiſca. lib. 10. traditur in c. Albericus. de
teſtib. & alibi ſæpe. Et ob id Anto. in d. c.
12 lator. col. 2. inquit † quòd poſtquàm eccle
ſiaſticus iudex ſuper illegitimitate pronũ
ciauit, ſecularis iudex ab eo inhiberi va-
let: vt in cauſa ſucceſsionis niſi ſecũdũ ec
cleſiaſticorũ iudicũ ſentẽtiã nõ ꝓnũciet.

Quid plura, ſi ad iudicem laicũ cauſa à
iudice eccleſiaſtico exequenda remitta-
tur † iudicis eccleſiaſtici proceſſũ laicus
13 non eſt examinaturus, ritè an rectè ve ꝑ-
ceſſerit: ſed executio citra aliud examen
facienda eſt. vt in c. fi. de except. in 6. & in
ca. vt inquiſitionis. de hæretic. lib. 6. notat
Ange. in l. diuus. col. 1. ff. de cuſto. reo. poſt
Bald. in authenti. clericus quoque. C. de e-
piſco. & cleri. cum alijs de quibus Iaſo. &
Deci. col. fi. in l. magiſtratus. ff. de iuriſdi.
omni. iudi. & Auan. in c. ad abolẽdam. co.
fi. de hæreti.

Nec his oberit † tex. in authen. de ſan- 14
cti. epiſcop. §. ſi verò. colla. 9. quia loqui-
tur, cùm reus ab eccleſiaſtico mittitur iu
dice, vt condemnetur: at ſecus ſi vt con-
demnatus, & ita doctores in dictis lo-
cis explicauere. & in l. ea quidem. ff. de ac
cuſa. & recentio. in d. l. magiſtratus cùm
enim rei iudicatæ exceptio apud eccleſia
ſticum obeſt, æquabiliter & apud iudi-
cem laicum. vt ait text. in capitulo. fi. de
except. libro. 6. 15

Verùm & Deci. in d. l. magiſtratus. co-
lum. fi. cenſet † quòd & ſi cauſa mixti ſit
fori, ſi eccleſiaſticus pręuenit citra proceſ
ſus examen, definitum iudicis eccleſiaſti
ci exequendum eſt ex d. l. ſi quis poſtea. &
in l. 1. ff. de offi. conſul.

Quin & ſi illegitimitatis probatio-
nes in hac cauſa apud ſecularem factæ vi
deantur, manifeſtè tamen dictam com-
periunt illegitimitatem & malam fidem 16
parentum † quæ mala fides etiam conie-
cturis & ſola fama, & vnico teſte poteſt
probari. ex tex. in l. pe. C. de euictionibus.
& tenent Ancha. & Præpo. in cap. veniens
de eo qui dux. in matri. & Alexan. in con-
ſilio. 54. pen. num. 5. lib. 6. & in conſi. 46. co
lum. fi. lib. 3. & Curt. Iuni. in conſi. 64. præ-
ſupponitur. nu. 8. vbi ait, quòd hæc eſt cõ-
munis opinio. & prius tenuit Abb. in con
ſilio. 19. col. 2. in fine. lib. 2. & late Soci. Iun.
in conſ. 69. pro dilucidatione. nu. 49. lib. 1. 17

Nec prædictis dicere refragatur, quòd
nunc illegitimitatis cauſa iterum tracta-
tur Rotæ.

Tum, quia in hoc proceſſu minimè cõ
ſtat, nec poſt tres ſententias hoc fieri exi-
ſtimandum eſt: ex tex. in ca. ſua nobis. de
appel. & in clem. 1. de re iud. & in l. 1. C. ne
lice.

lice ter.prouoca.& in.l.25.ti.23.parti.3.
Tum etiam † quia & ſi ſententia in cau
ſa matrimonij lata nunquam tranſeat in
rem judicatam, tamen quæ ſuper illegi-
timitate filiorum fertur ſic.tex.& ibidem
Præpoſi.in.d.c.lator.colum.1. Verùm &
ſententia ſuper matrimonio lata in rem
iudicatam transfertur, ſaltem ad hoc, vt
quouſque de errore conſtiterit, illi ſtetur,
incumbat quæ aduerſario probãdi onus.
eſt etiam text.ad hoc & ibi Abb.in.d.c.
lator.& in.ca.ex tenore.eod.tit.& vtrobi-
que doctores.

Cęterum nec quis ad prædictorũ con-
trariam ſententiam ſubinuitandus quis
ex eo eſt, quòd dicatur, regio ſuppræmo
conſilio duabus ſententijs bonorũ & ſta-
tus tenutam aduerſario cõceſſam quouſ-
que cauſa in proprietate poſſeſſione quæ
hoc Pinciano prætorio dirimitur: & ꝙ ſi
dictum fieret ſequeſtrum dictæ abroga-
rentur ſententiæ.

Tum, quia dictarum ſententiarũ cau-
ſa fuit: quia tunc Roræ non erat illegiti-
mus aduerſarius pronunciatus, prout nũc
18 tribus ſententijs eſt. Itaq; nunc ipſa cauſa
ceſſat † debet & dictarum ſententiarum
effectum ceſſare.de appel.c.cùm ceſſan-
te.inſtitu.de nupt.§.affinitatis.& expræſ-
ſim hoc probat tex.in.l.ſi fullo.ff.de con-
di.ſine cau.quem inibi Bald.ad hoc expẽ-
dit, ꝙ ſi poſt ſententiam aliquod nouum
enaſcatur, ex quo ipſa ſententia ex cauſa
ceſſante impetitur, quòd illa ſententia il-
li cuius fauore lata eſt, nihil proderit: etiã
ſi executioni fuerit mandata. quæ de no-
uo enim emergunt, nouo indigent auxi-
lio.ff.de interrog.act.l.de ætate.§.ex cau-
ſa.& veritas quæ ex tribus ſententijs po-
ſtea lata cõſtat, præponẽda eſt dictis dua
bus ſententijs antè prolatis.vt docet text.
in.l.16.tit.11.part.3.& in.l.ſi forte.ff.de ca-
ſtren.pecul. Nec dictis duabus primis ſen
tentijs exceptio defectus proprietatis po
i ſtea euenientis ſublata cẽſeri debet.vt in.
l.naturaliter.§.nihil cõmune ff.de acqui.
poſſe.cum alijs quorum Feli.meminit in
cap.cùm non ab homine.de iudi.col.2.&
conſtat.3.parti.tit.2.l.27.

Quæ & ſuadetur, quia dictæ duæ ſentẽ
tiæ priores rebus ſic ſtantibus ſunt intelli
gedæ, nõ verò alijs ſuperueniẽtib⁹, quibus
de aduerſarij iure nõ cõſtat † qa in omni 19
diſpoſitione ſentẽtia actus ve ſemper ſub
intelligitur clauſula reb⁹ ſic extãtibus ap-
poſita: ex noua quæ mutantur cauſa.ff.de
verb.oblig.l.cõtinus.§.cũ quis.ff.de cõdi.
cau.da.l.ꝙ ſeruus.de decim.c.ſuggeſtũ.&
iu.iurã.c.quemadmodũ,& illic glo.de re-
nũcia.c.cũ inter.& ad oẽm actũ hoc An-
cha.extẽdit in conſ.84.prima facie.col.2.
& ſuſius Deci.in conſ.335.viſo cõſilio.co.2
& Card.Pau.Pariſ.in cõſ.88.ad veritatẽ.n.
30.lib.1.& Ioã.Ant.Rube.in conſ.147.viſo
inſtrumento.co.1.cũ ſeq.& facit text.in.l.
quæro.§.inter locatorẽ.ff.loca.l.ſi cõuene
rit.ff.ꝗ ſot. Et.l.cũ quis.in princ.ff.de ſolu.
quibus & alludit tex.in.l.ſi ab arbitro.in fi
ne.ff.qui ſat.da.cog.& tex notabilis ad ꝓ-
poſitum noſtrum in.l.planè.ff.vt in poſſe.
leg. vbi conſtat, quòd & ſi ex aliqua cauſa
alicui ſatiſdatio ſit remiſſa † quòd tamen 20
ex ſuperuenienti cauſa cautionem ante
remiſſam præſtare cogitur. accedat etiã
tex.in capitu.inſinuante.de inoffi.de leg.
Quibus & accedat † quia rei iudicatæ ex- 21
ceptio ex dictis duabus ſuboriens ſenten
tijs minimè obſiſtit ex cauſa nouę ſuper-
uenienti.ff.de except.rei iud.l.ſi à te.in
princip.& in.l.ſi quis cùm totum.& in.l.ſi
quis hæres in princ.& in.l.ſi mater.§.ean-
de.ff.eod.ti.ibi, *Mos alia & noua*. Et in.§.
ſi egero.eiuſde.l.iuncta glo.in verb.erit &
abundè Soci.in conſil.18.col.fi.lib.1.quod
& fulcitur † quia ad hoc vt rei iudicatæ 22
exceptio obſiſtat, triplex exigitur identi-
tas: nẽpe rei, & iuris, & eiuſdẽ cauſæ petẽ
di.ff.de re iud.l.cũ quæritur cũ ſimilibus,
ſed hic aliud ius iã eſt, alia quæ cauſa pe-
tendi ex nouis ſententijs.his & conducit
text.in.l.ſi cũ vno.ff.de excep.rei iudi.in
quo tex.ex noua defenſionis cauſa eueniẽ-
te minimè obſtat rei iudicatæ exceptio.

Deniq; & conſiderãda eſt regia ſchedu-
la ad dominos auditores dicti Pinciani
prætorij miſſa, qua ſuper dicto ſequeſtro
ius fie-

ius fieri poteſt dictas duas primas ſenten tias præcipitur † cùm ex hoc rei iudicatæ
23 exceptio ſat ſublata videtur. ex Bald. in c. ſtuduiſti. colum. 2. de offi. leg. & illic Barba. & docto. in l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iu. & Ang. in authen. de hæred. & Fal. §. ex hære datos. colla. 1. & Alex. in conſi. 136. col. 2. li. 2. cum alijs de quibus Aym. Craue. de antiqui. tempore. 1. par. num. 18. & ſequenti. & alibi ſæpe traditur. Et his hactenus.

Doctor Burgenſis Marcus Salon de Pace.

## Summarium ſuper quadrageſimo Primo Conſilio.

1 *MAIORICATVS res vendi poteſt regia facultate: etiam ſi eius venditio prohibita expreſſim fuerit etiã interueniente regia facultate. & nume ro. 18.*

2 *Maioricatus ſucceſſor hæres venditoris, tenetur ſtare venditioni factæ a ſuo prædeceſſore, cuius hæres eſt.*

3 *Maioricatus poſſeſſori & eius vxori ſi conceſſa ſit facultas regia ad vendendũ aliqua bona maioricatus, quilibet eorũ poteſt talem rem vendere, etiam mortuo alio.*

4 *Præſcriptione longiſſima omnis tollitur actio.*

5 *Maioricatus in bonis procedit præſcriptio longiſſima cum titulo. & ſequentib. pluribus.*

6 *Præſcribi poſſunt bona eccleſiæ cum titulo: etiam ſi prohibita ſint alienari.*

7 *Maioricatus bona alienari poſſũt de conſenſu illorum de familia, qui ad illa bona vocati ſunt.*

10 *Præſcriptio quadragenalis cũ titulo tantum poteſt, quantum immemorialis.*

11 *Præſcriptio immemorialis nunquam cẽ ſetur ſublata. Et ibi quid erit in præſcri ptione triginta annorum.*

12 *Præſcriptionis effectus ſunt adeo neceſ ſarii, quod etiã ſi expræſſim agatur, non poſſunt a partibus tolli.*

13 *Bona fides ex quibus conſtare dicatur in præſcriptione.*

14 *Præſcriptio. 40. annorum iuris errore non impeditur.*

15 *Bona fides ex quibus cauſetur.*

16 *Præſcriptio cepta in vita ſucceſſoris, ſi eo iuuentute finitur, nocet ſubſtitutis.*

17 *Reſtitutio ex capite ignorãtiæ non competit contra præſcriptionem.*

19 *Rex non poteſt ſibi imponere legẽ, qua eius abrogetur potentia.*

20 *Iuramentum operatur clauſulam derogatoriarum.*

21 *Hypotecaria agens, non videtur ius ſuũ remittere.*

# Conſilium quadrageſimum Primum.

IN hac cauſa comitis Cifontani, & ex alia dõnum Antonium Padilla) diuino poſtulato auxilio) videtur, dictũ donnum Antoniũ ius non habere nec eius filium primogenitũ.

PRIMO, quia oppidum ſuper quo diſertatio eſt † regia facultate fuit vendi- 1
tum: quare ab ipſa venditione recedere aduerſarij nõ poſſunt. C. de act. & oblig. l. ſicut. & tenet expræſſe Matthæ. de Aſtli. in con

in conſti.Neapol.libro.3.rub.5.in princip.
num.23.& ſequentibus, & deciſione.398.
per totam Roder.Suarez in.l.quoniam in
prioribus in.2.limita.col.16.verſic.vtrum
autem.C.de inoffi.teſta.& in allega.3.nu-
me.4.& Grego.Lup.in.l.32.titulo.9.parti.
6.in verb.*No Valdra*.columna.11.verſi.ſed
quæro.& nos plura ad diximus in repetit.
procemij legum Taurina.numero.325. &
2 ſequentib. Quin & ſi regia non ineſſet fa-
cultas † cùm dictus Antonius ſui patris
vendentis hæres fuerit,illi aduerſari non
poterat.l.cùm à matre.C.de rei vendi.l.
24.titulo.13.parti.5.text.etiam in l.vnum
ex familia.§.ſed ſi vno.ff.de leg.2.& illic
Paul.Caſtrë.qui etiam loquitur in bonis
maioricatus.& ad idem eſt optimus tex.
in.l.filius famil.§.cum pater.ff.de leg.1.do
ctores in cap.1.§.ſi vaſallus. in titulo.ſi de
feud.fue.cont.int.domi.& agna.& in.cap.
1.§.1.colu.3.de alie.feud.pater.& Bald.in.l.
qui ſe patris.col.7.verſi.item quæritur. C.
vnde libe.& doctores in.cap.1.§.hoc quo-
que de ſucceſsio.feu.Fulgo.in conſ.67.pa
ter.col.2.& Alex.in conſ.32.viſo.col.fi.li 3
Deci.in conſ.38.circa primum.col.4.pro-
batur in.l.1.C.de bon.mater.iuncta.l.ſiue
poſſeſsio.C.de euict.& in.l.cùm vir.ff.de
vſucap.cum alijs de quibus ſupra memo-
res fuimus in conſi.34.in hac lite nume.38
& ſequentib. Quę & obtinere videntur,&
ſi contractus ſit nullus.ex tex.in.l.ſi ab eo.
C.de libe.cau cuius ad hoc meminit Ioã.
Fab.in.d.l cùm à matre.ſicut nec vẽditor
ipſe ipſam alienationem diruere valeret.
vt in.l.quotiens.in.1.C.de fideicom.& in.
l.codicillis.§.inſulam.ff.de leg.2 & in.l.ni
hil.§.omnibus.ff.de leg.1.gloſ.in.d.l.cùm
vir.ff.de vſucap.& ſat probatur in.l.vendi-
cante.ff.de euict.cum alijs.

NEC oberit dicere,quod dicta regia
facultas fuit lata vt dicta venditio à patre
& matre dicti Antonij & ab ipſo donno
3 Antonio fieret.nam præter hoc, quòd &
ab vtriſque edita venditio fuit † conten-
tum in.d.facultate in ſingularitatibus re-
ſoluitur : ita quòd ſat ſit,à dicto patre di-
cti donni Antonij cum dicto Antonio,
ſiue dicta eiuſdem patris vxore facta.ex
text.in.l.falſa.§.fin.ff.de condi.& demon
ſtra.& in.l.3.ff.ſi quis cau.& in.l.3.ff.de ne-
go.geſt.& ſi princeps interrogaretur, an
ita velit, veroſimile eſt, quòd hoc idem
concederet: & ob id proconceſſo haben-
dum eſt.l.Titius.§.Lutius ff.de libe.&
poſthu.traditur in.l.tale pactum.§.fi.&
ibidem gloſ.& doctores.ff.de pact.& ali-
bi ſæpe.

VERVM & præſcriptio cauſata
cum dicto titulo venditionis, ſat eſt ad
excluſionem aduerſarij † quia longiſsi- 4
ma præſcriptione omnis aufertur actio.
C.de præſcript.30.vel.40.anno.l.ſicut.
&.l.omnes.capitulo ad aures de præſcrip.
& in capitulo noluimus.16.quæſtione.4.
&.3.parti.titulo.29.l.21.enim longiſsima
præſcriptio non petentis odio conſtitu-
ta : & ob id mala fide ciuile ius poſſe cur-
rere ſancit.in.d.l.ſicut.& in.d.l.21.titulo. 5
29.parti.tertia. Et quòd † præſcriptio
illa longiſsima in maioricatus etiam lo-
cum habeat ( & ſi complura ſint in con-
trarium ) vrgere tamen videtur, quia ſe-
cundum communę docentium votum,
res alienari vetita.10.vel.20. præſcribitur
annis.vt tenent Bartolus,& doctores in.l.
filius familias.§.diui.ff.de leg.1.& præci-
puum inibi Alexand.columna octaua ex
text.in.l.quotiens ab omnibus.C.de fidei
commiſ.& probatur in.l.qui hæredi.§.ſi
pars.ff.de condi.& demonſtra.& eſt ma-
gis communis opinio, prout teſtatur
Balb.in tracta præſcrip.5.parte.5.partis.4.
quæſtione columna tertia & tenent do-
ctores in capitulo cùm non liceat.de præ
ſcrip.quin & res reſtitutioni ſubiecta lon
giſsima præſcrione ptipræſcribitur.vt te
nent Paul.Caſt.& alij in.l.fi.§.ſin autem.
C.cõmun.de leg.& fideicom.& probatur
in capitulo primo.§.ſi quis per.30.ſi de
feud.fue.cont.int.do.& agna.& tenet Ia-
ſo.in relect.dicto.§.diui.columna fina.&
Alexand.in conſilio.59.attentis verbis.co
lumna quarta libro tertio & in conſilio ſe
cundo : quoniam columna penult. verſi.
ad ſex-

ad ſextum.li.5.& Corne.in.conſ.304.rem arduam col.12.li.3.& in cõſ.38.placet.col. 3.lib.1.& inibi dicit hoc probari in.l.in rebus.§.omnis.C. de iu.doti.idem & conſuluit. Iaſo.in conſi.57. in cauſa mota.nu. 5.li.1.Balb.in.d.eius tracta.5.parte.5.partis. q.5.& ſpeciatim ꝙ in rebus maioricatus præſcriptio locum habeat conſuluit Soci. in conſi.47.facti.li.3.& Cardi.Paul. Pariſi. in conſ.23 prima.num.197.& ſequentibus & nu.204.lib.1.& latiſsimè And. Tiraqu. in tracta.de primogenitura. quæſt.30. per totam.vbi ex pluribus defendit Soci.qui idem tenet in conſi.47.in.4.quæſtione libro.3.& Pinel.in.authent. niſi tricennale. nu.23.& ſequentib.C.de bo.mater. prout
6 & in eccleſiæ rebus † & ſi alienari prohibitis præſcriptio quidem procedit.cap.de quarta.de præſcrip.authen.quos actiones. C.de ſac.ſanct.eccle & minorum res quę alienari prohibentur.( l. magis puto.§.1. cum ſuis ſimilibus.ff.de reb.cor.) præſcribi tamẽ poſſunt.ff.de vſucap.pro empto. l.2.§.ſi à pupillo cum alijs. & hæc confir-
7 mantur † quia fideicommiſsi & maioricatus res & domum extra familiam alienari prohibita,illorum de familia communi aſſenſu alienari queunt.ff.de leg.2.l. cùm pater.§.libertis.& in.d.l.quotiens.in 1.C.de fideicõmi.& ideo præſcribi poterunt,nam cùm illi de familia rem tanto tempore non petierint, tacitè videntur alienationi conſentire.vt tenent Barto.& docto.in.d.§.diui.& alibi ſæpe traditur.

Quin cùm non datur agendi impedi-
8 mentum † decennnũ ſufficere ſeu.20.annos(etiam in fideicommiſsi rebus)teneţ Cin.in.d.l.fi.§.ſin autem. C.cõmu.de leg. & fid.cõmi.& ibidem idem firmant Belleperti.& Baldus.

Quæ omnia ob id maximè obtinent,
9 quia præſcribens à prohibito titulum nõ habet,ſed ab alio † in quo caſu indiſcriminatim rem alienari inhibitam,& fideicõmiſſo ſubiectã præſcribi poſſe exiſtimauerunt Cin.colum.pen.& antiqui in.l.fi. C.in quib.cau.in integ.reſti non eſt nece. & Bald in.l.2.C. de vſucap.pro empto.& in.d.l.fi.§.ſed quia.colum 3.C.commu.de leg.& illic Iaſo.colum 3.Albero.in.ca.1.in princip.col.penult.in tit.per quos ſi.inueſti.& in capitulo.1.§.hoc quoque.col.6.de ſucce.feud.& eſt doctorum cõmune placitum vt ait Loaz.in repe.d.§.diui.nume. 101.& illic Crot.nume.144.concluſio.5.& Iaſo in authenti.res quæ.colum.2.C.commu.de leg.Cornel.in.d.conſilio 304.lib.3. & habetur in.l.pater filium.§. quindecim libertis.ff.de leg.3.& tradit lateCard.Pau. Pariſi.in.d.conſilio.23.numero.204.& ſequentibus.libro.1.

Præterea & præſcriptio.40.annorum cum titulo † tantum operatur ſicut im- 10
memorialis.cap.1.de præſcript.libro.6.c. ſuper quibuſdam.§. præterea.de verb.ſignifi.tenet Abb.in cap.dudum: colum.2. de decim.& in.cap.ſi diligenti. colum.8. de præſcrip.& Cur.Iuni.in conſi.20.præſupponitur.Et eſt bonus tex.in.l.fi.in finalibus verb.C.de præſcrip.long. tempo.& in.l.ſi ego.§.1.ff.de publicia.& tenet Paul. Caſtren.in.l.ſeruitutes ea magna.ff.de ſeruitu.tit generali.Quare & ſi in maioricatu non habeat locum præſcriptio.40.annorũ, immemorialis verò videtur quòd ſic,ſeu.40.annorum cum titulo. quæ idẽ
eſt † præſcriptio enim immemorialis nũ 11
quam ſublata videtur. vt in authent.vt de cætero commuta.eccleſi.& ibidem Ang. colla.5.& doctores in.l.1.C.de præſcript. 30.vel.40.anno.cum alijs de quibus moder.in rub.de præſcript.& Balb. in.d.eius tracta.præſcrip.3.parte. 5. partis.quæſtione.8.Boeri.in deciſio.39. præſcriptio.nu. 12.& latè Card.Pariſi.in conſilio.101.bona.num.84.lib.1.& in conſilio.25.vidi.numer.17.lib.4.quibus & fauet optimus tex. in.l.finali.C.de fund.patri.li.11.cuius text. meminit Balb.in.d.eius tracta.2. parte.5. partis quęſtione.1.columna ſecunda in fine.poſt Baldus in.l.comperit.C.de præſcript.30.vel.40.anno.quæ & ſuadentur, quia & ſi ſtatuto alia vè conſtitutione ſanciatur, nullam obſtare præſcriptionem , ob id præſcriptio tantum longi temporis ſublata cenſetur , non verò longiſ-

longiſsima.30.annorũ.vt tenet glo.in.c.1.
§.preterea.in verb.preſcriptioni.de capi.
corra.& illic Velloui.Nico.Neap.Laudẽ.
Bald.Alberic.Præpoſi.& illic Barba.in ad-
ditionib.& Abb.in.c.fi.col.8.de præſcrip.
Aretin.in.l.quandiu.col.2.ff.de acqui.hæ-
red.Ioſo.in.l.1.col.ante pen.C de ſeru.fu-
gi.& eſt ſimilis glo.in.ca.1.de prohi.feud.
al.per Federic.

12 Vlterius his & conducit † quia præſcri
ptionis effectus ſunt adeo neceſſarij, q̃ e-
tiam ſi expræſsim agatur, non poſſunt à
partibus auferri.authore Bartolus Cuma.
Alex.& recentio.in.l.nemo poteſt.ff. de
leg.1.Bald.poſt alios in.l.centurio.colu.fi.
ff.de vulg.& pup.ſubſti.& in authent.quas
actiones.col.3.C.de ſac.ſanct.eccleſi.& in
l.paſciſci.2.lectu.in fine.ff.de pact.& in.l.
ſi quis poſtquàm.ff.de fideiuſſo.& in.l.fi.
§.fi.in princip.C.de tẽpo.appel & eſt cõ-
munis opinio teſte Felin.in rub.de præſ-
cript.col.5.num.11.& Balb.in d.eius præſ-
cript.tracta.5.parte.5.partis principalis.6.
quæſtione.

13 Et bona fides † ad præſcribendũ quòd
hic ad fuit.conſtat.

Tum iuris præſumptione.C.de euict.
l.pen.& ff.pro ſot.l merito.tenet Barto.in
l.Celſus.col.3.ff.de vſucap.cum alijs ſupra
à nobis citatis in conſil.3.num.101.

Tum ex fama & auditu bona fides ori-
tur.ex.d.l.pen.notat Abb.in.cap.cura col.
fi.de iu.patro.cũ ſimilibus citatis per Bar-
ba.in conſ.51.col.2.libro.4.& ex curſu lon
giſsimi temporis.l.fi.C.vnde vi.& in.d.l.
Celſus.Et inibi moder.&in.c.ſi diligẽti.de
14 præſcrip.quin & † quadragenaria præſcri
ptio.iuris errore non impeditur.l.8.ti.14.
part.1.tex.in.c.peruenit.de empt.& vẽdi.
& illic Anto.col.1.& Imol.& idem tenet
Anto.in.d.ca.cura.de iu.patro.col.3.idem
Imol.in capitulo fin.columna.4.de præſ-
cript.& Paul.Caſtren.in.d.l.Celſus.Rom.
in conſil.123.circa primum.colum.3.cùm
verò caſus ambiguus eſt, tunc nec errore
iuris longa diruitur præſcriptio. capitulo
cùm.de conſuetu.traditur in capitulo pri
mo.de poſtul.præla.libro.6.doctores in.d.
capit.de quarta.de præſcrip.& alibi ſæpe.

Tum & denique † quia bona fides cau 15
ſatur non tantum ex iuſtis cauſis, ſed e-
tiam ex iniuſtis & temerarijs rationis.vt
ait gloſ.notabilis in.l.prima in verb.receſ
ſit.& ibi Baldus C.vbi cauſ.ſta.cuius gloſ.
meminimus ſupra in conſilio.4.in cauſa.
numero.17.

Deníque Et cùm præſcriptio cæpit in 16
vita ſucceſſoris † & præſcriptio finitur, no
cet ſubſtitutis.vt per Cornel.in dicto con
ſilio.304.colu.12.lib.3.& tenet Card.Paul.
Pariſi.in conſilio primo numero.125.lib.1.
Et tradunt alij doctores quos iam citaui-
mus in præſenti.num.5.

Nec ex capite ignorantiæ reſtitutio
competit † nam & plerique tenent, ex ca 17
pite ignorantiæ teſtamenti ſeu iuris ad-
uerſus præſcriptionem reſtitutionem mi
nimè concedi.ex.l.fi.C.de long.tempo.
præſcript & tenet Baldus in.l.1.in.24.op-
po.C.qui admi.& Cuma.in.l.cùm filius.
§.in hac.ff.de verb.obliga.Ancha.in con-
ſilio.170.principaliter.

Tum, quia legibus regijs non cauetur,
ex capite ignorantiæ ſiue iuris aduerſus
præſcriptionem reſtitutionem dari: ſed
in alijs cauſis diſsimilibus, vt cõſtat.3.par-
ti.titul.29.l.28.&.6.parti.titul.fi.l.fi.

Tum etiam, quia contra longiſsimam
præſcriptionẽ (de qua hic agimus) quòd
nulla concedatur reſtitutio probatur in.
d.l.fi.C.de fund.patrimo.libro.11.& in.l.fi.
C.de long.tempo.præſcrip.& in.d.l.ſicut.
& in.d.l.omnes.in fine.tex.commodus in
capitulo.2.de præſcrip.libro.6.Anchar.in
conſilio.170.& Areti.in.d.conſil.103.bre-
uitas.col.2.& in.l.qui vniuerſas.§.fi.colũ-
na.2.ff.de acqu.poſſe.Soci.in.l.cùm filius.
§.in hac.columna penu.ff.de verb.obliga.
Alexand.in conſilio.163.viſo proceſſu cau
ſæ.libro.2.(& ibidem citat Ange.in.d.l.ſi-
cut.)idem Alexan.in conſilio.155.viſo the
mate.col.fi.libro.2.Curti.antiq.in conſil.
penulti.colu.3.Deci.in conſi.29.colum.2.
&.3.Card.Paul.Pariſi.in.d.conſil.1.nu.124.
lib.1.Soci.Iuni.in cõſi.22.pulchra.col.fi.li-
bro.1.& prius Soci.in conſ.164.viſa bulla.
colum.

col.fi lib.2. & optimè in conſi.194.ſubtiliter col.3. tradunt moder. in authen. quas actiones.C. de ſacro ſanctę eccle.

TVM & denique, quia & illi qui tenuerunt, ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionem quem poſſe reſtitui, non quidem loquuntur, niſi cùm ignorãtiæ probabilis datur vt tenet Imol. in d.cap.fi.de præſcrip.col.32.& probatur in.d.l.ſicut. prope finem.C.de præſcript. 30.vel.40.anno.&in.l.nec ſupina.ff.de iur. & fact.ignor.& Ancha.in.d.conſ.170.

RVRSVS & dictæ venditioni minime obſtat, quòd in ſcriptura dicti maioricatus(facultate regia confecta)ſit conſti-
18 tutum † quòd ipſius maioricatus bona vẽdi etiam cum regia facultate nõ poſſint, abrogantur quæ inibi futuræ venditiones.

QVIA in dicto maioricatu nulla clauſula derogatoria future facultatis regiæ imponi valuit.ex tex.in.§.vis autem ciuile.inſti.de iu.natu.tenet Bald.in prolud.feudorum.char.3.& Ioan.Monach. in ca.1.de conſtitu.in.6.& Iaſo.in conſil.227. pro enucleanda.colu.fi.verſi.primò quòd lib.2. Quin nec ipſe rex † ſibi poterat legẽ
19 imponere, qua eius abrogetur potentia. ex.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.3.&.l.Seyus & Augerius.ff.ad.l. Falcid. notat Paul.Caſtren.in.l. humanum.C.de legib.& inſignè.Iaſo.in.d.conſ.227.col.14 cum aliis de quibus memores fuimus in repeti.proœmij legum Tauri.num.462.

TVM, quia dicta venditio iuramento fuit munita † quod iuramentum ope- 20
ratur clauſulam derogatoriam cluſularũ. ex gloſ.in.cap.cum non deceat.de elect. lib.6.notat Bald.in.l.ſancimus.C.de teſta. cui inibi recentiores aſſentiunt.& ſat inſtruitur ex ſententia Ioan.And.in regul. quod ſemel.de regu.iur.in 6.Barto.in.d.l. ſi quis in principio teſtamenti.cum aliis quorum meminit Iaſo.in.l.pacta nouiſſima.C.de pact.col.1.

NEC etiam ad ſeri poteſt, dictum comitem iuri quod habebat quòd ſibi bona
venderentur † ex eo remitere cẽſendum 21
eſt, quòd hypothecæ ius petierit.ex text. in.l.cùm de indebito.ff.de proba.cum alijs quæ Deci.ad hoc tradit in conſi. 468. puncto.num.6.& agere quis poteſt hypothecaria ad rem, ſuper cuius dominio cõtrouertitur.vt in.l.in rebus.& illic Bald.C. de iu.doti.Deci.in.l.nec pignus.ff.de reg. iur.& ex iure ex cauſa de pręterito ſuperueniente potuit comes tractare de iure primeuo, & de venditione facta & facienda.l.ſi rem alienam §.fi.ff.de pigno.act.& in.l.ſi mandauero tibi, vt à Titio.ff.mãd. & vtrobíque ſcriben.& in.l.non poteſt.ff. de iudi.

Marcus Salon de Pace Legum Doctor Burgenſis nuncupatus.

## Summarium ſuper quadrageſimo ſecundo Conſilio.

1 *TERRAE cultæ de nouo reducendæ ſunt ad paſtura.*

2 *Poſſidentis conditio melior eſt in re cõmuni.*

3 *Teſtes cuius ætatis et qualitatis eſſe debent, ad probandam immemorialem.*

4 *Præſcriptio non poteſt cauſari circa inculta ad hoc vt non reducantur ad culturam, & ſequentib.*

5 *Præſcriptionis extenſio non fit de re ad rem, nec de perſona ad perſonam.*

6 *Iudicandum eſt in dubio contra præſcriptionem.*

7 *Gabellæ non ſunt diuidendæ nec diſtribuendæ inter oppidanos alicuius villæ & locorum tali villæ ſubiectorum & ſequentibus.*

Diui-

8 *Diuiſio inter homines vniuerſitatis fa-*
*cienda eſt pro ea parte, pro qua fuit in*
*onere portio & contributione pro modo*
*quæ contributionis.*
9 *Opinio vltima alicuius gloſæ videtur à*
*gloſa approbata.*
11 *Lucrum qualiter diuidatur ſocios.*
13 *Diſtributiuũ non ſemper æqualiter de-*
*bet diſtribuere.*
14 *Paſcuis publicis æqualiter debent vti*
*habitantes ruri, ſicut & habitantes in*
*oppido.*
15 *Præſcriptio minor quadraginta anno-*
*rum non currit contra vniuerſitatem.*
16 *Priuilegium qualiter contrario vſu per*
*dat vniuerſitas.*

# Conſilium quadrageſimum Secundum.

DIVINO auxilio inuoca
to. In cauſa oppidi de Ver
gara & eius diſtrictum &
vniuerſitatem de Anzola.
dicti oppidi de Vergara
ius breui probabitur.

PRIMO quòd aduerſarij † tenen-
1 tur reducere terras cultas ad paſcua ( ex
quo communia ſunt) ſuper quibus hæc
lis tractatur. vt cõſtat in. l. 2. C. ad. l. Aquil.
& in. l. præſes. & in. l. ſi manifeſtę. C. de ſer
ui. & aq. & in. l. ſed ſi quis. §. ſed nec ſerui-
tus. cùm. l. ſequentibus. ff. de vſu fruct. & in
ſignè. Cæpol. in tracta. ſeruitu. titul. de ſer
ui. iu. paſten. columna. 14. Ex quibus ſubo-
ritur praxis huius regiæ cãcellariæ, qua iu
dicari conſueuit, à quadragintis annis in
paſcuis communibus culta ad paſtum cõ
mune redenda & prædictis addenda eſt
regia ſchedula, & diſta in hoc Pinciano
oppido. 20. die Marci anni. 1551. Quæ viſa
eſt ſcriuari in pragmaticis anni. 1552. quæ
fuerunt confectæ circa modum locatio-
num de hæſarum capitulo. 2. Et habetur
lib. 7. nouæ recopil. tit. 7. l. 22.

QVÆ & ſuadentur † quia in re com-
2 muni melior eſt cõditio poſſidentis. l. Sa-
binus. ff. commu. diuidum. §. religioſum
inſti. de rer. diui. & maximè cùm prohi-
bens tractat. ad præſtinum ſtatum rem e-
uoluendam. ||vt aduertit gloſ. in. d. l. Sabi-
nus. cum alijs quorum Ioſo. meminit. in.
l. ſerui electione. §. 1. columna quarta. ff.
de leg. 1.

NEC immemorialis conſuetudo (quã
aduerſus prædicta aduerſarij allegãt) prę-
dictis refragatur.

Tum, quia conſuetudo immemoria-
lis non eſt probata, nec probari potuit
† ſiquidem teſtes non ſint. 54. annorum, 3
& ita illis immemorialis conſuetudo ſi-
ue præſcriptio probari non poteſt autho-
ribus Lap. & Gemi. in cap. 1. de præſcript.
libro. 6. traditur in. l. ſi arbiter. & ibi glo. ff.
de probat. optimus text. in. l. 41. in legibus
Taurinis, quæ habetur lib. 5. nouæ recopi.
titulo. 7. l. 1. Nec ipſi teſtes loquuntur cum
qualitatibus ad immemorialẽ requiſitis
quæ traduntur in dicto capitu. 1. & in capi
tulo ad decimas de reſti. Spol. libro ſexto
& doctores in capitulo præterea. §. ſuper
quibuſdam de verb. ſigni & in. l. ſi arbiter.
& ibi eſt gloſ. ff. de probat. & in. l. ſi certis
annis. C. de pact. & probatur in. d. l. 41. in
legibus Tauri.

PROINDE nec reſpectu eorum
† quæ in culta ſunt poteſt dici aliquam 4
præſcriptionem cauſatam.

Tum, quia tantũ præſcriptum quantũ
poſſeſſum. de præcrip. c. auditis. & in. l. 1. §.
ſi quis hoc interdicto. ff. de iti. act. quæ pri
ua. Innoc. & doctores in capitulo dile-
ctus. de capel. monacho. Nec † præſcrip-
tionis fit extenſio de re ad rẽ, nec dę per- 5
ſona ad perſonã. c. cùm contingat. & in. c.
cũ in tua. de decim. l. deniq; cum ſequẽ. ff.
ex qui-

ex quib.cau.maio.& vtrobíque doctores
cum alijs de quibus recentio.in dicto ca.
auditis.& ſat etiam probatur,in.l.1.§.Iulia
nus.ff. de iti.act.quæ priua.cuius ad hoc
meminit Bartolus in authentica,qui rem
columna.fi.& illic Iaſo. numero.21.C. de
ſacro ſanctæ eccleſię & Bartolus in.l.poſt
dotem.columna.10. ff.ſolut.matri.& in.l.
iuſiurandi.§.ſi liberi.ff.de ope.libe.quæ &
ſuadet text.in capitulo quod tranſlationé
de offi.leg.& ob id Bald.in.l.fi.columna.4
verſicul.vnum aliud.C.commu. vtri.iud.
cenſet,cóſuetudinem tantum habere de
potentia,quantum de vſu,et ſuos non poſ
ſe excedere fines cui adſtipulatur Iaſo.in.
l.de quibus.numero.24.ff.de legib.

Tum etiam,quia conſtat de initio, &
ob id præſcriptio ſeu conſuetudo imme-
morialis eſſe non poteſt.ex traditis in di-
cto capitulo.1.de præſcript.libro.6.& illic
Ioan.Andr.& alij.

6 Tum,quia † in dubio contra præſcri-
ptionem iudicandum eſt.vt conſuluit Bal
dus in conſilio.450.libro.4.cum aliis tra-
ditis per Aym.Craue.in conſilio.29.pro
clariori.numero.9.libro.1.& in conſilio.
201.præſupponitur.nume.37.lib.2.

VERVM quo ad punctum quod ga-
bellarum quæ intra dictum oppidum de
7 Vergara percipiuntur † partem aduerſa-
rij non ſint habituri,ex eo cóſtat,ex text.
in.l.1.§.ſed manifeſtè.C.de cadu.tol.ibi,
*Tunc enim quemadmodú ſolus vel ſoli præ
ſtabunt, ita & lucrum ſentiant.* Et idem
probatur in.l.ſi hæres.ff.de leg.1.& ob id,
*El encabeçamiento.* Sic vulgo dictum ad
aduerſarios trahendum non eſt: diſtribu-
tiuum enim non æquilibrio diſtribuit,cú
onus emolumétum vè in æqualia ſunt.§.
& ſi ex diſparibus.inſti.de vulg.ſubſti.&
in.l.1.C.de impub.& al.traditur in.l.hoc
articulo.ff.de hæred.inſti.& fuſe Homod.
in d.conſi.288.colum.penul.

8 QVÆ & ſuadentur † quia diuiſio fa-
cienda eſt pro ea parte,pro qua fuit in o-
nere portio & contributione; pro modo
quæ contributionis.l.ſodales.& illic nota
tur.de coleg.illici.& ibidem Bartolus co-
lumna.fi.quo cenſet loco,diuiſionem in-
ter homines vniuerſitatis pro oneris mo-
do faciendam & per es & libram.quod e-
tiam tenet Baldus in.l.omnium.C.de ve.
& communi.& Ioan.de Plat.& Iacob.Re
buf.in.l.1.C.de apoch.publi.libro.11.& in.
l.fin.C.de immu.nemini.conced. Pet.de
Vbald.in tracta.de collectis.numero.41.
& ſat probatur in.l.quotiens.ff.ad Trebel.
& in.l.ſecundum naturam.ff.de regul.iur.
& optime in.l.planè in 1.§.inde dicitur.ff.
de leg.1.vbi dicit Bald. quòd ſi oppidum
emat locum diſtribuendum inter ruſti-
cos pro domibus faciendis quòd qui ma-
gis in pretio exoluerit,maiorem habebit
in commodo portionem. Et ita cùm di-
ctum oppidum de Vergara ante dictam
conductionem regi factam ſeu *Encabeça
miento*.ex.l.77.perſoluerat & dictum op-
pidum gabellæ forane regi ſoluebat ad ſe
totum cómodum percipere poteſt.Quæ
& ſuadentur ex glo.in capitulo cùm nul-
lo.18.quæſtione.2.quæ ait,quòd ſi duo ſe-
gregantur monaſteria,& ob id eorum di-
uidunt bona, quòd diuiſio & efficienda
eſt pro modo portionis,non verò æquali
ter.citat.12.quæſtione.2.capitulo.1.& hęc
fuit illius gloſ.vltima ſententia † quæ ob 9
id ab ea videtur comprobata.vt ait glo.in
l.qui filiã.§.Sabinus.ff.ad Trebel.pro qua
eſt tex.in.l.ſi idem cum eodem.§.fi.& il-
lic Baldus.ff.de iuriſdi.omni.iud.& ita te-
nendum eſt.& ſi contra iam dicta appli-
cari poſſent quæ nos adduximus in diui-
ſione faciendi paſcuorum inter ciues ali-
cuius oppidi.in.l.3. Tauri.numero.498.&
ſequentibus.

Superiora & conſtant,quia in dicto op-
pido de Vergara ſunt cópluresciues quã
in oppidis de *Ançola* & *Oxirondo* † ob id 10
nequaquam dicta diſtributio gabellarum
(prout aduerſarij petunt) facienda eſt.ex
ſententia Baldus in authentic.defuncto.
C.ad Tertul.vbi tenet, diuiſionem inter
ciues efficiendam pro portione,quam iu
ris ratio vnicuique diſtribui præcipit.

Cæterum & prædicta fulciuntur, quia
ſi cæſar noſter tam incolas dicti oppidi
quàm

quàm aduerſarios eius priuilegio in lu-
cris gabellarũ ſocios efficeret, illíſque gra
tiam facere non equabilibus portionibus
11 eſt intelligendũ † ſed tantum quòd eam
habeãt partẽ quam ad ſocietatẽ adduxe-
rũt.ff. pro ſotio.l.ſi ſocietatẽ.cũ ſimilibus.

His & congruit text.in.l. imperatores.
ff.de ſerui. ruſti.præd. Quæ commodum
12 vnicuique tribuit † pro modo poſſeſsio-
num,non quæ in æquilibrio.& ſatis con-
ſtat ex Alberi.in eadem.l.imperatores. &
tex.in.l.teſtatrix.§. plures.ff.ſi ſerui.vẽdi.
& doctores in.l.1.C.de apoch.publi.lib.11.
Cornel.in conſilio.48.qui in pręſenti.co-
lumna.3.lib.3 vbi tractat de diuiſione in-
ter duas ciuitates efficienda: & eam autũ
& faciendam, ſecundum quod ipſas tan-
git vniuerſitates,& per es & libram. quod
etiam traditur in.l.in fraude.C.de anno-
nis & tribu.lib.11.& ſingulariter idem te-
net Specul.in titu.de rapto.& incend.nu-
mero 2.colum.2. quem omnino videas.

Quibus etiam congruit, quod habe-
tur. *En el encabeçamiento general*. condi-
tione.31.& conditio.11.quibus diſponitur.
*Que la contribucion del encabeçamiẽto ſe
haga entre la villa y tierra teniendo conſi-
deracion a la vezindad de cada lugar, y a
lo que ſe a coſtumbre vender por ellos.*

Proinde ſi fieri contingeret, quòd ad-
aduerſarij plus comitatenſes quàm ciues
perciperint,aduerſus ea quæ traduntur in
capitu. Rodulphus.& illic Hoſtien.& Ful
go.in.l.fi.C.de ſacro ſanct.eccleſiæ.& Bal.
in ſingula.in verb.ciuitas.nec æquabiliter
13 † diſtributiuum in hoc caſu debet diſtri-
buere.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu & habi.
& in.§.Iuuentius.ibi. *Aliquãdo enim cum
vſurario largius agendum eſt,pro dignita-
te eius, cui relictus eſt vſus.* Quod & Ia-
cob.Rebuf.tract.in.l.1.C. de apoch.publi.
lib.10.Collecta.in.c.ad quæſtiones.de re.
permuta.ex hoc cenſens † ruri habitãtes 14
nemoribus vniuerſitatis minus frui poſ-
ſe,quàm oppido habitantes.& ſat conſtat
in.d.l.1.C.ne ruſti.ad vllum obſeq.

Nec dicere obſiſtit, quòd poſt dictum
priuilegium aduerſarij perceperint par-
tes quas dictarum gabellarũ prætendunt,
ſiquidem non dum à dicto priuilegio.40.
anni decurſi ſunt, imò nec.20.& ita aduer
ſus dictum oppidũ de Vergara nulla præ- 1
ſcriptio fuit cauſata † nam contra vniuer
ſitatem ſeptipartitarum iure,.niſi.40.an-
norum præſcriptio non currit.ex.l.7.titu.
19.part.3 traditur in authent. Quas actio-
nes.C.de ſacro ſanct.eccleſiæ,nec priuile
gium vniuerſitas perdit ex contrario vſu
† niſi.40.annorũ contrarius ſit vſus:ſi qui- 16
dem cùm iure regio(ad inſtar rerum ec-
cleſiæ)præſcriptio niſi.40.annis in bonis
vniuerſitatis non currat.ex d.l 7.ſic & vni
uerſitatis priuilegium niſi lapſis.40.annis
contrario non abrogatur vſu, vt in eccle-
ſiæ priuilegio doctores aduertunt in capi
tulo, cùm acceſsiſſent. de conſtitu.Et ini-
bi Felin.col.10.& Balb.in tracta.præſcrip.
4.parte.5.partis principalis. quæſtione.4.
alia citans videnda.& ſi in eodem tracta.
ipſe Franciſc.Balbus aliud velit in nundi-
narum priuilegijs Et his hæc iuris alle-
gatio abſoluitur.& de dicti oppidi de Ver
gara iure ſatis conſtat.

Marcus Salon de Pace Legũ Doctor,
Burgenſis nuncupatus.

# Summarium ſuper quadrageſimo Tertio Conſilio.

1 *VIDVA tutrix filiorum ſi aliquid emit, videtur emere ex propriis bonis nõ vero ex bonis mariti nec ſuorum pupillorum. & multis nume. ſequentib.*

2 *Emiſſe quis videtur in dubio ex ſuis pecuniis.*

4 *Vxor conſtante matrimonio præſumitur effecta diues ex propriis bonis, non vero ſui matri. & plurib. ſequentib.*

6 *Maritus ſoluto matrimonio dũ viduus eſt, præſumitur bona quæſiuiſſe, non vero durante primo eius matrimonio.*

9 *Intellectus. l. Quintus. ff. de donat. int. vir. & vxor.*

11 *Mulier dicenti, de bonis propriis ſoluto matrimonio aliqua bona emiſſe, & non de bonis filiorum, credendũ eſt: niſi contrarium plene conſtiterit.*

12 *Societas morte finitur.*

13 *Societas tacita non videtur contracta inter matrem viduam & eius filios: & ſi ſimul habitent, & bona in communi habeant.*

15 *Inuentarium facere non tenetur mater vidua relicta curatrix in teſtamento,*

16 *Inuentariũ præſumitur non doloſe confectum a tutore vel curatore: nec præſumuntur alia bona defunctorũ reliquiſſe, quam in eo contenta. & nu. 18.*

17 *Poteſtatio facta a tutore in inuentario, quod ſi alia bona vltra contenta in inuentario inuenerit, quod ipſe ea manifeſtabit, eum immunem reddit.*

19 *Teſtis inimicus non poteſt eſſe teſtis.*

20 *Teſtis depoſitio alterius litis non facit plenam fidem in alia cauſa.*

21 *Teſtis deponens per verbũ videtur non probat.*

22 *Teſtis dictum non concludit, cuius ratio non eſt ſufficiens.*

23 *Confeſſio extraiudicialis facta abſente parte non eſt potens ad obligandum.*

24 *Confeſſio extra iudicialis duobus teſtibus debet probari.*

25 *Pater et ſi filios habeat, poteſt ſuæ vxori legare quintam partem ſuorum bonorum.*

26 *Legitima filiorum de bonis reſiduis debet deduci, quando pater fecit maioricatum de aliis bonis virtute regiæ facultatis. & ſequentibus.*

27 *Facultas regia parenti conceſſa ad faciendum maioricatum, non extenditur ad vinculandam quintam partem bonorum ipſius patris: cũ de ea libere (ſecundum leges regias) diſponere poterat. & multis nume. ſequentib.*

28 *Facultas regio non eſt explicanda contra eam impetrantem, et numero. ſequẽ.*

29 *Teſtatorem inteſtabilem voluiſſe decedere non eſt præſumendum.*

30 *Actus geſtus ita videtur. vt minus ius gerentis lædat.*

31 *Quinta pars bonorum defuncti magis priuilegiata eſt, quam cætera bona.*

32 *Argui licet ab ordine literæ.*

33 *Pater an prius videantur diſponere voluiſſe de tertia parte ſuorum bonorum, quam de quinta parte, cum quid donationis ſeu maioricatus titulo filio donauerit. & nume. 34.*

35 *Legitima prius deducenda eſt.*

36 *Feudalia bona eſſe, probatur regia aſſertione.*

37 *Feudalia eſſe bona, probatur per publicam vocem & famam.*

38 *Feudum teſtibus probari poteſt.*

39 *Fœmina in feudis non poteſt ſuccedere.*

Fœmi-

40 *Fœmina & ſi pro ſe habeat verba generalia ſententiæ (tranſactæ in rem iudicatam) quod habeat legitimam in omnibus bonis defuncti, eam habere non debet in bonis feudalibus.*

41 *Sententia verba ſemper ad ius commune ſunt reducenda.*

42 *Exceptionem rei iudicatæ non obſtare, in dubio iudicandum eſt.*

43 *Error confeſsionis conſtat, quando aliter conſtat ex inſtrumẽto, ad quod quis ſe refert.*

44 *Confeſsio interprætanda eſt, vt minus confitentem obliget.*

45 *Extimatio rerum fieri debet viſis rebus extimatis ab extimatoribus.*

46 *Extimatores optime res extimaturos, iurare conſtringuntur.*

47 *Iudex an ſit extimaturus ſecundum eius arbitrium, quãdo non conſtat de rei valore.*

48 *Tutor in exigendis debitoribus pupillaribus, tantùm tenetur de dolo & lata culpa.*

49 *Minoribus aſſerentibus culpa lata ſeu dolo tutores eorum non exigiſſe debita, incumbit onus probandi.*

50 *Poſitiones ponens non poteſt ſe eis iubare, quando pars aduerſa eas negauit. Et inibi an ſtetur confeſſioni uxoris, quod arræ excedebant decimam partem bonorum mariti tempore promiſſionis.*

# Conſilium Quadrageſimum Tertium.

DEI optimi maximi & eius ſanctiſsimæ matris auxilio petito. In hac cauſa comitiſſæ de Melito cum eius filia donna Maria.

Aſſerimus iuris eſſe, quòd oppida de Paſtrana & Galue & alia quæ dicta comitiſſa poſt mortem ſui mariti emit, de bonorũ dicti comitis corpore non ſunt cenſenda: ſiquidem ea cõpluribus annis poſt dicti comitis mortem emerit, & ſi filio-
1 rum communium curatrix fuerit † & ꝙ ea ex bonis propriis quæſiſſe videtur, non autem ex bonis mariti nec ſuorum pupillorum tex. optimus in. l. ſi defunctus. C. arbi. tute. Bartol. Bald. & doctores in. l. cùm oportet in princi. C. de bon. quæ libe. Bal. in. l. ſi patruus. col. 2. C. commu. vtri. iudi. quod & ſecundum eum ſubſiſtit, quòd in hoc caſu ad coniecturas minimè recurrendum eſt: nec expendendũ, cuius conditionis fuerit tutor vel curator emẽs, & an diues ſit, nec ne, ſeu artifex. quod etiã tenent in. d. l. cùm oportet. in princi. quibus accedant quę in fauorem dictæ comitiſſe ſupra conſuluimus in conſilio. 3. in lite & cauſa. numero. 73. cum ſequentibus.

Quæ & ex eo ſuadentur † quia ſemper 2
in dubio quis ex proprijs emiſſe pecuniis eſt cẽſendum. ex tex. in. l. cùm proponas. & illic Bald. & alij. C. pro ſot. Bald. in. l. pe. C. ſiquis alte. vel ſib. & Bart. & doctores in l. Titium & Meuium. §. altero. columna. 2 ff. de admi. tuto. idem Bar. in. d. l. ſi patruus & probatur in d. l. pe. C. ſiquis alte. vel ſib. cũ aliis de quibus meminit Deci. in cõſilio. 343. nume. 4. & in conſ. 21. col. pen. & conſilio. 628. nu. 2. & etiam nos ſupra meminimus in. d. conſilio. 3. nu. 77. cum ſeq.

Cæterùm ex quo eſt probatum † quòd 3
dicta comitiſſa poſt dicti comitis mortẽ habuit complura bona propria redditus quæ ſuos, nempè: quia bonorum ſui mariti ex eius ſpeciali legato quintum habebat, & ſuæ dotis & arrarum lucrorũ quæ

conſtante matrimonio quęſitorum, moderatas quæ expenſas fecerit: dictorũ quę oppidorum emptio poſt longa tempora à morte dicti comitis decurſa confecta eſt, à iure eſt alienum aſſertum contrariũ & quòd ex mariti bonis ſeu filiorũ dicta oppida fuiſſent empta. vt conſtat ex text. in authentic. licentiam. C. de epiſcop. & cleri. & ex dictis iuribus. Et quidẽ potior eſt præſumptio, quæ pro dicta comitiſſa ex prædictis enaſcitur, quàm aduerſę partis aſſertio: & ob id, quæ dictæ comitiſſæ fauorem reſpicit expendenda potius eſt. tex. in. c. afferte. de præſumpt. & in. l. diuus ff. de in integ. reſti. & dictæ pręſumptioni pro dicta comitiſſa fauet tex. l. mærito. ff. pro ſot. & ex his in noſtro propoſito Barba. in capitulo. 1. in princip. de pecul. cleri.
4 abundè fundat † nunquam vxorem ex bonis mariti eſſe ditatam præſumendum: nec bona ex illis (etiam matrimonio conſtante) quæſiſſe, ſi in contrarium violentior crebior quæ præſumptio ineat. cui accedit Montalu. in. l. 1. in gl. in verb. *De Rey.* colum. 2. tit. 4. lib. 3. for. leg. & Ioan. Lup. in rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 60. num. 19. char. 86. col. 1. quod palã prius tenuit Bald. in. d. l. cùm oportet. in princi. col. 4. & inibi Sali. quo in loco tenent, in hac ſpetiæ, vxoris diuitias ſimiles quę coniecturas attendendas, quibus diximus, vxorem ex bonis mariti rem non emiſſe. Quod etiã admittunt doctores in. d. l. ſi patruus. & Bald. in. l. pe. C. ſi quis alte. vel ſib. & illic Sali. & latè Alexand. in conſilio. 40. proſpectis, columna penultima verſicul. & dato. cum ſequent. libro 3.

Congruit & prædictis. Quod inſignè Bald. conſuluit in conſilio. 531. quędam vi-
5 dua columna. 2. libro. 2. cenſens † quòd ſi vxor fuerit induſtrioſa diues ve, ꝙ quid quid ſoluto matrimonio emerit, ex proprijs bonis emiſſe ſit exiſtimandum, non verò ex mariti nec filiorum bonis quo & loco idem Bal. l. etiam dicit, quòd ſi nullę ad ſint coniecturę, quibus conſtet, an ex bonis proprijs vel mariti mulier emerit, quòd ſat tunc erit, quòd mariti hæredes minime probauerint, emptionem à vidua factam ex eorũ pecunia ſui vè patris. Et inquit etiã ibi, quòd ſi tunc pro vidua non præſumatur, quòd ſatis eſt, aduerſus eam non præſumi, quia ceſſantibus præſumptionibus ad alterum extremorũ ſufficit re ipſa incertitudo. cuius ſentẽtiam corruptè refert & ſequitur Ioan. Lup. in. d. rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 60. col. 3. n. 15 verſic. intellige tamen. Quo fit, vt eodem Ioã. Lupo inibi videtur † ꝙ ſi maritus vxo- 6
re defuncta cùm aliam duxerit vxorem, bonorum quæ tunc habebat fecerit inuẽtariũ, in quo mille aurei ſcripti ſunt, quos an durãte primo matrimonio, vel eo ſoluto quæſiti, ambigitur, quòd viduitatis tempus, perſonę quæ qualitas & rei, diuitiæ quæ eius conſiderandæ ſunt, & quòd id quod viduitatis tempore ex ſuis bonis quærere valuerit, alio non habuiſſe dijudicandum ſit. cuius opinio ſuadetur ex adductis per Chaſſene. in conſue. Burgu. rub. 6. §. 6. in verb. *Par inuentaire.* nu. 12.

QVÆ & ſuadentur ex tex. in. l. ſi ventri. §. eorum ratio. ff. de priuileg. credi. & ex Alberic. ſententia in. l. etiã. C. de dona. int. vir. & vxo. quo loco tenet † vxorẽ poſt 7
mariti obitum non cõfeſtim, ſed poſt aliquod tempus decurſum, bona emẽtem, ex ꝓprijs emiſſe bonis eſſe credendũ, nõ verò ex mariti pecunijs. & ait ita tenuiſſe Vber. de Vob. quibus & cõſentit Cremẽ. in ſingul. 6. tu ſcis. & Ioan. Monferrat in repeti. l. frater à fratre. ff. de condi. indebi. colum. 34. & Curti. antiq. in conſi. 23. col. 2. & Berthachi. in tracta. de epiſcopo. li. 4. parti. 4. quæſt. 3. char. 35. col. 1. & Ioan. Lup. in. d. rub. de dona. int. vir. & vxo. in. d. §. 60. colu. 3. poſt Ange. inibi ab eo citatũ. & Alex. cui ſe ſubſcripſit Cremen. in conſilio. 62. ſereniſsimus. columna penultima libr. 4. quo loco expræſſè (imò & in fortioribus 8
terminis) tenet † quòd ſi tempore receptionis tutelæ mater inops erat, at deinde eſt ditiſsima, & durante tutela complura bona ipſa quæſierit, quòd ex bonis propriis non filiorum emiſſe aſſerẽdum eſt. ex. d. l. ſi defunctus. quam Alexand. &

Cre

Cremen in.d.conſilio etiam in matre tutricę explicant, aiunt quæ dictam legem in extraneo tutore loquente aforciori in matre tutrice locũ habere.ex.l. Procula ff.de proba. inibi quæ ipſi docto. dicunt
9 † ſuæ ſentẽtię non refragari tex.in.l.Quintus.ff.de dona.int.vir.& vxo.ſi quidẽ ſanctio illa agat de quæſitis conſtante matrimonio:at conon ſoluto.Quam ſententiã Alexand.& Cremen.ſequitur Didac.de Segu.i relect.l.ſi ex legati cauſa.ff.đ verb. obliga.col.16.verſi.pro expeditione.& horum opinio de forciori caſu agit, ſi quidẽ indiſcriminatim ipſi dicant, nulla vi facta quęſtus conſtante ſoluto ve matrimonio ſit:& quia cùm mater pauper fuerit, loquũtur,non verò diues, vt eſt dicta comitiſſa.

Quibus accedat glo.in.d.l.quintus.Quæ palam tenet † mulierem ementem ſolu-
10 to matrimonio ex proprijs bonis emiſſe eſſe exiſtimandum,cui illic Fulgo.Salic. quæ conſentiunt.

Superiora etiam vltra iam dicta ſuadentur,ex tex.notabili.in.d.l.etiam.C.de dona.int.vir.& vxo.ibi,*Matrimonij tempore.* Qui tex.(prout illic Salic.aduertit) notabilis ad hoc eſt † quòd mulieri negã-
11 ti bona conſtante matrimonio de bonis quæ mariti quæſiſſe, credendum eſt, niſi contrarium plene cõſtiterit.Quod etiam tenet Vital.de Camb.in tracta.clauſularum.in rub.de ſimulatione.colum penul. ſi igitur ſola mulieris negotio recipienda eſt, aforciori concurrentibus omnibus prædictis.

Proindè & prædicta etiam conſtant, quia & ſi conſtante matrimonio inter dictam comitiſſam & dictum comitẽ quo ad lucra communicanda regijs legibus ſocietas contracta eſt † ipſa tamen ſocietas
12 morte fuit diſſoluta.§.ſoluitur.inſtitu.de ſocie.l. actione.§. morte.ff.eodem titulo quibus conſonat tex.in.l.10.in princip.titulo.10.parti.5. Itaque poſt dicti comitis obitum quæſita ad hæredes dicti comitis minimè pertinent † nec tacitè inter di-
13 ctam comitiſſam & hæredes dicti ſui mariti contracta iterum cenſetur:& ſi mariti bona ſua quæ cõiunctim poſſederit.ex. l.plane.ff.pro ſoc.cum alijs de quibus meminit Cur.antiq.in conſi.52.ſuper articulo.& Deci. in conſ.21.viſo puncto.col.2. & in conſilio.548.colum.3.& in conſi.651. primò quæritur.col.1.

Prædicta lucidius probantur, quia vt emptionis verba concinunt,dicta comitiſſa ſibi hęredibus quę ſuis dicta emit oppida:& ita non eſt dubitandum † ex pro- 14
prijs pecunijs mariti ve ſeu aliorum emerit.ex traditis in.l.ſi mater.C.de contrahen.empt.& illic Sali.& idem Sali.in.l.ſi non verũ.C.de dona.int.vir.& vxo.& in.l. cùm propria.in fine.C.ſi quis alte.vel ſib. cum alijs à nobis ſupra citatis in.d.conſ.3 num.75.& ſequent.

Conualeſcit & hæc veritas, quia dicta comitiſſa fecit integrum inuetarium bonorum mariti.& ſi ad id iure non aſtringebatur † ex quo curatrix teſtamento da 15
ta fuerit.ex traditis in.l.decreationibus. C.de epiſco.aud.& in.§.1.inſtitu.de ſatiſda.tuto.& expræſſe ita tenet Signo.de Homod.in conſili.66.factum tale.& tradunt moder.in repet.l.nemo poteſt.ff.de lega. 1.namque tale inuentarium non doloſe ab ipſa comitiſſa † confectum exiſtiman 16
dũ eſt.ex.d,l.merito.ff.pro ſoc.& in.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de proba.& ob id,ſi tutor bona aliqua inuentario non deſcripſerit,non quidem dolo factum cenſendum ... ſed aliter ipſe dolus probandus eſt.l.1. §.item ſolent.& illic Barto.ff.de offi.pręf. vrb.in dubio enim non præſumitur in tutore animus fraudandi.vt traditur in.l.actione.& inibi Barto.ff.de tute.& ratio.diſtra.& in.l.tres tutores.ff.de admi.tuto.& præcipuum in hoc caſu æſtimandum eſt, cum dicta comitiſſa mater fuerit.ex.l.iſti quidem.ff.quod met.cau.cum ſuis ſimilibus.

Et licet poſt confectũ dictũ inuentarium complures pecuniæ ſunt adinuentæ,quæ non continentur in.d.inuentario, prædicta comitiſſa ea retegit,eius proteſtationem in inuẽtario confectam obſeruans:

V 3 quod

17 quòd † tutorē (& ſic dictam comitiſſam)
immunem reddit. vt tenet ſingulariter
Barto.in.l.tutor qui repertorium.colū.pe.
ff.de admi.tuto.idem tenet Bald.in auth.
ſed cùm teſtator.col.pe.C.ad.l.Falcid.&
notātes Greg.Lup.in.l.5.in verb.*Todos los
bienes*.In medio.tit.6.parti.6.

Et cum aduerſaria complura alia bona
quam ſcripta in inuentario dictum comi
tem eius patrem reliquiſſe firmet † illi ad
18 uerſatur iuris præſumptio.ex notabi(& ſi
vulgata.) gl.in.l.cùm de lege.ff.de probat.
& illic Bald.& Sali.& ſat probatur in.l. ſci
mus.§.licentia.C.de iu delibe.& illic no-
tat Bart.cui Bal.& Sal.& pleríq; alij aſſen-
tiūt quos & Iaſo.inibi co.1.receſet.& recē
tiores in.l.ſi conſtante.ff.ſolu.matri.cum
aliis de quibus ſupra memores fuimus in
conſilio.39.in cauſa.nu.18.

Ex quibus & ſequitur, parui referre, di-
ctū teſtis ſingularis & alterius litis ab ad-
uerſaria productum, qui teſtatur complu
res pecunias adinuentas poſt inuentarij
confectionem.

Tum, quia eſt ſingularis: & ob id non
probat.C.de teſtib.l.iuſiurandi.c.tam lite
ris extra eod.titu.de teſtib.cum aliis à De
cio citatis in conſ.310.num.6.&.7

Tum etiam, quia dictus teſtis dictæ co-
mitiſſæ inimicus eſt.vt ex probationibus
19 noſtræ partis conſtat † & ideo eius diſpo-
ſitio eſt ſuſpecta.ff.de teſtib.l.3 cum alijs
de quibus Alexand.in conſ.99.lib.1.

Tum item, quia hæc depoſitio eſt alte
20 rius cauſæ † vnde ad hoc negotium inte-
gram (& ſi plures teſtes eſſent) non facit
fidē.vt cōſtat.C.res int.al.act.& in.l.duo-
bus.§.colonus.ff.de iur.iuran.Bald.Alexā.
& Iaſo.in.l.is apud quem.C.de eden.cum
alijs.

Tum, & quia, hic teſtis deponit per ver-
21 bum videtur † & ita non probat.vt in.c.li-
cet ex quadam de proba.& in.l. teſtimo-
nia.C.de teſtib.& in.l.24.&.29.tit.16.par-
ti.3.Bart.in.l.1.ff.de auto.tuto.& in.l.quita
men ff.de aibi.Iaſo.in rub.ff.de iur.iuran.
cū alijs adductis à Hipol.de Marſil.in cō-
ſilio.126.nu.3.& ſeq.& alibi ſæpe traditur.

Tum & denique † quia huius teſtis ra-
tio non cōcludit, igitur nec eius dictum. 22
C.de teſtib.l.ſolam.Bald.in.l.conuenticu
lam.colum.3.C.de epiſco.& cle.& etiam
ſupra diximus in conſilio.7.in cauſa quæ
numero ſecundo.

Verum nec alius teſtis qui dicit, quod
dicta comitiſſa ei dixit, eduxiſſe ex qua-
dam archa aureorum ducētorum millia:
ſiquidem alterius ſit litis: ſit quæ ſingula-
ris.

Item, & quia de confeſsione extra iu-
diciali teſtatur, & abſente parte facta † & 23
ita ad obligandum non ſufficit.ff.de con-
fe.l.certum.§.ſi quis abſenti.gl.in.l.fi.ff.de
interrog.act.cum alijs de quibus memi-
nit Iaſo.l.talē pactum.§.1.ff.de pact.& So-
ci.in.l.1.C.de confe.quæſtio.6.& hæc eſt
communis opinio ſecundum Iaſo.in.l.er
ror.num.3.& ſequen.C.de iu.& fact.igno.
de qua † confeſsione (& quando in aliquo 24
caſu probaſſet) duo teſtes deponere neceſ
ſum erat.vt per glo.in.l.fi.C.famil.hærciſ.
Anto.in.capit.licet ex quadam.de teſtib.
Matthæ.de Afflict.in deciſio.364.num.4
& Hipol.in ſua prati.crimina.§.diligēter.
num.10.probatur in.l.vbi numerus teſtiū.
ff.de teſtib.& in capitulo pluralis.de regu.
iur.libro.6.

Quo ad alium punctum, & in hac lite
controuerſum dicimus, dicti quinti lega
tum à dicto comite dictæ comitiſſæ fa-
ctum firmum eſſe † cùm de illo & ſi filios 25
reliquerit etiam in extraneorum fauore
diſponere poterat.ex.l.9.titu.5.lib.3.for.le
gum.& in.l.9.in legibus Tauri.verſiculo
*Pero bien permitimos*.quæ habetur libro.5.
nouæ recopil.tit.8.l.7.

Nec dicere oberit, quòd dictus comes
ante fecerit maioricatum complurimū
bonorum, & ita quòd non potuit, dictum
quinti legatum relinquere. ex ſequentib.

Primò, quia dictus comes habuit ple-
niſsimam facultatem faciendi dictum
maioricatum: & ad præiudicandum filijs
in ſua legitim: & ob id, dici non poteſt, bo
norum legitimæ dictæ donnæ Mariæ de
tertiò quæ ſuorum bonorum noluiſſe ma

ioricatum edere, & quòd prius noluit de
dicto quinto ipſum efficere maioricatũ,
de eo quæ diſponere: nec enim ad colli-
gandum quintam partem bonorum ſuo
maioricatui neceſſaria erat regia facul-
26 tas, ſed ad alia bona præter quintũ † ſiqui-
dem alia bona legitima filiorũ erat: cùm
ſibi ex legibus regijs neceſſe erat relinquẽ
da. Authenti. nouiſsima.C.de inoffi.teſt.
& fruſtra † ad quintum ipſa facultas con-
27 cedi erat neceſſum, cùm iure communi
id permiteretur.C.de theſau.l.1.libro.10.
Barto.in.l.nulla.ff.de leg.1.& Innoc.in ca-
pitulo.1.de reſcript.& ſat inſinuant verba
ipſius maioricatus, & quòd tantum prẹdi
ctus comes maioricatus vinculo alia bo-
na præter quintam bonorum partem liga
re voluit.

28 Rurſus ipſa facultas † non eſt aduerſus
dictum comitem explicanda.C.de teſta.
mil.l.ſi Rufinus.& inibi Bald.& moder.in
l.quod fauore.C.de legib.vbi tex.& ob id,
non eſt cenſendum, dicta regia facultate
dicto comiti poteſtatem ſuorum bono-
rum quintam partem relinquendi extra-
neo ablatam. Quibus & accedat dicta ſen
tentia Cini Alexand.Iaſo.in.l.1.num.6.C.
de teſta.mil.aſsignãtes rationem ad text.
161.& quæ ait text.in.l.C.eodem tit. Quæ
& ſuadentur, quia ſi in dicta ſcriptura ma
ioricatus prædictum quintum compræ-
henderetur, comes ipſe inteſtabilis rema
neret.contra text.in.l.ſtipulatio hoc mo-
do concepta.ff.de verb.obliga.cum ſimili
bus. Nec exiſtimãdum eſt † inteſtabilem
29 voluiſſe dictum comitem remanere.C.
de pact.l.pactum quod dotali.traditur in.
l.licet inter priuatos.C.eodem titu. Qui-
30 bus & conducit † quia actus geſtus ita vi-
detur, vt minus ius gerentis lædat.ex.l.cũ
de indebito.ff.de probat. Barto.in.l.gerit.
columna.4.ff.de acqui.hẹred.Alexand.in
l.2.col.2.C.quod met.cau.Alcia.in tracta.
præſumptio regul.3.præſump.36.nume.5.
& probatur in.l.3.ff.de teſta.mil.

His & accedat † quia quinta pars bono
31 rum magis quàm cætera bona priuilegia
ta eſt.l.214.ſtyli.& infra latius fundatur.

Id etiam & conſtat ex.l.26.Tauri.(quæ
habetur lib.5.recop.titul.6.lib.10.) qua ex-
præſſe ſancitur, quòd & ſi pater aliquid
filio dederit, illum meliorare non expri-
mens, quòd hæc donatio in melioria ter-
tij & quinti computabitur † ita quòd à or 32
dine literæ arguendo (vt iure permiſſum
eſt.l.quotiens.ff.de vſufruct.l.ſi quis ſeruũ.
§.ſi quis.ff.de leg.2.traditur in.l.2.§.prius.
ff.de vulg.& pup.ſubſti.& alibi ſæpe.) Di-
cta Tauri ina ſancitur lege † patrem prius 33
de tertia parte bonorum, quam de quin-
ta diſponere cẽſuiſſe, cùm quid donatio-
nis ſeu maioricatus titulo filio donaue-
rit.

Demum & in proprijs terminis † quòd 34
prius pater de ipſa tertia parte bonorum,
quàm quinta eius donatio filio facta ſit
explicanda.tenet Ioan.Lup.in repeti.ca-
pitu.per veſtras de dona.inter.vir.& vxo.
§.22.num.13.verſic.in dubio autem: & ſe-
quentib. Quod & inibi ex eo ſuadet, quia
tertia bonorum pars reſpectu extraneo-
rum eſt legitima: cùm filijs neceſſe ſit re-
linquenda. Authentic.nouiſsima.C.de in
offi.teſta.l.quoniam in prioribus.cum ſua
materia.C.eodem titulo, & cùm ſit legi-
tima † prius deducenda eſt.ex tex.& illic 35
Baldus.in.l.ſi verò.§.quid ergo.ff.de teſta.
mil.cui ſententiæ Ioan.Lup.adhæret Di-
dac.Caſtel.in.d.l.26.Tauri.in gloſ.1.colũ.
1.& 2.citans ad idem Did.de Segu.in rep.
§.ſed ſi fundum.idem nouiſsimè per.d.l.
26.Tauri.& alia iure tenet Peral.in.l.Me
uius.in princip.nume.9.& ſequentibus.ff.
de leg.2.

Quantum ad ciuitatem Repela & op-
pida alia quæ extra hæc regna ſunt, regio
præceptu decretũ eſt, quòd in hoc regio
prætorio de his non cognoſcatur. Præter
hoc quod feudalia ea eſſe conſtant.

Tum regia aſſertione † cui ſtãdum eſt. 36
vt in clem.1.de probat.& habetur in.l.1.in
fine.titu.7.parti.3.& in.l.32.titulo.16.ead.3.
parti.& in propriis terminis, quòd regi aſ
ſerenti bona eſſe feudalia ſtandũ ſit.con-
ſuluit Alexan.in conſilio.15.viſis narratis.
col.2.verſic.ſufficeret etiam.lib.5.cui cõ-

ſentit Matthæ.de Afflict.in.c.1.in titu.ex quib.cau. feu. ami.nu.190.

Tum etiam, quia probata eſt publica
37 vox & fama quòd feudalia ſint † quæ probatio ad hoc ſufficiens eſt.vt tenet Alex. in.d.conſi.15.col.1.verſic.vnde licet.& tenet Affl.in.d.c.1.ex quib.cau.feu.a.nu.291.

Tum & denique, quia teſtibus eſt pro-
38 batū feudalia eſſe † quibus bona eſſe feudalia probari poteſt.vt in.c.1.in titulo qui teſtes neceſſarij ſint.& tenet Matthæ.de Afflict.in.d.tit.ex quib.cau.feu.ami.num. 339.optimus tex.in.l.41.in legib.Taur.vbi copioſe deo duce agamus,quæ habetur libro.5.titulo.7.l.1.

Quæ cum ſint feudalia in eis dicta don-
39 na Maria(quia fœmina)ſuccedere † non poteſt.cap.1.§.hoc autem.de his feud.da. po.&.4.parti.tit.26.l.6.& in.l.7.eodem.ti. & parti.& eſt bonus tex.in capitu.1.§.filia vero.in tit.de ſucce.feu.& ibi Iſer.in principio tex.col.1.& late idem Iſern.in cap.1. §.fœmina.in tit.per quos fiat in veſti.

Sane nec refert, quod ſententijs iam latis in rem iudicatam tranſlatis ſit cautum,dictam donnam Mariam in omnibus bonis dicti comitis.Suam legitimam
40 fore habituram † ſiquidem in verbis generalibus dictarum ſententiarum dicta bona feudalia ( à quorum ſucceſsione iure excluditur)non compræhenduntur.ex tex.in.cap.1.de capi.qui cur.vendi.& inibi Iſern.Et idem conſtat in cap.generali. ſi de feu.fue.contro.int.domi.& agna.&illic Matthæde Affli.nu.36.Bal.in.l.ſi filius. C.de bon.damna.& in.l.item videndum. §.nunc videndum.col.1.ff.de peti.hæred. Alexand.in conſil.16.lib.2.& in conſilio.2
41 col.1.li.4.quod & confirmatur† quia ſententiæ verba ſemper ad ius commune reducenda ſunt.l.miles.§.decem.ff.de re iudi.& Alexan.in conſilio.46.col.pen.lib.5. & alibi ſæpe traditur.Etiam ſi verba ſententiæ improprientur.vt ait glo.in.l.& puto.ff.famil.hærciſcum.Et in dubio exiſti
42 mandum eſt † exceptionem rei iudicatę non obſtare.ex his quæ habentur in.l.1.ff. ſi quis cau.& in capit.vt debitus.de appel. cum aliis de quibus Deci.in conſil.445.in caſu ad me.num.44.&doctores.in.l.cùm quæritur.& in.l.& an eadem.ff.de excep. rei iud.& notat Abb.in capit.cùm contingat.colum. pen. de offi.de leg.

Verum in puncto confeſsionis dictæ comitiſſæ ſuper contentis in memorialibus ad quos ſe refert,quia ei illa confeſsio non nocet,ſiquidem erronea ſit.ex tex.in c.fi.de confe.cum aliis.de cuius cōfeſsionis errore conſtat † cùm in dictis memo 43
rialibus minimè reperiuntur expræſſa in dicta eius confeſsione.vt tenet Bald.in.l. 2.colu.1.C.de erro.aduoca.moder.in authenti.ſi quis in aliquo documento.C.de eden.cum alijs de quibus ſupra memores fuimus in conſili.25.in punctis ad me.nu. 63.&.64.quibus conducit tex.in.l.in teſtamento.ff.de condi.& demonſtra.& his accedat Bart.ſententia in.l.2.columna.4.ff. ſi cert.peta.

Verùm ipſa confeſsio ita interpretanda eſt † vt minus confitentem obliget. vt 44
probatur in.l. ſemper in ſtipulationibus. ff.de reg.iu.Antoni.in capitulo ex literis. in.1.in fine de ſponſa. Deci.in conſil.493. viſo tenore.columna.2.& in conſilio.278. columna quarta in medio.& in conſilio. 118.columna.fi.

Rurſus & quo ad rerum extimationē in abſentia rerum factam,firmā iure non eſſe cenſemus,& praue confirmatam. Si quidem bonorum extimatio † viſis ab æ- 45
ſtimatoribus bonis confici debet.vt probatur in.l.ſi irruptione.§.fi.ff.fini.regun.ibi,*Occulis quæ ſuis ſubiectis locis.* Et ſat probatur etiam in.l.13. titulo.14.parti.3.& in.l.8.eod.titul.Et in proprijs terminis ita tenet Bald.in.l.2.C.de reſcin. vendi.colūna pen.quia occulus non videt, teſtificari minimè poteſt:& quia veritas quæ effugit ab occulis hominis, præſenti : aſpectu approbari non poteſt.C.de alluuio.&palud.l.3.&.ff.de minorib.l intra vtile. quod & in ſpetiæ tradit Pet.Rebuf.in repet.l. vnicæ:C.de ſenten.quę pro eo quod inte. profe.char.106.nu.14.&ſequentibus.Quo loco num.14.in glo.in verb.ſubtilitatem.

Diſſer-

Diſſertat extimationis praxim. quæ &
46 ſuadentur † quia æſtimatores optimè res
æſtimaturos iurare conſtringuntur. vt in
authen.de non alie.aut permutan.§.quod
auté.colla.2.& inibi Ang.& idem ait tex.
in.l.4.ac editali. §.his illud. verſi.mobiliú
C.de ſecund.nupt.cum alijs de quibus Re
buf.in.d.glo.in verb.ſubtilitatem.num.19
ad quod & eſt bonus text.in.l.4.titulo.25.
parti.2.ſed hoc iuſiurandum præſtari qui
dem non poteſt.ab eis qui rebus non vi-
ſis eas extimare volunt.

47 Nec his refragatur dicere † quòd quan
do non cóſtat de rei valore, iudex eſt exti
matutus ſecundum eius arbitrium. ex do
ctrina Bart.in.l.ſi quid ex Pamphila.ff.de
leg.2.& in alijs locis de quibus meminit
Pet.Rebuf.in.d.l.vnica.in glo.in aliis.nu.
41.char.104.vbi refert alios idem tenen-
tes & in ead.l.vnica.in.d.glo.in verb.ſub-
tilitatem.nu.15.&.16.ſi quidem hoc tunc
obtinet, cum prius iudice veritaté alias
indagáte, extimatores eligente, qui rem
circunſepta viſa quæ eam rectè æſtimét.
in.l.ſi fundus.§.pe.& ibidem Bartol.ff.de
pigno.& inſigne Pet. Rebuf.in.d.l.vnica.
in.d.gloſ.in verb.ſubtilitatem. num. 15.&
pleriſque ſequentibus & præcedentibus.
ex quibus iudex ipſe ſuum animum re-
ctè informare poſsit.vt tenent doctores
in.d.l.prætia reiú.ff.ad.l.Falci.& Pet.Re-
buf.in.d.l.vnica.in gloſ.in verb. ſubtilita-
tem.num.15.

Quo ad alium púctum dicimus etiam,
dictam comitiſſam ad ſoluendum vnde-
cim aureorum millia, quæ à debitoribus
pupillorum exigéda erant cópellendam
48 non eſſe. Si quidem † tutor in exigendis
debitoribus pupillaribus de dolo lata quę
culpa tantum obnoxius eſt.l.cirographis.
in princip.ff.de admi.tuto.l.ſi tutor.& ini
bi glo.ff.eod.ti.optimus tex.in.l.2.C.arbi.
tute.quibus & accedat tex.in.l.tutores.ff.
de admi.tuto.& in.l.ſi res.eod.titu.& in.l.
2.C.de pericu.tuto.quam culpam & do-
lum aduerſarius probare aſtringitur.ff.de
probat.l.quotiens.§.qui dolo.tenet Fulg.
in conſ.25.ſpectabilis.columna.ſi quo cé-
ſet loco † minoribus culpa lata ſeu dolo 49
adſerentibus, tutores eorum non exegiſ-
ſe debita, incumbere onus probationis.
ad quod & eſt optimus text.in.l.periculú.
ff.de reb.credi.ibi, *Periculum nominum ad
eum cuius culpa deterius factum probari
poteſt pertinet.* Quibus addendus eſt Ioan.
Igne.in repe.l.cótractus.nu.46.ff.de regul.
iur.& quid tunc minores debeant proba-
ri vt curatorum negligentia probetur.vi-
de Barto.in conſ.102. col.2. poſt princip.
quem ſequitur Soci.in conſ.2.nu.4.lib.1.

Profecto nec ex eo, quòd in poſitionibus
dictæ comitiſſe edixerit, quòd aureorú qua-
tuor millia quæ pro arris dictus comes ei
dem conſtituit, decima parte bonorum
dicti comitis tempore conſtitutionis ip-
ſarum arrarum capiebant. vt ex ipſas po-
ſitione percipi poſsit, tunc ipſum comi-
tem bona compiura propria habuiſſe. Si
quidem dicta donna Maria ipſas impu-
gnauit poſitiones † quam ob rem, ex ipſis 50
poſitionibus negatis ipſa donna Maria ſe
iuuare nequit.de regu.iur.c.ex eo.lib.6.&
expræſsim ita tenet Bart.in.l.poſt legatú.
col.ſi.ff.de his quid vt indig.& Spec.in.ti.
de depoſi.§.8.idem Bart.in.l.naturaliter.
§.nihil commune.ff.de acqui. poſſe.col.3.
Iaſo.in.l.admonendi.in relect.col.44.&
ob id, ſi reus inficietur contenta in libel-
lo, ex illis ius ſuú munire nó poteſt. Bald.
& Sali.in.l.cú præcum.C.de libe.cau. do-
ctores in.l.1.C.de confe.& alibi ſæpe tra-
ditur.

Quibus dictæ comitiſſæ ius ſatis mu-
nitum eſt.

Doctor Burgenſis Marcus
Salon de Pace.

Summa-

# Summarium ſuper quadrageſimo Quarto Conſilio.

1 COMMISSI pœna quis agere poſſit, cum dubium eſt inter duos dominos.

2 Licentia domini præſumitur interueniſſe ad alienandum emphitheoſim decurſis decem annis, ad hoc vt pœna commiſſi ceſſet.

3 Alienatio eſt nulla. cum quis alienat rē contra expreſſam prohibitionem.

4 Commiſſi pœna non habet locum, quando alienatio eſt nulla.

5 L.2. tit.15. parti.2. locum habet in maioricatu particulari.

6 Alienationis prohibitionis uerba indiffinita æquipollent vniuerſali, et extenduntur ad omnes ſucceſſores.

7 Alienationem cum teſtator imperſonaliter: & indiffinite prohibet, prohibitio iudicatur perpetua.

8 Maioricatus perpetuus inducitur ex cauſa in eo expreſſa.

9 Verba per modum cauſæ prolata, diſpoſitionem inducunt.

10 Fideicommiſſum quibuſcunque verbis nedum diſpoſitionis, ſed enunciatiuis inducitur.

11 Maioricatus dictio perpetuitatem denotat.

12 Clauſula vna declaratur ex aliis clauſulis eiuſdem ſcripturæ.

13 Clauſula in fine appoſita ad omnia præcedentia referri debet.

14 Dictioni prout ſi aliquid præteritū adiicitur, intelligitur limitatiue, vt temperetur ſecundum naturam eius, ad quod fit relatio.

15 Commiſſi pœna ceſſat ex penſionis receptione. & ſequentib. numer.

16 Commiſſi pœna locum non habet, etiā ſi dominus ignorāter penſionem recipiat, ignorando rem in commiſſum incidiſſe.

17 Inſtrumentum habens penes ſe, præſūmitur eum legiſſe.

18 Ignorātia non præſumitur, cum aliquid in ciuitate eſt compertiſſimum.

19 Reſtitutio non competit eccleſiæ poſt quadrienium, aduerſus omiſſam petitionem commiſſi vel lucri.

20 Reſtitutio non competit ex capite ignorantiæ, cum præſumptio ſciētiæ reſultat

22 Cauſa qualibet colorata excuſat a pœna commiſſi.

23 Eccleſia iuſtitiæ cultrix eſſe debet, et nō locupletari cum iactura aliena.

# Conſilium quadrageſimum Quartum.

IN hac cauſa Alfonſi de Valdiueſo iunioris cū rectore & clericis eccleſiæ ſancti Laurentij ciuitatis Burgen. breui probabimus, quod ipſe Alfonſus à commiſſi pœna (in qua condemnatus eſt) debet abſolui: & ſi antea domus ſine aſſenſu dictorum rectoris & clericorum à Alfonſo de Valdiuieſo eius patre alienata fuerit.

PRIMO, quia dictæ domus ante emphitheoſim perpetuam fauore dictorum clerico-

clericorum emphitheoſis perpetua& an-
tiquior & dictæ ciuitatis fauore fuit con-
fecta † & ob id, dicta ciuitas non vero di-
cti clerici: (quia poſteriores domini) age
re poterunt. ex traditis in.l.2.C.de iur. em
phi. cum aliis.

Secundo hæc veritas conſtat, quia a-
lienationes à dicto Alfonſo de Valdiuie-
ſo ſeniori factæ (quibus dictũ cõmiſſum
prætenditur) confectæ fuerunt pluſquam
decem annis iam decurſis † ex quibus ip-
2 ſorum conſenſus præſumitur. ex.l.ſi filius
C. de peti. hæred. & ita in propriis termi-
nis tenet Alexand. in conſil.113. viſo & di-
ligenter. col.3. & fi. lib.4. Soci. Iuni. in con-
ſilio.22. pulchra. numer.15. libro.1. idem &
conſtat ex copioſe traditis à Feli. in. capi.
ſicut. de re iud. num.33. verſic.7. & vltimo.
& in. cap. Albericus. de teſtib. moderni in.
l. ſciẽdum. ff. de verb. obliga. & abũdè De-
ci. in conſi.409. columna.1. & Aym Crau
ue. in tracta. de antiquitate. tempor.3 par-
te numero.33. & in conſilio.204. vniuerſi-
tas. nume.9.

Tertiò hæc res ſuadetur, quia prædi-
ctus Alfonſus ſenior alienans expraſſim
ex teſtamento Eliſabeth de Santotis di-
ctam domum alienare fuit vetitus † & ſic
3 cùm fuerit expraſſe alienare prohibitus,
dictæ domus alienare fuit nulla. §. libertis
l. cùm pater. ff. de leg.2. & in.l. peto. §. fra-
tre. ff. eod. tit. cum alijs de quibus moder.
in.l. filius famil. §. diui. ff. de leg. 1. & alibi
ſæpe. Si ergo nulla fuit ipſa alienatio (& ſi
ſigne dictorum. clericorum licencia fue-
rit facta) dictum cõmiſſum † locum ha-
4 bere non poteſt. ex tex. in.l. 4. §. condem
natum. ff. de re iudi. & priuatim ita Bald.
tenet in.l.2. col.1. C. de epiſcop. audi. & a-
bundè Iaſo. complura citans in.l. fi. C. de
iur. emphit. num.139. & ſequent. & Curti.
Senior in conſi.8. viſo inſtrumento. colũ.
2. & plenè And. Tiraque. in tracta. de vtro
que retractu. titulo. de retractu lignag. §.1
gloſ.2. num.6. & 7.

Rurſus & conſtat dictam alienationẽ
nullam fuiſſe, quia dicta Eliſabeth eius te
ſtamento diſpoſuit dictam domum ma-
ioricatus vinculo ligari: quàm ob rem di
ctus Alfonſus Iunior ad eam poſt patris
obitum vocatus eſt. ex tex. in.l.2. tit.15. par
t.t.2. quæ & ſi in regno loquatur † ad hos 5
tamen maioratus trahenda eſt. ex ſenten
tia Pauli Caſtren. in conſi.164. in pręſenti
cauſa quæ vocatur. col.1. lib.2. & Bologni.
in conſi.62. col.2. & idem tenent alij quo-
rum ſupra meminimus in conſi.9. in lite
quæ vertitur. num.3. ad fidem. Ex qua ma
ioricatus conſtitutione ipſa bona ſui na-
tura ſunt inalienabilia. C. commu. de leg.
authent. res quæ. & ſimilibus. Præter hoc,
quòd (vt explicuimus) ſit dictæ domus
expraſſim alienatio prohibita etiam di-
cto Alfonſo Seniori: quia in diſcrimina-
tim ipſa Eliſabet dictæ domus alienatio-
nem omnibus in ea ſuccedẽtibus & quo-
cunque tẽpore & verba indefinita prohi-
bitionis alienationis † vniuerſali æqui- 6
pollent. ff. de leg.1.l. ſi pluribus. ff. de leg.3.l.
ſi plures. & vtrobique doctores. & inſigne
Barto. in.l. Lutius. §. Semproniæ. ff. de leg.
3. quo cenſet loco, quòd ſi teſtator indefi-
nitè alienationem vetat, ad ferens, quod
hæredẽ prohibet, ne alienet, quòd ad om
nes hæredes porrigitur illa prohibitio, &
etiam ad ſucceſſores vltra quartum gra-
dum. cuius ſententiæ Alexand. conſentit
in conſili.23. libro.2. cùm enim † teſtator 7
imperſonaliter & indefinitè ne res alie-
netur onerat, perpetuam alienationem
inhibuiſſe exiſtimandum eſt. ex.l. vnum
ex familia. §. ſed ſi fundũ. Et illic Cuma. ff.
de leg.2. & in.l. peto. §. fratre. ff. eodem tit.
cum aliis de quib9 moder. memores ſunt
in.l. filius familias. §. diui. ff. de leg.1. & in.l.
pater filium. §. quindecim libertis. ff. de
leg.3.

Verùm & ſat expendenda eſt & dictę
prohibitionis cauſa, à prædicta Eliſabet
in. d. eius teſtamento aſsignata, quæ eſt,
quia eius intentio eſt, quòd dicta do-
mus maioricatus ſit † ex qua cauſa ipſe
maioricatus conſtat, & dictæ prohibi- 8
tionis alienationis perpetuitas. ex tex. in
d.l. pater filium §. fundum. ff. de leg.3. & il-
lic Bartolus. & textus. in.l. cùm pater §.
dulciſ-

dulciſsimis.ff.de leg.2.notat Deci.in cõſi. 218.col.pe.& in conſi.23.col.3.cum alijs de quibus And.Tiraquel.in tracta.de ceſſan. cau.limitatio.1.num.& ſequenti. conſtat enim † verba per modum cauſæ prolata
9 diſpoſitionem indicere.l.ſeruo legato.§. ſi teſtator.ff.de legat.1.Bartol.in.l.ſi ſocer. §.Lutius.colum.1.verſi.ſed contra hoc.ff. ſolu.matri.cum aliis quæ in propoſito adducit Carol.Moline.in conſilio.5.quantũ num.4.& ſequentibus.poſt Soci.in conſi. 227.præſens.num.2.libro.2.

10 Quæ & ſuadentur † quia fideicommiſſum quibuſcunque verbis nedum diſpoſitionis,ſed enunciatiuis inducitur, ſaltem ex his quæ teſtantis voluntas probari poteſt.l.cùm proponebatur.& in.l.vnum ex familia.§.ſi omiſſa.& inibi Bar.ff.de leg.2 l.eo modo.ff.de leg.1.Quo fit,ex dictis verbis.*Para que ſea mayorazgo.* Abſolutum & perpetuum fideicommiſſum inductũ inter omnes deſcendentes:& vnus alteri reſtituere rogatus cenſendus eſt.ff.de leg. 2.l.cùm ita.§.in fideicommiſſo. Bartolus in.l.qui Romę.§.cohæredes.ff.de verb.obliga.& abundè Soci.in.l.ſi cognatis.colum.6.ff.de reb.dub.& in.d.conſilio.227. præſens.num.3.lib.2.& eſt communis opinio ſecundum Curt.Iunio.in conſilio.145 facti.colum.2.3.&.4.quibus addendus eſt. Curt.Seni.in conſ.52.colũ.11.ad finem.& quæ moder.notant in.l.qui Romæ.§.cohęredes.ff.de verb.obliga.

Quibus & accedat † quia hoc verbum.
11 *Maioricatus*.Perpetuitatem denotat atque inducit in omnibus deſcendentibus. & cenſetur quid indiuiduum & inſeparabile in ſe: vt tenet Præpoſi.in capitulo ius naturale prima diſtinct.Soci.in conſilio.47.facti narratione numero ſexto, libro tertio,poſt Abb.in conſilio.85.libro.1. & Areti in dicto.§.cohæredes.columna.1 &.2.& Ioan.Lup.in rep.rub.de donat.int. vir.& vxo.§.69.numero.21.verſiculo ſed meo iuditio.& late dominus Couarru.libro tertio varia.reſolu.capitulo tertio,& probatur in.l.40.&.45.in legum Taurina. & in.l.2.titulo.15.parti.2.

Quibus nec dicere refragatur,quòd dicta Eliſabeth noluit maioricatum conſtituere niſi in donna Beatriz & ſuis deſcendentibus, quia poſt alienationis dictorum bonorum prohibitionem hæc ſubiecit verba, *Porque mi voluntad es que ſea mayorazgo, y lo herede ſucceſſiuamente el hijo o hija mayor legitimos de la dicha doña Beatriz mi hija.* Siquidem alijs verbis dicti teſtamenti palam conſtat, & in fauorem dicti Alfonſi eius filij dictum maioricatum conſtituiſſe & deſcendentium dicti Alfonſi † & ex vnis clauſulis a- 12
liæ exponuntur.l.qui filiabus.ff.de leg.1.l.1. ff.de reb.dub.& alibi ſæpe habetur. Et clauſula dicti teſtamenti.† in fine appoſita ad omnia præcedentia referri debet.l. 13
1.C.de libe præte.l.3.§.fi.ff.de libe.& poſthu.& dicto,*Prout*.Dicto teſtamento impoſita † ſi ea aliquod præteritum adijcitur limitatiuè reſtrinctiuè quæ intelligitur,vt temperetur ſecundum naturam eius ad quod fit relatio.l.edita.C.de edẽd. & illic Baldus & Bartolus in extrauagan. ad reprimendum.in verb.prout. Et moder.in.l prima. C.de inſti.& ſubſti. ſub condi.fact. 14

Quartò etiam dictum comiſſum ceſſat,quia vt probatum eſt, poſt dictam alienationem aduerſarij penſionem receperunt ex qua receptione † dictum comiſſum videtur locum non habere:ſiquidem comiſſum non habet locum, niſi domino volente & petente. vt in.l.2.C.de iu.emphith.tenet gloſ.in.l.2.C.vbi ager vectiga.& alibi ſæpe.Et recipiente domino penſionem ſat declarare cenſetur, comiſſum non petiturum, ceſſat quæ ipſius comiſsi petitio.vt tenent Salic.& alij doctores à Iaſo.citati in.d.l.fi.C.de iu.emphi.nu.9.& Signo.de Homod.in.d.conſi. 152.Petrus.columna.2.probatur in.l.poſt diem ff.de lege comi.& in eccleſia.penſionem recipiente, quòd ex hoc comiſſum remittere cenſeatur:& ob id, quòd illud deinde petere non poſſit. Tenent doctores in prædictis locis. Quin & gloſ.in capitulo potuit.de loca.plus tenet 15

net, nēpe quòd & ſi ſolus prælatus eccleſiæ vel rector pēſionē recipiat, q̄ ex hoc eccleſia cōmiſſum petere nō poſsit, ſi eccleſia collegiata non eſt (vt prædicta ſacti Laurentij non eſt) quam glo. recipiunt Imol. & doctores. inibi. & hæc eſt communis reſolutio vt teſtatur Iaſo. in. d. l. 2. C. de iu. emphi. nu. 130. & Alex. abundè in conſ. 16. viſo & conſiderato. col. pe lib. 6. quem ſequitur idem Ioſo. in. l. ſeruus. C. de pact. col. 1. & in. l. ſi quis iniquum. §. ſi filius. col. 2. ff. quod quiſq; iur. Feli. in. cap. ſuper his. colum. 2. de accuſa. poſt Cornel. in conſil. 187. Trita. col. penul. lib. 1. Deci. in conſ. 138 & Thom. Grama. in conſi. 28. col. 4. & alibi ſępe traditur.

Quibus nec dicere nocet, quòd cum dictam penſionem aduerſarij receperūt

16 † ignorabant dictum commiſſum.

Tum, quia in facta proprio ignorantia extare non poteſt. vt in. l. fi. ff. pro ſot. nam cùm ipſe ceſus ſeu emphitheoſis ſcriptu-

17 ram tenebant † illam legiſſe præſumendum eſt authenti. qui ſemel. & inibi Bal. C. de proba. l. non eſt ferendus. ff. de tranſact. doctores in. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obliga. & ibidem Ripa. nu. 50. Deci. in conſil. 607. nume. 4. & in conſilio. 267. col. 2. & plene Aym. Craue. in cōſilio. 193. numero. 7. Afflict. deci. 13. num 11 Et cum legerint neceſſe eſt, quod ſibi fuit compertum, quòd Ioannes Ares in quem facta eſt dictæ domus alienatio, non erat de contentis in ſcriptura cenſus ſeu emphitheoſis.

Proinde cùm dictam penſionem à dicto Ioanne Ares aduerſarij recipiebant, eius conditionem ſcire obnoxij erant (& an de compræhenſis in dicta ſcriptura eſſet. ff. de reg. iur. l. qui cum alio contrahit. cum ſuis ſimilibus.

Verùm & ſat eſſe debet, quòd hæc res

18 Burgen. ciuitate compertiſsima erat † & ob id, ignorantia apud aduerſarios ineſſe non eſt cenſendum. capitulo. 1. & in capitulo quoſdam. de præſumpt. l. ſi vicimus. C. de nupt. l. fi. ff. de decret. ab ordi. fa. cum alijs quorum meminit Aym. cōſilio. 168. numero. quinto & ſexto.

Proinde & ſi illis ignorantia prodeſſet † reſtitutionē in integrum aduerſarij infra quadrienium peterū neceſſum erat, & 19
non poſt quindecim annos (vt petunt). c. 1. de reſti. in integ. cum alijs. & quantò magis cùm in præſentia aduerſarij de iure quærendo agant, & non quæſito. vt nuncupatim in hoc negotio Imol. & Card. tenet in. d. c. potuit. col. 22. maximum enim diſcrimen eſt, agatur de iure quærendo, vel quæſito. l. fi. §. fi. C. de acqui. poſſe. cum alijs de quibus meminit Iaſo. in. l. ſi quis iniqum. §. ſi. filius. ff. quod quiſque iur. col 2 & alibi ſæpe. Et licet detur eccleſiæ reſtitutio aduerſus lucrū omiſſum, infra quadrienium reſtitutio petenda erat. ex. d. c. 1. de reſti. in integ in 6. & tradūt docto. etiā in. c. 1. & in. c. auditis. eodē. tit. & abūdè Iaſo. in conſ. 54. circa dubiū. col. pen. lib. 1.

Verùm & nunquam ex capite ignorātiæ reſtitutio conceditur † cùm præſum- 20
ptio ſciētiæ reſultat (vt in præſenti) vt traditur in. c. vigilāti. vbi. dd. de præſcript. & Alex. in cōſi. 103. col. fi. verſi. & pluribus. li. 2. & Ludoui Gozad. in conſ. 8. in hac cauſa. num. 55. & in. conſi. 68. nu. 14. cū alijs de quibus moder. in. l. 2. C. de reſcin. vendi. Deinde & cū aduerſarij (ceſſantibus prędictis) poterant dictū cōmiſſum petere, ſeu nō petere, vel dictā alienationē approbare, ſeu eam improbare † cū ipſam alie- 21
nationē recipiendo penſionem cōprobauerint, non poſſunt poſtea eam coarguere, reſtitutionem petēdo. vt in. l. Iulianus. §. ſi quis. & inibi Bar. & dd. ff. de actio. ēpt.

Et quælibet cauſa † etiam colorata à pœna dicti commiſsi immunem reddere debet. ff. de plagio. l. 1. §. 1. & in. l. 2. C. eodem. tit. quin. & emphitheotæ ignorātia illum à commiſsi pœna excuſat. cap. 1. de noua inueſti. cum alijs de quibus Iaſo. in. d. l. fi. C. de iu. emphith. nu. 84. & ſequent. 22

Et ſi prædicta in aliij dominis directis obtinent, à forciori in eccleſia † quæ iuſti- 23
tiæ cultrix eſſe debet, & non locupletari cum iactura aliena. cap. 1. de aliena. feud. in. §.

in.§.ſed diuerſum.notat Iaſo.in.l.quotiés col.3.C.de rei vendica.cũ alijs de quibus Ioan.de Neuiza.in conſilio.11.conſilijs noſtris.nu.11.& moder.in.l.2.C. de reſcind. vendi.& alibi ſæpe.habetur.

EX quibus iuſte confidimus, ſententiam eſſe ferendam in fauorem dicti Alfonſi Iunioris.

Marcus Salon de Pace, Doctor Legũ Burgenſis nuncupatus. Et poſt modum in dicti Alfonſi fauorem deffinitum eſt.

## Sũmarium ſuper quadrageſimo quinto cõſilio.

1 *MILES armatus debet eſſe immunis a monetis foreris.& per totum conſilium.*

2 *Intellectus pragmatice regis Ioanis Toleti edita anno 1422. quæ loquitur de militibus armatis.& num.3.quæ lex regia reperitur lib.6.nouæ recopil.tit.1.l.1.*

4 *Intellectus pragmaticæ regis Ioannis edita ciuitate Palẽtina anno.1431.& pragmaticæ regum Catholicorum confectæ Hiſpali anno.1478.quæ loquntur de militibus armatis.Et inibi ponitur diſcrimen inter milites armatos & exemptos ſeu excuſatos.*

6 *Intellectus.l.10.titu.18.parti.3. & inibi quod priuilegium quo quis immunis fit a tributis, non expiret morte regis concedentis.*

7 *Intellectus.l.6.tit.1.ordina.libr.4.(quæ habetur lib.6.nouæ recop.ti.1.l.2.)et per totum conſilium.Et inibi late& ſequentibus num.quod valet priuilegium, quo miles armatus excuſatur a monetis.*

8 *Clauſula non obſtante tali lege, quando requiratur in priuilegio ſeu actu ſequẽti.*

12 *Clauſula non obſtante tali lege, non requiritur in priuilegio apponi(etiam ſi neceſſaria fuerit)quando conſtat de principis voluntate, quod voluit eius priuilegium in omni caſu valiturum.*

14 *Clauſula non obſtante tali lege, et ſi requiratur in reſcripto principis, non tamen requiritur in regali priuilegio.*

15 *Princeps cum priuilegiũ contra ius concedit, plenitudine poteſtatis vti videtur.*

17 *Clauſula non obſtante tali lege, non requiritur, quando in principis priuilegio apponitur ſecunda iuſsio.*

19 *Donatio remuneratoria a rege alicui facta non debet reſtringi: ſed in ea iuris regulæ deficere conſueſcunt.*

20 *Donatio remuneratoria cum a rege alicui fit, proprio motu facta videtur.*

21 *Clauſula non obſtante tali lege non eſt neceſſaria, cum reſcriptum conceditur proprio motu.*

22 *Clauſula non obſtante tali lege, non requiritur, cum princeps ponit clauſulam ex certa ſcientia.*

23 *Clauſula non obſtante tali lege, non requiritur, quando lex a regis prædeceſſore edita fuit.*

25 *Priuilegii militiæ natura eſt, quod tale priuilegium non extendatur ad nepotes et pro nepotes.*

26 *Priuilegium ſi habet aliquem defectũ, tollitur talis defectis per obſeruationẽ talis priuilegii munitam longo temporis curſu.*

Conſi-

# Conſilium quadrageſimum Quintum.

IN lite & cauſa quæ vertitur inter Ioannẽ oppidum.B.& fiſci procuratorem. Diuino auxilio poſtulato breui probabimus, ſententiam aduerſus eum latam (quòd in moneta, *Forera*, vulgo nominata contribuat) reuocandam eſſe.

ET prius illud præfari eſt neceſſum, quòd dominus rex Catholicus Alfonſum eius patri anno.1476.priuilegium conceſſit, quo illum militem fecit: & illũ & ſuos deſcendentes ab omni contributione immunes fecit etiam monetę forerę. Quod priuilegium hucuſque obſeruatum eſt.

NEC dictam ſubſtentare ſententiam poſſunt regiæ leges, ſeu pragmaticæ. Siquidem nullæ adinueniantur, quæ diſpo-
1 nant † militem armatum à moneta forera non eſſe immunem. Et regis Ioãnis pragmatica Toleti anno.1422.edita (quę habetur libro.6.nouæ recopila.titu.1.l.1.) tantum enim ſancit, quòd illi quos ipſe rex Ioannes milites fecit vſque ad illud tempus à dicta contributione non liberentur
2 † dicta pragmatica non quidem loquitur de militibus à rege Catholico armatis. Et conſtat ex toto titulo.1.ordina.libro quarto, quod confirmatur ex text.iuncta glo. in verſiculo ſuę.in capitulo.ſi gracioſæ.de reſcript.libro.6.iuncto.capitulo literis eodem titulo in decretalibus.vbi ſi Papa facit mentionem gratiæ, dicendo, per nos conceſſæ, non intelligitur loqui de gratia conceſſa per prædeceſſorẽ, ſed per ipſummet concedentem. & ita vtrobique doctores notant.

VERVM nec hæc pragmatica agit
3 † de militibus factis propter ſeruitia regibus impenſa.ex tex.in.l.Aquilius regulus. ff.de donatio.& in.l.ſed ſi lege.§.cõſuluit. ff.de peti hæred.& in capitulo officij.de teſta.cum ſimilibus de quibus moderni in.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur.& alibi ſępe traditur.

PRÆTEREA nec ad hanc rẽ pertinet alia pragmatica regis Ioannis ciuitate Palentina confecta, Februa. anno. 1431. nec illa quam reges Catholici ediderunt Hiſpali anno.1478.(quas leges non potui reperire in recopi.) Nam hæ leges regiæ
† de excuſatis tractant: at nõ de militibus armatis.vt ex eis cõſtat.quod quidẽ abſimilimum eſt, & ob id, ordina.libro.4.diuerſi tituli conſtituuntur.& primo titulo tantum de militibus agitur.& titulo.4 de prædictis excuſatis.l.ſi idem cum ſuis ſimilibus.C de codicil. Præter hoc, quòd & iſte pragmaticæ loquuntur de excuſatis non propter ſeruitia. 4

PROINDE & prædictæ pragmaticæ diſponũt, excuſatos à monetis eſſe immunes, & non de pechos.

VERVM & in.d.toto titulo.1.ordina.libro quarto ſancitur, milites à tributis liberari: & ob id conſtat, diſſimile eſſe negotium militis aut exemptorũ ſeu excuſatorum.

SVBINDE nec ſeptipartitarũ ſanctionibus conſtitutum eſt † militem dictam monetã foreram ſoluturum. Quin palam contrarium diſponit.l.10.titulo.18 parti 3.ſiquidẽ dicat, quòd à tributis nullus liberatus videatur: niſi expræſſim in priuilegio ſit cautum.vt ſpeciatim dicto priuilegio explicitum eſt, & quòd dictus Alfonſus & ſui deſcendentes monetam foreram minimè ſolbant. 5

NEC dicere oberit, quòd.d.l.10.ait
† priuilegium quos quis à tributis fit immunis, regis obitu illud concedẽtis dirui ſiqui- 6

ſiquidem in excuſationis tantum loquitur: non verò in militibus armatis.

PRÆTEREA & dicta.l.10.vult, priuilegium eſſe perpetuum,ſi in priuilegio hoc ſit expræſſum.vt in prædicto ſit. & filios & omnes deſcendentes à tributis eximit.ita dicit.d.l.10.& ibi vide latè Gregor.Lop.& faciunt ſupra à nobis citata in conſilio.23.in cauſa Franciſci.numero.14 & ſequentibus.

CÆTERVM nec prædictis refragatur.l.6.titulo.1.ordina.libro.4.quę à rege Ioanne edita eſt anno.1447.(quę habetur libro.6.recopila.titulo.1.l.2.)qua sanci-

7 tur † quòd vt milites eius quæ fruatur priuilegiis,ea quę Zamorenſi conſtitutione ſtabiliũtur,obſeruare tenentur, quibuſcũque chartis etiam dictæ legis mẽtionem facientibus minimè obſtantibus, & cõfeſtim hæc ſubijciuntur verba. *Y en tal caſo no de monedas ,mas de todos qualeſquier pechos*.Ex qua lege aduerſarij dicũt,quòd cùm in dicto priuilegio prædicti Alfonſi clauſula dicta lege.6.non obſtante imponitur, quòd ob id, dictus Ioannes nec alij deſcendẽtes dicti Alfonſi à monetarum contributione ſunt immunes.vt eſt pronunciatum. Nam quidem prædicta.l.6. ad hoc negotium parui momenti eſt, facile quæ & pleriſque modis refellitur. vt conſtat ex ſequentib.

PRIMO, quia prædicta.l.non prohibet,quòd priuilegia militibus conceſſa, quibus expræſſim cautum eſt, eos monetam foreram non ſoluturos, non ſint ſeruanda:tantum enim prædicta ſancitur lege,quòd ſimiliti expræſſim non concedi tur,quòd à monetis ſit immunis, ab eorũ contributione minimè liberentur. Itaq; in.d.l.nõ apponitur aliqua clauſula de rogatoria ad priuilegia expræſſa à monetis liberantia.nec vetat talia priuilegia concedi.& ita non fuit neceſſum,in dicto priuilegio clauſulam nõ obſtante dicta lege

8 collocari † quæ tunc neceſſaria eſt, cùm in lege præcedenti clauſula derogatoria deſcribitur,actus ve prohibetur.vt cõſtat ex traditis in capitulo primo de conſtitu. libro.6.& ex his quæ doctores tradunt in capitulo nonnulli.de reſcript.& in.l.fi.C. ſi contrius vel vtil.publi. Et ſi dicta.l.6. chartas in cõtrarium latas abroget, id eſt

† cùm chartæ fuerint aduerſus contenta 9
in dicta Zamorenſi ordinatio:ſed non in eo quod in.d.l.dicitur,quòd milites à monetis non ſint immunes.itaque conſtitutio illa contrarijs dictæ ordinationi Zamorenſis reſiſtit,at nõ priuilegio,quo ſpeciatim milites à monetis eximuntur. & cùm in.d.l.6.tãtum agitur de aduerſis dictæ ordinationi Zamoren. palã ipſa ſanctio in alijs id diſponere non videtur.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu. matri.capitulo ad audietiam.de decim.Et quia ſi legiſlator idem de alijs noluiſſet, vtiq; expræſiſſet. C.de cadu.tollen.l.1.§.ſin autem ad deficientis.& illic Bald.

SECVNDO dictæ.l.6.argumẽtum contrarium ceſſat † quandoquidem in ea 10
de militibus à rege Ioanne armatis agitur non verò decretis à dictis regibus Catholicis:& ita ad regem Catholicorum conceſſionem non eſt trahenda.C.de teſta.l. ſancimus.C.de appel.l.præcipimus. cùm alijs à nobis traditis in hoc met conſilio numero.2.

TETIO dicta.l.6.aduerſarijs nõ ſuffragatur † ſiquidem expræſsim iure ſit cõ- 11
ceſſum,regem exprę̃ſsis verbis immunitatem à monetis concedere poſſe.vt in. d.l.10.titul.18 parti.3.diſponitur. qua lege. 10.explicanda eſt dicta lex 6.ff.de legibus l.non eſt nouum.& ſimilibus.

SANE & quarto dicta.l.6.abijcitur † quia vt conſtat ex dicto priuilegio, ſat patet de voluntate dicti regis Catholici, dictam.l.6. abrogare volentis, ſi ipſi legi derrogare neceſſe fuiſſet,ex quo dicto priuilegio rex vult,dicto Alfonſo dari priuilegium, cum omni legũ derogatione & clauſularum ampliatione † & clauſula nõ 12
obſtante non eſt neceſſaria,cùm de principis voluntate conſtiterit, diſponentis eius literas prorſus valituras.vt tenet ſcribentes in dicto capitulo primo de conſti tu.libro.6.& in dicto capitulo nonnulli.

& alibi

& alibi ſæpe traditur.
Diruitur & quinto dictæ.l.6.fundamē-
13 tum † quia vt aparet ex dicto priuilegio,
verè eſt priuilegiū. Vt conſtat ex notatis
per Feli.in rub.de reſcrip. Et quando non
14 reſcriptum ſed priuilegium eſt † clauſula
non obſtante non eſt neceſſaria: quia eo
ipſo quòd princeps priuilegium conce-
dit, conſtat ius commune aduerſum in-
fringere voluiſſe.ex.l.quidam cōſulebat.
ff.de re iudi.& in terminis ita tenet Bald.
in.l.item lapili. colum.3.ff.de rer.diuiſio.
& Dominic.in cap.1.de exceſib. præla.in.
6.& Deci.in.capit.ex parte.in.2.colum.3.
de offi.deleg.& in conſil.169.columna.2.
15 quod & inſtruitur † quia cū princeps pri
uilegium contra ius concedit, poteſtatis
plenitudine vtitur.de conce.præben.cap.
propoſuit.& ob id vti cenſetur plenitudi-
ne poteſtatis.ex traditis in capitulo cum
inter.de except.& inibi fuſe Feli.& alibi
ſæpe traditur.
Verùm & dictæ.l.6.alia ſolutio eſt pa-
16 tentiſsima † nempe quòd dictum priuile
gium fuit geminatum: & in eo ſecunda
17 in eſt iuſsio † quo in caſu clauſula non ob-
ſtante tali lege nō exigitur.vt notat Imol.
in capit.porrecta.de confir.vtil.vel inutil.
Antoni.in.capit.1.col.4.de reſcript. cum
alijs quorum meminit Feli.in.d.cap.non
nulli.nume.14.
Septimò dicta.l.6.minimè huic nego
18 tio difficultatem affert † quia dictum pri
uilegium ex ingentibus ſeruitiis à dicto
Alfonſo præſtitis fuit conceſſum: itaque
non poterat à dicto rege catholico reuo-
cari cap.1.cum alijs inibi à recentioribus
congeſtis.de probat.Bal.in.l.qui ſe patris.
colum.7.C.vnde libe.& alibi ſæpe tradi-
tur.Et ita nec quo ad monetam foreram
mutari poterat, ſiquidem fuerit quidam
contractus.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.
de peti.hęred.l.Aquilius regulus.ff.de do-
nat cum ſimilibus. Et dicta.l.6.quæ de
mero loquitur priuilegio, nō quidem eſt
19 trahenda ad contractum † nec ad dona-
tionem remuneratoriam, in qua iuris re-
gulæ deficere conſueſcunt.vt conſtat in.l.
ſi pater.§.fi.ff.de donatio.cum aliis quorū
Iaſo.meminit in.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.
& iur. col.6.& And.Tiraquel.in repeti.l.ſi
vnquam.C.de reuocan.dona.id verb.do-
natione largitus.nume.11. & ſequentibus
pleriſque, & ſupra memores fuimus in cō
ſilio.25.in punctis ad me.nume.48.& ſeq.
Quod & munitur † quia cùm donatio re- 20
muneratoria fit, motu proprio confecta
videtur.authore Guiller.Cug.in.l.3.§.ſi ꝓ-
curator.ff.quod quiſque iur.& ibi Alexan.
quod obtinet, & ſi in priuilegio dicatur,
quod fuit ad partis petitionem obtētum
vt pulchræ Bald.tenet in capit.niſi de offi.
de leg.& Deci.in conſi.51.col.3.& Thom.
Grama.in conſilio.8.columna penu.hiſce
in terminis loquens.Sed quando † reſcri- 21
ptum motu proprio emanat, clauſula nō
obſtante tali lege neceſſaria minimè eſt.
vt inquit Ioan.And.in capit.1.de exceſsib.
Præla.lib.6.& Bald.in.l.omnes.C.de qua-
drie.pręſcrip.Quod etiam ſubſiſtit † quā- 22
do princeps ex certa ſciētia ſcribit, vt tūc
clauſula prædicta non obſtante non exi-
gatur.vt tenet glo.in.d.capitulo.1.de con-
ſtitu.in.6.& doctores in.d.cap.nōnulli. &
ſat hic dicta clauſula ex certa ſcientia in-
ſcripta eſt in dicto priuilegio perpenſis
contentis in dicto priuilegio.
Quid multa, & plerique cenſent † di- 23
ctam clauſulā non obſtante minimè exi-
gi, quando lex à rege prædeceſſore edita
fuit (vt fuit prædicta lex.6.) & ita tenet
Ioan.Monach.in.d.capitul.1.de conſtitu.
in.6.& Bald.in.l.2.columna.2.C.de ſentē.
ex peri.recitan.& alibi ſæpe habetur.
Octauò & in promptu eſt alia ſolutio.
d.l.6.quia † non tantum dictum priuile- 24
gium militiæ eſt, ſed & complura alia cō
tinet, nempe quia non tantum dictus Al-
fonſus eius quæ filij a tributis & omnibus
contributionibus in eo liberi efficiuntur
(iuxta.l.5.dicto titulo.1.ordi.lib.4.) Sed &
nepotes † & pronepotes contra militiæ 25
naturam.vt conſtat ex dicta.l.5.
Subindè & dicti Ioannis ius manife-
ſtum ex eo eſt, quòd poſt dictum priuile-
gium conceſſum.80.annis etiam quantū

ad monetam foreram obſeruatum eſt
62 † quam ob rem, & ſi dictum priuilegium aliquid iuxta dictam monetam difficultatis haberet, tanti temporis tranſcurſu ceſſaret. ex. l. fi. cum glo. C. de fund. patrimo. lib. 11. cum aliis quorũ meminit Balb. in tracta. pręſcriptio. 2. parte. 5. partis quęſtione. 7. colum. 1. & 2. & Areti. in conſi. 11. procedendum. col. fi. & nos ſupra in conſ. 15. in hac lite. nume. 22.

Et de dicti Ioannis iuſtitia hactenus. & eius fauore eſſe pronunciandum cenſemus. Quod quidem denique ita deffinitum eſt.

Marcus Salon de Pace, Legum Doctor Burgen. nominatus.

## Summarium ſuper quadrageſimo Sexto Conſilio.

1 *INTELLECTVS. l. 3. & 4. titulo. 18 parti. 3. & inibi & ſequentibus late quando requiratur ſigillum plumbeum vel cereum in priuilegio regio.*

2 *Solemnitas legis ſubſtancialis non eſt, quando in lege non eſt appoſita clauſula ſubſtancialis.*

3 *Verbum debet in lege impoſitũ, non importat neceſitatem, ſed decentiam.*

4 *Sigillum plumbeum non requiritur in priuilegio, quando tale priuilegium habet regium ſubſcriptionem.*

5 *Priuilegium nobilitatis non perditur ex eo, quod quis ad bella non fuerit. & inibi & ſequentibus de intellectu. l. 9. titu. 1. ordina. libro. 4. quæ habetur lib. 6. nouæ recopila. tit. 1. l. 3.*

7 *Qualibet cauſa etiam veſtialis excuſat a pœna.*

8 *Indicari in dubio debet, quod quis in pœnam non inciderit.*

9 *Diſcrimen inter militem armatæ militiæ & militem de Alarde. & ſequentibus multis. Et inibi late an miles armatus debeat contribuere vel non.*

10 *Miles de Alarde quis propriæ dicatur*

11 *Milites armati non debent facere Alarde.*

13 *Communis vſus loquendi attẽdi debet.*

14 *Intellectus pragmaticæ regis Ioãnis Toleti editæ: quæ loquitur de militibus armatis, et numeris præcedentib.*

16 *Lex. 6. titulo. 1. ordi. lib. 4. eſt Mendoſa: & inibi ponitur eius vera litera. Et ſequentibus. quæ habetur in noua recopila. lib. 6. tit. 1. l. 2.*

17 *Intellectus. d. l. 6. tit. 1. ordi. lib. 4. in verbis,* Y no de monedas.

19 *Error non præſumitur in priuilegio principis. & ſequentibus.*

21 *Priuilegij verba relatiue poſita, debent intelligi cauſatiue non condionaliter.*

22 *Rex quod conſiderauit, attendit debet: et ſi in veritate contrarium eſſet.*

23 *Donatio regia non diruitur prætextu erroris.*

24 *Donationem remuneratoriam rex non poteſt mutare.*

25 *Priuilegii fides augetur ex eius longa obſeruantia.*

# Conſilium quadrageſimum Sextum.

QVIA iuxta prædictam cauſam dicti Ioannis fiſci procurator contra ipſum Ioannem multa obgicit, alia quidem in eius fauoré conſcripſimus.

Et primo (vt fertur) aduerſarius etiam opponitur, quòd dictum regium priuilegium ſigillum plumbeũ non habet, prout ſeptipartitarum iure exigi ait † népe ex.l. 3.&.4.ti.18.parti.3. Quod quidem nec nos contorquet, ſi quidem prædictæ regiæ leges loquũtur in caſu abſimili: nam de rogatis priuilegijs agunt, quorũ prædictum non eſt.

Proindè &.l.10.tit.18.partita.3. expræſſim ſancit, dicto noſtro priuilegio dictũ ſigillum non requiri, ſed cereum ſufficere hiſce verbis inquit, *Y porque eſto ſea firme y no vega en dubda que la mãde dar aquella carta ſellada con ſu ſello de zera.*

Rurſus & ſi dicta.l.3.&.4. ſtabilirét, ſimile priuilegium ſigillũ plumbeũ habiturũ, nõ quidé ſi illud nõ haberet, ipſum dirueret priuilegium: cùm dictę leges clauſulã derrogatoriam minimè habeant: quo fit

2 † earum ſolemnitatem ſubſtancialé non eſſe. ex tex.in.l.non dubium.C.de legibus & ſimilibus & eſt doctorum cõmune placitum in.l.1.ff.de libe.& poſthu.cum alijs quorum illic recentiores memores ſunt.

3 Et verbum, *Debet* † dictis legibus ſcriptũ decentiam, non tamen neceſsitaté conſpicit (vt plerunque fieri conſueſcit) vt cõſtat in.l.nõ ſolum.§.1.ff.de no.ope.nun. & in ſimilibus quorum meminit Alberi. in eius dictiona. in verb. debet. & hæc interpretatio expræſsè conſtat. in.l.110. dicto titulo.18.parti.3.

Verùm ex alio dictum plumbeum ſigillum neceſſarium nõ eſt † quia dictum 4
priuilegium regis habet ſubſcriptionem. vt ait tex.in.l.44.eodem titulo.18. parti 3.

Nec dictum † priuilegium (vt aduerſa 5
rius ait) de perditũ ex eo eſt, quòd dictus Ioannes ad regia bella non fuerit, minimè refragante tex.in.l.9.titu.1.ordina.lib. 4.quæ habetur lib.6.recopil.tit.1.l.3. Nam aduerſarius non probat, ad dicta bella dictum Ioannem fuiſſe vocatum: & hoc dicta.l.9. requirit, vt miles ad regia bella nõ vadens vti non poſſit priuilegio militiæ. Quod exigunt hæc verba dictæ.l.9. ibi, *Cada que nos embiaremos a llamar.* Et prædicta conuocatio nunquam facta pręſumitur. vt in.l.1.C.de manda.princip.& nuncupatim ita tenet Bal.in.l.2.C.ſi ex fal.inſtru.& alibi ſæpe tiaditur.

Nec dicere oberit † generalem conuo 6
cationem ad dicta bella notiſsimam eſſe, & ob id, quod probari neceſſe nõ erat. ex compertiſsimis iuribus. Siquidem nõ conſtat, oppido.B. cuius incola dictus Ioãnes eſt, dictas vocationes fuiſſe notas: nec de hoc aliquis articulus in toto proceſſu eſt, prout aduerſarius vt pote qui ꝓbare erat obnoxius.C. de probat.l.actor, cum ſimilibus. Quin & neceſſaria erat, dictarũ vocationum allegatio, earum quæ notitia communis. ex text.in.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Pollioni.ff.de adulte.&.gl.notiſsima in clem.appellãti. de apel.cum alijs quorum meminit Feli. in capitulo cùm ordinem.num. 8.de reſcrip.Iaſo.in.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret. ff de pact.nu.42. optimus text.in.l.ſi quis ex aliena.in fine.ff.de iudi.iũcto tex.in.l. 2.§.omnes.ff eodem titulo text.etiam in l.2.C.quæ ſit long.conſue. Præter hæc nec aduerſarij teſtes concludunt: nec illis aduerſarius ſuum probat aſſertum † & quæ- 7
libet

libet cauſa etiã beſtialis à dicta pœna dictum Ioãnem immunem efficeret.ff.de plagia.l.1.legitur & notatur in.l.2.&.3. C.
8 cod.titu.& alibi ſæpe.Et in dubio † in pœnam incidiſſe dictum Ioannem non eſt cenſendum.ff.de pœnis.l.ſi de interprætatione.cum ſuis vulgatis.

Verùm & non rectè in priori ſententia miles de Alarde dictus Ioannes nominatur: ſiquidem non ſit niſi miles armatæ militiæ.Inter quos non modicum diſcrimen eſt † quia miles armatus non de-
9 bet in tributis & ſeruitiis contribuere: at miles de Alarde ſic.vt cõſtat ex regis Ioãnis pragmatica Salmanticæ edita,& Palentina ciuitate,quæ reperitur in volumi. pragma.char.341. Proindè quòd dictus Ioannes non ſit miles de Alarde probatur
10 † quia ille propriè eſt miles de Alarde qui non eſt miles armatus: ſed equm habet more illorum qui ſunt in Andalucia,quos vulgus quantioſos appelat, ſeu terræ miles,qui ſalarium à rege recipit. vt conſtat ex.l.10.&.11. & ſequentibus titulo 3.ordina.libro.4.iuncta.l.21.eodem titul.(&.d.l. 10.habetur lib.6.recopila.titu.4.l.23.) qua in.l.21.ſpeciatim de militibus de Alarde fit mentio: & ait ipſa lex, quòd in legibus præcedentibus de illis actum eſt: quibus in legibus præcedentibus tantum agitur de militibus à rege ſalarium habentibus: qui milites terræ vocantur, & faciunt Alarde.vt probatur in.d.l.10.&.11.& 12.& ſequentibus, &.l.19.eodem titulo.3. & idem conſtat ex.l.13.titu.1.ordina. libro 4.(quæ habetur lib.6.recopila.tit.4.l.24.) quæ milites de Alarde nominat milites de præmia, *Y de Alarde y de guerra.* Qui abſimiles militibus armatis ſunt.vt idem titulus docet.Quæ & ſuadentur ex quadã ſupplicatione, quæ reperitur in quadam pragmatica manu conſcripta,à rege Ioãne edita.ex qua dicta.l.13.originem ducit, cuius ſunt verba, *Otro ſi muy poderoſo ſeñor,porque la caualleria fueſſe acrecentada en Vueſtros reynos, nueſtros anteceſſores cuya anima Dios aya,y anſi meſmo Vueſtra Alteza hizieron y ordenaron que huuieſſe caualleros de premia y de Alarde y de guerra en cierta forma: y que aquellos que tuuieſen y mantuuieſen cauallos, huuieſen y gozaſen de ciertos officios,aſſi como alcaldias e mayordomias y fialdades e otros ſemejantes officios,y echaſen ſuertes porende en cada año: lo qual han tenido e tienen por priuilegios e Vſos e coſtumbres: e por eſta cauſa la dicha caualleria es acrecentada e mantenida en muchas ciudades Villas e lugares de Vueſtros reynos, eſpecialmente en el Andaluzia y fronteras. Y muy poderoſo ſeñor, de algunos tiempos aca por importunidad Vueſtra alteza ha hecho merced de algunos de los officios ſobredichos,&c.* Ex qua ſupplicatione manifeſtè cõſtat,quòd milites de Alarde nõ ſunt milites armati: ſed illi qui qui equos arma quæ habẽt: qui & ſi milites armati nõ ſint,certis fruuntur honoribus, non tamẽ immunes ſunt à tributis & ſeruitiis: & hij debent facere Alarde.prout diſponitur in d.l.10.&.11.& ſeq.dicto.tit.3.ordina.lib.4. Quo fit, dictum Ioannem non militẽ de Alarde,ſed armatæ militiæ eſſe.

Nec dicere oberit,quòd vt ſancitur in d.l.6.tit.1.ordina.lib.4.(quæ habetur lib.6 recopil.ti.1.l.2.)miles armatus debeat facere Alarde,illud tamen nõ eſt vt alij milites de Alarde,ſed eo modo qui in monetarum codice exprimitur vt eadẽ lex expræſſim inquit.& de Alarde dictorũ militum de Alarde agunt dicta.l.10.&.11.&. 21.dicti titul.3.ordi.lib.4. Nec Hiſpaniæ
conſuetum eſt † quòd milites armati Alarde faciant: nec hucuſque contrarium factum eſt. 11

Quid plura, & dicta pragmatica regis Ioannis Toleti edita(quæ Salmãticæ pragmaticæ immixta eſt,& habetur lib.6.recopil.titu.1.l.1.)expræſſim diſcrimen cõ-
ſtituit † inter militem armatæ militiæ & 12
militem de Alarde: & armatum militem monetis nec ſeruitiis aut tributis contribuere ſancit,at ſecus militem de Alarde. vt hæc eius verba inſinuant, *Que los que no fuerẽ caualleros o hijos dalgo o dueñas o donzellas que pechen y pagen.*&c. Et ibi,

*En to-*

*En todos los pechos y pedidos y ſeruicios.* Iunctis hiſce inferioribus verbis, *Y que todos pagen ſin ninguna condicion, aſi tales priuilegiados como excuſados, como caualleros de Alarde.* Itaq; ſanctio hæc palam diſponit, militē in nullis cōtributionibus nec in monetis ſoluturū, idem quæ & in nobili conſtituit: at ſecus eſſe dicit, ſi miles de Alarde fuerit. Et licet cōmunibus pragmaticis dicta verba, *Caualleros y hijos dalgo.* Sint inſcripta, verum codicibus verioribus manu conſcriptis hæc in ſunt verba, *Caualleros o hijos dalgo.* Alternatim quæ dicta loquitur ſanctio, & non cōiunctim. & ita vidiſſe admoneo: & quòd hęc verior ſit litera: quia ſi cōiunctiua verba eſſent, ſubſequeretur quidem, non ſatis eſſe, quem nobilem eſſe, niſi & ipſe miles fuiſſet, vt à dictis liberaretur oneribus contributionibus quæ. Quod omni aduerſatur iuri & mori. Quin & dicta pragmatica communi litera hæc habet verba. *Dueñas y dōzellas.* Et ob id neceſſe eſt, ea verba alternatim ſummere: quia ſi Dueñas non ſunt virgines, ſi virgines non Dueñas
13 † & hoc communi loquendi vſu perpenſo, vt iure fieri debet. ff. de ſupel. lega. l. Labeo. & ff. de leg. 3. l. librorum. §. quod tamē Caſius. & ſimilibus. Et cùm dicta pragmatica de militibus loquitur, cōpertiſsimū
14 eſt † eſſe intelligendum de militibus armatis, non verò de his quos populus milites vocat: & ſi nobiles non fuerint: ſi quidē à dictis contributionibus dicti populares milites non ſunt iure exempti.

Rurſus & iuxta prædicta conſiderandū
15 eſt † quòd leges regiæ cùm de armatis loquuntur militibus (his verbis, *Caualleros*) ſimpliciter ſine adiuncto loquuntur. vt in toto titulo. 1. lib. 4. ordina. & ita in rubrica tantum dicitur, *Titulo de los caualleros.* Verùm cùm leges de militibus de Alarde agunt, non ſimplici verbo *Caualleros*, ſed his verbis adiuncto *De Alarde* loquūtur. vt text. in. l. fi. titu. 1. ordina. lib. 4. (quæ habetur lib. 6. recopil. tit. 1. l. 10.) & in. d. l. 21 titul. 3. eodem. lib. explicant. quo fit, quòd cùm in dicto priuilegio prædicti Ioannis catholicus rex dictum Alfonſum militē faciat, non dicēs, quòd ſi miles de Alarde, manifeſtum eſt, illum militem armatæ militiæ feciſſe: præter hoc quòd dicti priuilegij verba ſatis hoc edocent: & ob id illum & ſuos deſcendentes ab omni cōtributione ſeruitiorum monetarum ac tributorum rex ipſe ibidem immunes reddit.

Quin & præter alia quæ pręcedenti allegatione & conſilio ad. d. l. 6. tit. 1. ordina. lib. 4. diximus (quæ habetur lib. 6. recopil. titu. 1. l. 2.) & ad hoc negotium illud noſſe eſt neceſſum † quòd dicta. l. 6. communi- 16
bus Montalui codicibus eſt Mendoſa, & cū in ea dicto cōmuni codice hæc ſubijciuntur verba, *En tal caſo no de monedas mas de todos y qualeſquier pechos.* Errore conſcripta ſunt: & vera litera dictæ legis hæc eſt. *Y en tal caſo no ſolo de monedas, mas de todos y qualeſquier pechos.* Et ita codicib⁹ manu ſcriptis reperitur: & quòd miles nullas monetas eſt exoluturus. Et ideò non abſre rex catholicus ait in dicto priuilegio, dictum Alfonſum eius quæ filios monetas non ſoluturos, prout alij horum regnorum milites minimè ſoluunt. Et quòd prędicta litera fuerit verior probabilior quæ, ſat ex ea conſtat, quia difficiliùs quidem quis immunis à tributis (*Pechos* vulgo dictis) fit, quàm à monetis: & ob id milites de Alarde excuſati quæ ex dictis pragmaticis & ſi à monetis excuſentur, non tamen à tributis & ſeruitiis. & ita cùm dicta. l. 6. milites immunes à tributis (*Pechos* dictis) fecerit, à forciori & à monetis.

Præterea & iam dicta ſuadentut † quia 17
dictæ legis prædicta verba. *Y no de monedas.* Et ſi ea quę explicuimus minimè probarent, dictum intellectum quidem patiuntur, nempe vt ea intelligamus, vt nō tantum de monetis, ſed etiam de omnibus & quibuſcunque contributionibus: & ita quòd verbum *Non* pro non tantū ſummatur, prout quando quæ accidere videmus. & Cicero plerunq; ſic ſuis operibus edocet. & iſtum intellectū ſatis quidem

verba dictæ legis comperiunt.

Sanè nec vnquam regio noſtro Pinciano prætorio ſententia in rem iudicatam tranſlatam deffinitum eſt, armatum militem monetas exoluturum: ſed potius quòd illas non perſoluat.

Denique & propriis occulis ipſe vidi
18 † dictam ordina.ſanctionem hiſce verbis
conſcriptam. *En tal caſo no ſolo de monedas, mas de todos y qualeſquier pechos.* Et typographi ſic eam ſcripſiſſe.

19 Ex his & confluit † dictum Alfonſi priuilegium nullum continere errorem: & ſi in eo expræſsim rex à monetis immuné eſſe dixerit, prout & alij horũ regnorũ milites ſunt. Quandoquidé vt ſuperiora manifeſtant, milites armatæ militiæ verum eſt à prædictis liberos eſſe. Verùm cũ rex ipſe in dicto priuilegio ſpeciatim conſtituerit, illum à dictis contributionibus & monetis immunem, nihil aliud neceſſarium eſt: nec error ipſe eſt ad contrarium allegandus. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. de leg. 3. Nec dicti priuilegij verba ibi, *Ni en otras qualeſquier coſas, en que cauallero por mi armado deſtos mis reynos no pechen.* Derogatiua ſunt his quæ ſpeciatim in dicto ad ſunt priuilegio. ff. de verb. obliga. l. doli clauſula. & ff. de vin. triti. ol. quæ lega. l. fi. §. cui dultia. Quin ex quo prędicta verba dicti priuilegij ad dicti Alfonſi augmentum fuerint impoſita, eius quæ fauore, non licet, ea in eius damnũ retorquere, nec debet cenſeri appoſita in diminutioné ſuæ immunitatis. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. C. de legib. l. quod fauore. Quid plura, & ſi in. d. l. 6. à monetis milites
non excuſarentur † non ob id de dicti re-
20 gis errore conſtaret: ſiquidem cẽſendum
ſit, dictum catholicum regem dictam. l. 6 non ignoraſſe. ex tex. in. c. 1. de conſtitu. in 6. & in. l. omnium. C. de teſtam. ſed quòd voluit dicta lege ſexta non refragante dicto Alfonſo prędictam cócedere immunitatem, & eum non tãtum militem ſed à dicta moneta forera immunem facere. vt palàm dicti priuilegij verba ſæpius inſinuant: quæ non tãtum illum militem ſed à tributis & monetis immunem efficiũt.

Nec credibile eſt, in dicto priuilegio errorem ineſſe, regem quæ catholicũ in eo erraſſe: cùm eiuſdem regis curia complures tunc aderant iuriſperiti, quorum manibus ipſum priuilegium fuerit perſcrutatum. ex his quæ habentur in. cap. ad audiẽtiam. in. 1. de reſcrip. & aduertit Pau. Caſt. in conſilio. 164. in cauſa præfecti quæ vocatur. columna antepenultima. lib. 2. Cæterùm nec dicta verba dicto priuilegio ad id ſunt ſcripta, vt dictum priuilegium ad ea quæ iure militibus armatæ militiæ conceduntur, reſtringãtur: ſed illis rex ipſe prorſus dictum Alfonſum ab omni moneta & ſeruitio & contributione liberum eſſe explicuit. Verùm & dicta verba relatiua iurecauſatiuè † non vero conditiona 21
liter ſunt explicanda. ex tex. in cap. abbate. de verb. ſignifi. & illic Abb. & doctores & in cap. examinata de confir. vtil. vel inutil. cum aliis quorum Iaſo. meminit in. l. ſi teſtamentũ. C. de inſti. & ſubſti. poſt Pau. Caſtren. in. l. admonendi. columna. 3. ff. de iur. iuran. & ibidem Iaſo. numero. 33. Areti. in conſil. 76. diligenter viſis. colum. 3. & probatur in. l. refert. C. de fal. cau. adiecta lega. & ibidem Salic. & quidem quod dictus rex putaſſet † expendendum eſt: & ſi 22
in veritate cõtrarium eſſet. vt in. l. quo loco. §. iam mortuo. & inibi Pau. Caſtren. ff. de hæredib. inſti. Nec dictus rex in dictis verbis ad dictam. l. 6. ſe refert, ſed tantum ad ea quæ milites fruuntur. vt hæc verba dicti priuilegij manifeſtant. *Las otras coſas que a caualleros por mi armados y a ſus deſcendientes deuen ſer guadadas.* Et eſſe poterat, quòd ipſe rex cùm milites faciebat, eos ſemper immunes à monetis
fecit. Proindè & dicendum eſt † quòd ex 23
cauſa erroris dicta regia donatio iure nõ diruatur nec ſimplex donatio. vt tenent Cin. & Ang. in. l. nec. apud finem. C. de hæred. inſti. & in. l. eam quam. C. de fideicõmi. Præter hoc, quia dictum priuilegium conceſſum fuit ex cauſa remunerationis:
& ideò ſubuerti nõ debet † nec prędictus 24
rex catholicus illud poſſet mutare quo ad

prædi-

prædictam monetam foreram, ſicut nec ad alia:& ſi id diſpoſitum eſſet in.d.l.6.(ꝙ aduerſarius inquit)eius quæ inſcitiā ipſe rex habuiſſet.ex.l.ſi pater.ff.de donatio.& in.l.ſed ſi lege.§.cōſuluit.ff.de peti.hęred. cum alijs de quibus recentiores meminere.in cap.1.de probat.& in.l.ſi vnquam.C. de reuo.dona.& Bald.in.l.qui ſe partis.C. vnde libe.& nos ſupra memores fuimus in conſil.25.in punctis ad me.nu.49.& ſequentib.& ſat his conducit tex.in.l.metū autem.§.ſed licet.ff.quod met.cau.

Nec de dicti priuilegij fide † ambigi
25 (ex his que alias congeſsimus)poteſt. Et quia.80.annorum vſu eſt comprobatum, &hoc etiam tempore eſt cuſtoditū:quod ſat eſt, vt ipſius priuilegij fides minimè euertatur,omnis quæ falſitas diruatur. ex tex.in.l.ſcripturas.C.qui potio.in pigno. habe.notat Cinus(inter conſilia Baldi) in conſilio.406.ſuper primo.col.penu.lib.4 cuius meminit Aym.Craue.plura alia citans in conſilio.158.viſis actis.num.1.& ſequenti.col.1.& idem.Aym.Craue.in tracta.de antiq.tempo.1.part.nu.199.&.284.

Et hæc dixiſſe pro dicto Ioanne ſat ſit. cuius in fauorem vltimam ſententiam latam fuiſſe ſcimus.

Doctor Burgen. Marcus
Salon de Pace.

# Sūmariū ſuper quadrageſimo ſeptimo cōſilio.

1 *COLLEGIVM ſeu confraternitas quando a laico erigitur, confratres nihil agere,aut ſtabilire poſſunt ſuper aliis confratribus recipiendis,ſine ipſius laici aſſenſu: nec minus contra eius voluntatem.*

2 *Collegium ſeu confraternitates non poſſunt ſtatuere,quod quidam ad collegiū ſiue confraternitatem admittantur, & alii excludantur. & num.4.& .5. Quod ibi limitatur,nu.3.*

4 *Monopolia alias ligæ fieri non debēt,et contrarium facientes graui pœna puniuntur.*

5 *Confratres non poſſunt facere iniquum ſtatutum ſuper receptione confratrum.*

6 *Vniuerſitas non poteſt facere ſtatutum, quo aliqui de ciuitate aut vniuerſitate ad eius commoda & officia ſeu ad alios honores admittantur, alii vero excludantur.*

7 *Confratres ſeu collegiati nihil ſtatuere poſſunt in tertii præiuditium.*

8 *Vniuerſitas ſeu collegium nihil iniuſte poſſunt facere,ſeu in odium certæ perſonæ:& ſi maior pars illud velit:& a tali ſtatuto appellari poteſt. & ſequen.*

9 *Nominandus ad dignitatem ſi non nominetur,appellare poteſt.*

10 *Confraternitates diſſolui debēt propter iniqua ſtatuta.*

11 *Ad confraternitates faciliter homines debent recipi.*

12 *Confratrū ſtatutum quo conſtituerunt, vt nullum ad confraternitatē recipiāt, niſi certo prætio ſoluto, non eſt licitum.*

13 *Examen ſcholarium & ſi ad doctores pertineat,cum ad licētiam doctoratum ve aſcendere appetunt,ſi Chancellarius videat,quod aliquorum doctorum dolo fraude ve non admittantur, iubere poterit, vt eos recipiant.*

14 *Confratermitas facilius cogitur,recipere in confratres filios confratrum, quā alios extraneos,quibus præponuntur. & nume.15.*

# Conſilium quadrageſimum Septimum.

DIVINO poſtulato au
xilio. Quia fouore Al-
fonſi & Ioannis de ſan-
cto Stephano cõtra cõ
fratres hoſpitalis nobi
lium huius oppidi Pin-
ciani cõplura alia copioſe cõſcripta ſunt,
ob id breui dicimus, aduerſarios minimè
poſſe dictos Alfonſum & Ioannem à di-
cta fraternitate excludere: cùm ſe nobi-
les ex vtroque latere probauerint, ea for-
ma qua alij in dicta confraternitate rece-
pti conſueuerunt.

Et primò hæc inſtruuntur, quia ipſi cõ-
frates aduerſus prætendentes comiti don
no Petro Anſures ipſius hoſpitalis & con-
fraternitatis erectoris voluntati obſiſtũt:
qui vt ſcripturæ productæ inſinuant, om-
nes nobiles ad dictam confraternitatem
recipiendos ſtabiliuit: quare conſequens
eſt, dictos confratres nequaquam poſſe, à
dicti comitis voluntate reſilire. vt notiſſi
ma iura paſsim diſponunt. & expræſſe In
noc. in. c. cùm acceſiſſent. col. 1. de conſti-
1 tu. ait † quòd quãdo collegium fraternitas
ve à laico erigitur, confratres nihil ſtabi-
lire aut agere poſſunt ſuper alijs confratri
bus recipiendis, ſine ipſius laici erigentis
aſſenſu (quanto ergo minus, aduerſus lai-
ci voluntatẽ) & Innoc. alij docto. illic ad-
ſtipulantur. ex tex. in. c. monaſterium. 16.
q. 1. & ita non eſt in prædictorum confra-
trum voluntate aliquos recipere nobiles,
alios quæ excludere: cũ pro omnibus no-
bilibus dictum hoſpitale cõſtructum ſit.

Proinde ꝙ prædicta vera ſint, ſat con-
ſtat ex tex. in. l. 1. C de monopo. vbi (& for
tius) ſancitur † collegia fraternitates ve cõ
2 ſtituere non poſſe, quod quidam ad colle
gium ſiue confraternitatem admittãtur,
& alij excludantur. Et ita tenet Bar. in. l. fi.
col. 4. ff. de colleg. illic. hoc temperans, cũ
cauſa adeſſet legitima † nempè quòd in- 3
gredi volẽs pernicioſus rixoſus quæ ſit, ſi-
ue turbulentus. vt dictus Alfonſus Ioãnes
quæ non ſunt: ſed bonis moribus virtute
quæ adornati. & ſi hoc ſtatuti vigore face
re non poſſunt, quanto ergo minus ſine
ſtatuto.

Suadẽtur & prædicta, ex tex. notabili.
5. partit. ti. 7. l. 2. quæ habuit ortũ à. d. l. 1. C.
de monop. cuiꝰ hæc ſunt verba. *Otroſi ha-
zẽ poſturas q̃ otro ninguno no labre đ ſus
meneſteres, ſino aquellos que ellos reſciuẽ
en ſus compañias.* Et ibi. *Y porque ſe ſiguen
muchos males dende: defendemos que ta-
les cofradias y poſturas y cotos como eſtos
ſobredichos, ni otros ſemejantes dellos no
ſean pueſtos.* Et inibi contrarium faciẽtes
graui pœna plectũtur. Itaq; dicta ſeptipar
titarum lege exprẹſſim diſpoſitũ eſt † cõ 4
fraternitates quibus quidam eiuſdem of-
ficij ſeu generis admittuntur, alij quẹ ex-
pelluntur, eſſe abigẽdas. Et conſiderandũ
eſt, quòd prædicta lex partitæ non tantũ
monopolia illic exprẹſſa dimouet, ſed ſi-
milia. Quorum eſſe quæ aduerſarij prætẽ
dunt inficiari non poſſumus: & ſat cõſtat,
eſſe ligam monopolium & coniurationẽ
factam aduerſus dictum Alfonſum Ioan-
nẽ quæ ſancti Stephani: cũ ipſi ſuæ nobili
tatis huberiores quàm alij habeant proba
tiones. Quæ ligæ & coniurationes iure nõ
ſubſtinentur. §. conuentiones. de pac. iur.
firman. & illic Bald. & docto. & in. c. conſ-
pirationũ. 11. q. 1. cũ alijs de quibus memi-
nit Feli. in. c. exhibita. n. 4. verſi. nota limi
tationẽ. de iudi. & plenè Hierony. Gigan.
in tracta. de crimi. lẹſæ Mageſta. in ti. quã
do & per quos. q. 22. per totam.

Quibus & accedat ſententia Innoc. in.
c. cum acceſiſſent. col. 1. de conſtitu. vbi te
net

net † ſuper confratrũ receptione collegia
5 torũ vè ſtatutũ iniquũ cõfici nõ poſſe.ex.
d.l.1.C.de monop.& notabiliter Sali.in.l.
receptitia.in fine.C.de cõſtitu.pecu. qua
in lege tenet,nõ poſſe ab aliis cõfratribus
cõſtitui,ꝙ certi admittãtur,alij verò nõ.
Et palã idem ibidẽ tenet Bal.col.3.ex quo
Ioã.And.in ꝓœmioGrego.in verb.docto
ribus.(ex.d.l.1.C.de monopo.)tenet, vni-
uerſitatem minimè poſſe ſancire,docto-
res alteri⁹ ſcholares nõ recepturos. Quod
etiã tenet Lauré.Silua.in cõſ.1.quoniã.co.
25.n.75.li.1.vbi etiã cõſuluit † vniuerſitatẽ
6 ſtatutum minimè edere poſſe,quo aliqui
de vniuerſitate vel ciuitate ad eius cõmo
da & honores admittantur,at alij non: ſi-
quidem monopoliũ ſapiat,ſit quæ in alio
rũ præiuditiũ,contineat quæ iniuſtitiã:&
quando quidẽ prauo zelo id factũ cenſea
tur.ex pleriſq; inibi cõgeſtis. quæ videre
licet.& faciũt à nobis ſupra citata in cõſi.
10.in hac lite.nu.11.& ſeq.&.nu.25.& ſeq.
Præterea aduerſarij alterius ius auffer-
re nõ poſſunt.vt notiſsima concinũt iura.
& habetur in forcioribus terminis in.l. ſi
priuatus.ff.qui & à quib.& in.l.vẽditor.§.ſi
cõſtat.ff.cõmu.præd.Sed dictus Alfonſus
&Ioãnes cũ nobiles ſint(itaq; ꝓbauerint)
ius habẽt,vt ad dictã confraternitatẽ reci
piãtur. Tum ex dicti comitis fundatoris
inſtitutis. Tum ex dictæ cõfraternitatis
ſtatutis. Igitur aduerſarij eos ab hoc iure
excludere non poſſunt.Quibus& cõducit
quod tenetBar.in.l.fi.col.4.ff.de colleg.il-
li.vbi tenet † ꝙ collegiati nec confratres
7 nõ poſſunt aliquid facere in tertij præiu-
ditium.Et Ant.in. c.cũ oẽs.col.6.de cõſti
tu.inquit † vniuerſitatẽ collegiũ vè nihil
8 iniuſtè poſſe ſtabilire,ſeu in odium certę
perſonæ:& ſi maior pars velit: & quòd ab
eorũ iniuſto actu appellari licet.l.1.§.ſolẽt
ff.quãd.appel.ſit.& in.l.qui ſe grauatos. C.
de cẽſib.& in.l.ambicioſa.ff.de decret.ab
ordi.fa.& illic.dd.&ob id † ſiquis ad digni
9 tatem ſit nominãdus,non enim nomina
tur,ꝙ appellare poterit.l.1.C.de po.admi.
li.11.non enim dictæ vniuerſitates confra
ternitates quæ ad pios vſus confectæ ini-
qua & contra rationẽ conficere poſſunt.
vt in dictis iuribus cõſtat.& notat Bald.in
d.l.receptitia.colum.pen.
Quid multa † & propter iniqua ſtatuta 10
confraternitates diſſolui debẽt.l.ſub præ-
textu.ff de extraordi.crimi.& illic Bald.l.
1.& ibidem Bart.ff.de colleg.illi. Sed ini-
quum eſt,quòd aduerſarij alios recipiãt,
qui non ita eorum probarũt nobilitatem,
& prædictos expellãt:&hoc quorundã cõ
fratrũ odio,qui ipſos prauè in ſequuntur.
Nec prædicti Alfonſus & Ioãnes cùm
nobiles ſint,aliis nobilibus diſsimiles eſſe
diuerſo quæ iure ſunt cẽſendi.ff.de vſuca.
l.eũ qui edes.& in collegiis &vniuerſitate
ita Bald.expendit in.l.oẽs populi.ff.de iu-
ſti.& iu.col.5.verſicu.& in contrarium.
Suadetur nr̃a ſentẽtia † quia ad has ſimi 11
les cõfraternitates falicimè homines ſũt
admittendi,eorũ quæ receptio difficilis
eſſe nõ debet.vt Præpoſi.aduertit in.ca.ſi
quis.42.diſtĩ.quo fit(vt illic Præpo.ait)nõ
eſſe cõfratrum licitũ ſtatutũ † quo conſti 12
tuerunt,vt nullũ ad confraternitatem niſi
certo prætio ſoluto recipiãt. quod etiam
tenent Ioan.And.& alij in.c.dilectus.in 2
de ſimoni. Idẽ aſſertũ etiã confirmatur,
quia ſat dños iudices mouere ad prędicta
debet aduerſariorũ dolus & malitia, qui-
bus nr̃as partes à dicta cõfraternitate ex-
cludere ſtudẽt.ex traditis per Ioã.de Plat.
in.l.magiſtros.C.de profeſſo.& medi.lib.
10.ꝙ tenet loco † ꝙ & ſi ad doctores ſcho 13
lariũ examẽ pertineat,cũ ad licentiã do-
ctoratũ vè aſcendere petunt,ꝙ ſi chancel
larius videat,quòd aliquorũ doctorũ do-
to fraude vè non admittantur,ꝙ ipſos do
ctores vt eos recipiant,iubere poterit.ad
quòd ibi citat Salic.in l.nemini.C.de ad-
uoca.diuer.iudi.
Nec minus dictam ſubſtẽtat partem,
quòd dictus Alfonſus Ioannes quæ filij cõ
fratris ſunt:qui in dicta cõfraternitate vt
nobilis fuit receptus † quod eos facilius re 14
cipi aſtringi.ex tex.in.d.l.nemini.C.ď ad
uoca.diuer.iudi.& illic Bal.& tex.in.l.1.C.
de fil.offi.lib.12. Vnde eleganter cõſuluit
in noſtro propoſito Corne.in conſ.126.in

## Conſilium quadrageſimum Septimum

prǫſenti conſultatione.col.3.lib.3.quòd & ſi collegij ſtatuto conſtituatur † quòd ad collegium recipiendi certas habeát qualitates,quòd in filiis doctorũ,qui diu in ipſo collegio recepti fuerũt;non eſt tale ſtatutum intelligendum : ſed quòd inebitabiliter ad mittendi ſunt,alijs quæ præponendi.& faciũt quæ in alia materia tradit Barr.in.l. ſi mihi & Titio.col.fi.ff.de verb. obliga.& inibi Alex.in ſuis additionib. & Roma. in conſi.22.col.3.qui loquuntur in conceſsione emphitheoſis.

Et deniq; ad dominos iudicantes expectat,dictarum confraternitatem prauos mores iniuſta quæ ſtatuta tollere. Et his de prædictorũ Alfonſi & Ioannis ſancti Stephani iure conſtat.& poſtea ita deffinitum eſt.

Marcus Salon de Pace,
Burgenſis Doctor.

## Summariũ ſuper quadrageſimo octauo cõſilio.

1 *Salarium aſſeſſori ab eo eſt præſtandum, qui illud ſolue conſueuerit, & per totum conſilium.*

2 *Aſſeſſoribus ſalaria debent præſtari a partibus litigantibus.& nu.4.& ſeq.*

3 *Conſuetudo generalis non debet probari.*

5 *Proœmium legum explicat mentem legiſlatorum.*

6 *Intellectus.l.3.titul.21.partit.3.*

7 *Iudices ordinarii oppidorũ qui periti ſũt, ſeu ſalariati nihil a partibus percipere d̄bẽt pro ſentẽtiis ab ipſis iudicibus latis.*

9 *Iudices ordinarii aſſeſſorẽ ad iudicandũ expoſtulantes eorundem iudicũ ſumptu ſalariũ ſuis aſſeſſoribus præſtãdum eſt. et nu.10.quod contrariũ erit,ſi tales iudices ordinarii ſunt imperiti.*

11 *Domini tẽporales ſi confirment iudices a ſuis populis electis, ab eis non dicuntur creati.*

12 *Dominus temporalis non tenetur ſoluere ſalarium aſſeſſorum, qui electi fuerunt propter imperitiam iudicum ordinariorum ab Vniuerſitate.& per totum conſilium.*

13 *Culpa imputatur eligenti officialem imperitum.*

14 *Domini temporalis non eſt iuriſditio, quam exercent officiales a ſuo populo creati.*

## Conſilium quadrageſimum Octauum.

DIVINO nomine inuocato. In hac cauſa comitis de MõteRey, cũ eius oppido de.M. breui dicimus, dictum comitem non eſſe obnoxium ad ſoluenda ſalaria aſſeſſorũ prætorum ordinariorum dicti oppidi, vt eſt priori ſententia pronunciatum : ſed eam eſſe reuocandam iure optimo cenſemus.

PRIMO,quia vt dictus comes probauit, nos in dicto oppido.70. annorum viget(ex notiſsimis iuribus obſeruandus) quòd dicta ſalaria ipſe comes nec ſui anteceſſores ſoluerunt. Quæ iura in hac ſpetiæ ſubſiſtunt : ſiquidem iure ſtabilitum
ſit † ſalarium aſſeſſori ab eo eſſe præſtan 1
dum, qui illud ſoluere conſueuerit. Et

ait tenet glo.in authent.offeratur.in verb. præbitis.C.de lit.conteſta. Angel. in.l. ſi non ſortem. §. libertus.ff.de condi.indebi.verſiculo ſin autem quis.tenet etiam Cornel.in conſilio.201. viſo tenore.colũna.2.libro.4.& Purpura in rub.ff.de offi.aſſeſſo.num.165.& num.171.

QVID plura, & hæc eſt totius regni
2 generalis conſuetudo † & quod partes di-
3 cta præſtant ſalaria † quam vt pote gene-
ralem probari, non eſt neceſſum. Et traditis in.l.rem non nouam.C.de iudi.Bal. in.l.ſi fugitiui.C.de ſeru.fugi.col.2. & copioſe Deci.in conſi.402.nu.10.& in conſ. 655.nu.26.& alibi ſæpe traditur.

VERVM & citra conſuetudinem
4 ſeptipartitarum iure compertum eſt † ſa
larium aſſeſſoribus à partibus colligitantibus perſoluendum.vt clare docet text.in. l.3.tit.21.parti.3.qui tex.loquitur in aſſeſſoribus iudicum.

Tum ex dictæ legis verbis, *Y ſi por auẽtura algunos de los conſejeros conſejaren falſamente al juzgador.*

Tum ex præcedentibns verbis ibi, *Y puedos los conſejeros auer de las partes a quien acconſejaren por razon de ſu trabajo tanto quanto los juzgadores ante quiẽ es el pleyto tuuieren por bien.*

Tum ex prœmio dicti titul.21. quòd
5 † legum explicat mentem vt in.l.fi. cum
ſimilibus.ff.de hæred.inſti.quia in dicto prœmio hęc ſubijciuntur verba, *Y poren depues en los titulos antes deſte hablamos de las prueuas que los homes trahen en juizio para prouar ſus intenciones, queremos en eſte dezir, del conſejo que han de tomar los juzgadores ſobre ellos: y moſtrar primero, que coſa es conſejo, y quales deuen ſer los conſejeros.* Et ibi. *E que galardon deuen hauer quando bien acconſejaren al*
6 *juzgador.* Quæ verba ſat inſinuant † præ-
dictã.l.3.de iudicũ aſſeſſoribus loquutam: qui cõſiliarij nuncupari cõſueſcunt. vt in. l.conſiliarius. iuncta gloſ.ff.de offi.aſſeſſor.

Quibus & ſat conſonat.l.16.tit.15. ordi. lib.2.(quæ habetur.li.3.recop.tit.5.l.9) qua diſponitur † quòd oppidorũ prætores qui

iurium periti ſunt, ſeu ſalariati, nihil à par
tibus percipiant pro ſentẽtiis ab ipſis iudi 7
cibus latis. Igitur à contrario ſenſu, ſi iuris ſunt ignari, nec ſalarium ordinarium habuerint, rectè ſalarium à partibus habere poſſunt. Quibus & conducit tex. in.l.13.ti. 16.li.2.ordi.quæ habetur etiam in.d.l.9.ti. 5.lib.3.nouæ reco.quę & diſponit † in præ
dictis conſuetudinem ſeruandam. Quod 8
argumentum à contrario ſenſu (vt notiſſima concinunt iura) locum habet.

Proinde & dicti comitis ius ex alio ſuadetur † quia cõmuni iure iudices ordina-
rij aſſeſſorẽ ad iudicandum expoſtulan- 9
tes, eorundem iudicum ſumptu ſalarium illis præſtandum eſt. vt tenet Ioannes de Montemur.cum quo eſt cõmune doctorum votum, vt Abb.illi conſentiens teſtatur in.c.cũ ab omni de vit.& honeſta.cleri.co.fi.& tenet idẽ Bonifa.in ſua peregrina legum partitarũ.in verb.iudex fol.264 col.4.in verb.eligat.ver.ſi ordinarius.& ita prædicta ſalaria etiam iure communi cõſiderato à dicto comite peti nõ poſſũt. Quinimò & ſi ſectemur ſentẽtiã Bal.in.l. ſed & loci.§.ſed & ſi.ff.fini.regũ.ex tex.ibi dictis comes à dictis ſalariis immanis
eſt ſiquidẽ inibiteneat † iudicẽ legũ impe 10
ritũ partes litigantes ad aſſeſſoris ſalariũ cogere poſſe: & ita generali cõſuetudine eſſe conſtitutum cenſet. quod etiam admittit idem Bal.in.l.3.col fi.C.de adulte. poſt.Bar.in.l.ſi poſtulauerit.in fine principij.ff.eod.titulo.& Curti.Iun.in rub.ff.de offi.aſſeſſo. columna.2.

Deniq; & cõplura ſubſequerentur incõueniãtia, ſi dictus comes dicta ſalaria exoluere teneretur: quia iugiter paſſi quæ cũ dicti oppidi incole cum dicto comite inimicitiam habeant, dicta ſalaria peterẽt.

Nec prædictis dicere aduerſatur, ꝙ ex quo dicti prætores ordinarij à dicto co-
mite cõfirmãtur † ꝙ à dicto comite crea 11
ti cenſentur. Nam quidẽ vt conſtat ex ꝓceſſus ſerie (& ita ſententiis in rẽ iudicatã tranſlatis eſt cõſtitutum) ꝙ dictũ oppidũ nominet prætores, eos quæ dictus comes confirmet: & ita ipſa confirmatio non vo

lunta-

luntaria, ſed neceſſaria eſt: in quo caſu cōfirmās dare non eſt exiſtimādus. Quo fit, dictum oppidū potius dictos creare prætores, quā dictus comes. ex l. vnū ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de lega. 2. quē ad hoc Bar. expēdit in l. more. ff. de iuriſdi. omni. iudi. col. 2. in principio. cui & omnes ſcribentes illic conſentiunt.

Verū cùm culpa dicti comitis non ſit, prętores iuriū imperitos in dicto oppido
12 creari, non ipſe † ſed dictū oppidum eos creans ſoluere aſtringitur. Quibus conducit tex. in l. 2. ff. ſi mē. fal. mod. dixe. quo ſācitur, culpā & non leuē eſſe imperitū eli-
13 gere officialē † & illū eligenti imputandā eſſe. & vbi eſt culpa, inibi đbet eſſe pœna. l. ſancimꝰ. C. de pęn. & alibi ſępe traditur.

Ex prædictis & ſequitur, aduerſarijs dicere non ſuffragari, ꝙ iuriſditio quā dicti prætores exercēt, dicti comitis eſt † quia
14 eas confirmat. ex tex. in authen. de defenſo. ciui. §. iuſiurandū. colla. 3. cū aliis đ quibus recētiores in l. 1. ff. de iuriſdi. omni. iudi. & tradit Soci. in cōſ. 15 in cauſa & quæſtione nu. 1. verſi. infero etiam. lib. 3. & al. ſæpe inuenies. & ob id. ꝙ dicta ſalaria pręſtare eſt obnoxius. Tum, quia & ſi eius ſit iuriſditio, eo enim pacto eſt, ꝙ dictum oppidum prætores nominet: & dictus comes neceſſe confirmet: & ita quòd culpa in dictos prætores creare nō quidē (vt explicuimus) dicti comitis eſt, ſed prædicti oppidi. Tum etiam, quia prædicta lex partitæ generalis eſt, & hūc caſum cōpræhendit, ſcilicet, cū iudices ſunt dn̄orum. Tum, & quia dicta conſuetudo iure obſeruanda eſt: & in dicto oppido ineſt.

Tū item, quia ſat eſſe debet, quòd dictus comes prætorem maiorem cui ſalariū perſolui, vt de dicti oppidi cauſis cognoſcat. Tum & deniq;, quia nulla iuris
eſt ſanctio † quæ dn̄os impellat, ad pręſtā 15
da dicta ſalaria aſſeſſoribus prætorum. Et ita iuris eſſe cenſemus, & poſtea à dn̄is iudicibus ſic pronunciatum eſt, priori mutata ſententia.

Marcus Salon de Pace, Legum
Doctor Burgenſis nominatus.

# Sūmarium ſuper quadrageſimo nono cōſilio.

1 *Mercator vtroq; iure optime pōt recipere intereſſe ratione lucri ceſſātis.*

2 *Prohibitum non videtur in pactum deduci, quod iure communi debetur.*

3 *Soluere qui promittit in certo loco, et in nō ſoluit, aduerſario tenetur ad intereſſe, eius quod ſua intereſt, inibi ſolutionē non factam. et nu. 4. et ſequentib.*

5 *Mutuans alicui pecuniā vſque ad certū tēpus, et cū elapſo illo tēpore mutuās indigeret ſua pecunia, qui eā in mutuū accepit, nō poteſt reſtituere, & mutuās eam accipiat ſub vſuris: quod mutuans poteſt exigere non tātum ipſam pecuniā ſed vſuras præſtitas intereſſe nomine.*

6 *Intereſſe refundi debet ex qualitate ꝑſonæ creditoris, eiusque lucri ſoliti.*

7 *Pacto deduci poteſt, quod mercator mutuans expenſis eius cui pecuniā mutuauit, poſſit pecuniam debitam in cambiū ab aliis recipere, ſi debitor termino expræſſo non ſoluerit.*

8 *Cambia quando ſint licita.*

9 *Negotium alterius ſi quis gerat tam eius mādato quam ſine eo, nō tantū ab eo poteſt petere numos quos pro eo expendit, ſed etiam vſuras, quas pro illis pecuniis ſoluit.*

10 *Creditor quando poſſit aliquid recipere vltra ſortem principalem.*

11 *Intereſſe ex pacto taxari poteſt. ex ſeq.*

12 *Intereſſe quando a principio taxari poſſit. et nume. 13.*

14 *Vſurarius contractus in dubio non præſumitur.*

15 *Lucrum ceſſans non tantū teſtibus probari poteſt, ſed etiam vſu communi.*

16 *Intereſſe cum eſt probatum, non debe a iudice taxari.*

17 *Mutuās ob obſequia quæ debitori citra mutuū facit, ſalariū exigere pōt: dūtamen illud non deferat mutui ratione.*

# Conſilium quadrageſimum Nonum.

DEI maximi optimi auxilio poſtulato. In hac cauſa inici del Oſpital Burg. ciuitatis oppidani cum fiſci procuratore & comite de Monte Agudo, breui probabitur, quòd dictus inicus del Oſpital ratione intereſſe lucri ceſſantis potuit percipere dupondiorum numerum ab eo prætenſum: ſiquidem ipſe inicus mercator ſit † quare vtroq; iure
1 percipere ea potuit ex ratione dicti lucri ceſſantis. ff. de eo quod cert. loc. l. 3. §. fi. &. ff. de tritica. l. in hac. in fine. cum alijs de quibus vtrobiq; ſcribētes memores ſunt. & in. l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod inte. profe. & inibi late Pet. Rebuf. glo. vltima. nu. 3. & ſequent. & hæc eſt communis ſententia vt refert Rolan. à Valle. in conſ. 35. in præſenti. nu. 11. & ſeq. & præced. lib. 1. vbi refert plura ſingularia pro vtraq; parte & plenè etiam videas. Dominic. Soto de iuſti. & iur. lib. 6. q. 1. articul. 6. col. 3. &. 4. Et non videtur prohibitum in pactum dedu
2 ci † quòd iure cōmuni debetur. de elect. c. ſignificaſti. cū aliis de quibus meminit Aym. Crau. conſi. 89. nobilis. nu. 2. Verùm ad hanc rem eſt tex. optimus in cap. dilecti filij. de for. compe. ibi, *Mandamus quatenus eiſdem de pecunia ipſa cum iuxtis & moderatis expenſis, et congrua ſatisfactione damnorum (vſuris omnino ceſſantibus) ſatisfacias vt teneris.* Per quem tex. inibi glo. ait quòd qui in certo loco ſoluere promitit † & nō ſoluit, aduerſario tenetur ad
3 intereſſe eius, quod ſua intereſt inibi ſolutionem non factam. allegat tex. in. d. l. 3. idē & probatur in. c. 2. de fideiuſſo. ibi, *Ne igitur diſpendiū paciatur, videtur præmiū meruiſſe.* Et ibi, *Pecuniā quā pro eis ſoluit, reſtituant, ipſum quæ ſeruent in demnē.* Et inibi. *Et damna etiam quæ propter hoc pertulit reſarciri.* Quod & ſuadetur ex tex. in c. per tuas. de dona. int. vir. & vxo. quē adhoc
4 Abb. &. dd. perpēdunt † quòd ſi mercator ſua pecunia mercari ſolitus (vt fuit prædictus inicus de Oſpital) illam ad certū tempus mutet, quòd ſi debitor illo non ſoluit tempore, mercator aduerſus debitorem agere poterit, vt intereſſe loco ſibi exoluat, quod veriſimiliter lucraturus fuiſſet, ſi illā in termino promiſſo perſoluiſſet. Quod etiam alij tenent, quos refert & ſequitur Ioan. Lup. de Pal. Rube. in. 6. notabili. char. 108. col. 4. in. 1. illatione. Quæ & confirmantur, quia ſi mutuaui tibi centū vſque ad certum tempus † & cùm elapſo
ipſo tempore hac indigerem pecunia, tu 5
eam reſtituere non vales, ipſam pecuniā ſub vſuris acceperim (vt fecit dictus inicus) quòd poſſum à te non tantum ipſam pecuniam exigere, ſed vſuram præſtitam intereſſe nomine. vt probat tex. in. d. c. dilecti. de for. compe. & illic hoc tenent. gl. &. dd. & in. c. peruenit. de fideiuſſo. & in. l. pe. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. tenet Innoc. in. c. 2. de vſur. Abb. in. c. fi. eod. titu. & inſigne ſanctus Bernard. in ſuo ſermone. 402. cuius meminit Ambroſ. in tracta. de vſuris. nu. 264. qui ſanctus tenet ꝙ quādo creditor mutuans damnū incurrit, ex eo ꝙ debitor in termino nō ſoluit, ꝙ præter ſortē damnū recipere poteſt. ex. d. c. peruenit. & ꝙ ſi debitore non ſoluente in termino, ob id creditor ſub vſuris pecunias quærit, debitor eas illi exoluere obnoxius eſt. Et eſt doctorum commune votum vt teſtatur Silueſt. in ſua ſumma in verb. vſura. in. 1. num. 19. & num. 26.

Quæ præcipuum in præſentia obtinēt, ex quo iureiurando debitor obligatus eſt. vt aduertit glo. in. d. c. peruenit.

Quod intereſſe † & ex qualitate perſo 6
ne creditoris eius quæ lucri ſoliti refundi debet. vt tenet Bart. in. d. l. 1. C. de ſen. quæ pro eo quod inte. profe. Ancha. in clem. 1. §. ſane. de vſur. quibus addendus ex tex. in l. quemadmodum. §. item Labeo. ff. ad. l. Aquil. & Pau. Caſt. in. l. 3. §. fi. ff. de eo quod cert. lo. cum aliis de quibus Iaſo. in. l. 1. nu. 50. C. de ſum. trinita.

Ex

7 Ex quibus & conſtat † iuſtè à principio
potuiſſe pacto deduci, quòd dictus inicus
del Oſpital expēſis dicti ſui debitoris poſ
ſit pecuniam debitam in cambium ab a-
liis recipere, ſi dictus debitor termino cō
tento nō ſoluerit, & ipſe inicus à dicto
debitore totum id quod cambio perſol-
uerit, exigere poſsit. Et ita tenet Ho-
ſtien.in.capitulo.ſalubriter.de vſur.& il-
lic Abb.& Anan.Raymun.in ſumma de
vſur.beatus Thom.2.2.q.78.col.5.Scot.in
4 ſententia.diſtin.15.q.2.arti.2.& etiam
Grabi.in.4.diſtin.15.Ange.Claua.in ſum-
ma.verb.vſura.§.16.poſt diuum Anton.2.
part.ſuæ ſummæ.tit.1.cap.7.§.15.cum ſe-
quentibus & in propoſito videas etiam
Archid.in.c.vſura.14.q.3:& conſtat etiam
ex Calde.in cap.nauiganti.de vſur.Sali.in
authen.ad hæc.C.eod.tit.Conrad.de con
tractib.q.41.conclu.1. Cambia † enim ſi
8 conſuetum morem non excedant, illici-
tum quæ non contineant, licita ſunt.gloſ.
Bal.Sali.in.l.3.C.de exercito.Bald.in rub.
de conſti.pecu.& in.l.2.C.de vſur.rei iudi.
& in.c.1.col.5 de plus peti.& in quæſt.inci
pien.ſtatuto cauetur.poſt Archid.13.q.3.c.
1.Anan.in.d.c.nauiganti.& hanc dicit eſſe
communem reſolutionem Iaſo.in.d.l.1.
C.de ſum.trini.2.lectu.num.39.& alibi ſæ
pe traditur.

Quæ & coadiuuantur, ex his quæ tradū-
tur in.l.at qui natura.§.non tantū.ff.de ne
go geſt.qua in lege ſancitur † quòd ſi quis
alterius gerat negotium, domini ve nego
tia, citra eius mandatum, quòd non tantū
à domino poteſt petere numos, quos pro
eo expendit, ſed etiam vſuras, quas pro il
lis exoluit pecuniis.idem & conſtat in.l.
ob negotium.C.eodem tit.& idem tenēt
docto.in.l.1.C.manda.vbi tenent, etiam
hoc procedere de iure canonico.ex text.
in.c.peruenit de vſuris.

Hæc etiam ex alio confirmantur, quia
10 † quando tertio non mutuanti intereſſe
eſt applicandum, vt hic contingit, ſiqui-
dem cābiis perſoluitur, tunc creditor vl-
tra ſortem recipere poteſt.vt tenent ſcri-
ben.in.d.c.1.de vſur.& ſanctus Ant.in tra-
cta.de vſur.qui reperitur in.6.parte.§.19.
& palam Bald.in.l.vſuras.C.de vſur.

Verùm & dicimus † quòd prædictum 11
intereſſe ex pacto taxari potuit.

Tum, quia hæc taxatio non à principio
ſed ex poſt facto fuit: facta.vt tenent do-
cto.in locis ſuperius citatis.

Tum, etiam quia (vt eſt probatum) di
ctus inicus ſuis pecuniis illud intereſſe &
plus iuſtè fuerat ſuis negotijs lucraturus,
& quòd plus dictis cambijs ſoluit. 12

Tum item † quia & ſi verum ſit, quòd
pleriq; teneant, quòd à principio non poſ
ſit intereſſe taxari, ſi ſolutio tempore con
ſtituto non fiat: temperandum eſt, niſi ap
pareat id quod ſtimatum eſt intereſſe lu-
cri ceſſantis verū ſit intereſſe, & ꝙ promiſ
ſas quantitas eſt lucrū ceſſans ſeu damnū
emergēs.vt hic fuiſſe probatū eſt.ita cō-
ſtat ex Ioan.And.in.d.c.ſalubriter.& ini-
bi Hoſtiē.& Abb.& inſigne in noſtro pro-
poſito Deci.hoc tenet in.c.cū venerabilis
col.6.de excep.& in cōſ.113.col.fi.verſi.ſe-
cundò non obſtat.poſt Bal.in.l.rogaſti.§.ſi
tibi.col.2.ff.ſi cert.peta.vbi inquit, ꝙ ſi ti-
bi decem mutuē, quæ numis ſoluere pro-
miſeris, & ꝙ ſi tunc non reddideris, quin-
decim mihi intereſſe ratione tradere o-
bligaris, quòd verū eſſe intereſſe ꝓfiteris,
ꝙ hæc promiſsio iure firma eſt, ſi eſſe ve-
rum intereſſe etiam coniecturis conſtet.
ff.de actio.& obliga.l.Traiectitiæ. Quid
plura.& gloſ.in.d.c.dilecti.de for.compe.
ait † vtile eſſe à principio certā ꝓ intereſ 13
ſe taxare ſummā: ex eo ꝙ talis intereſſe
probatio difficilis eſt, & iudex illud ſubti
liter perſcrutari debeat.C.de ſenten.quæ
ꝓ eo quod inte.profe.l.1.Proinde & Abb.
in.d.c.ſalubriter.& Iaſo.in.d.l.1.C.de ſum.
trini.poſt ancha.in.c.peccati venia.7.q.ad
finē de reg.iur.li.6.dicūt, ꝙ quando lucrū
veriſimile eſt, ab initio pacto extimari
poteſt, nempè vt pro dote non ſoluta.

Cæterū cōtractus † in dubio licitus, non 14
verò vſurariꝰ præſumitur.l.ſi ea pactione.
C.de vſur.cū aliis quorū meminit Aym.
Cra.i cōſ.145 viſo ꝓceſſu.n.2.& ſeq.& facit
tex.in.l.merito.cū ſua materia.ff.ꝓ ſotio.

Et

15 Et lucrum † prædictum ceſſans non tãtum teſtibus probatum eſt, ſed vſus communis ipſum probat.ex.l.quod ſi nolit.§. aſsidua.ff.de edil.edict.l.1.librorũ.§. quod tamen Caſius.ff.de leg.3.ca.illo vos.de pignorib.dicta.l.3.§.fi.ff.de eo quod cert.loc. & ibidem Iaſo.cum aliis de quibus meminit Roland.à Valle in conſ.75.primò quidem.nume.43.

16 Et cùm de intereſſe conſtant † nõ debet à iudice taxari vt traditur in.d.l.3.§.fi. ff.de eo quod cert.lo.& illic Iaſo.col. pen. & habetur in.l.1.C.de colleg.illi.libr.11.& ſunt aliæ concordan.de quibus meminit. Pet.Rebuf.in.d. vnica.C.de ſen.quæ pro eo quod inte.profe.in gloſ.ſubtilitatem. nume.15.& ſequentibus.

Denique & conſtat, prædictum inicum ratione ſui laboris.57.numorum millia percipere potuiſſe, ratione exactionis debitorum ex notiſsimis iuribus, quæ diſponunt, laborem eſſe remunerandum.& in propriis terminis ita cõſtat ex Silueſt. in ſua ſumma.verb.vſura.1.§.33.quo ait loco † mutantem ob obſequia quæ debitori citra mutuũ facit, ſalarum habere poſſe dum tamen mutui ratione non deferat. 17

Quibus liquet de dicti Inici iure meliori iuditio ſaluo, cui prædicta ſubijcimus.

Marcus Salon de Pace, Legum Doctor Burgenſis nominatus.

# Summarium ſuper quinquageſimo Conſilio.

1 *ECCLESIA vt fundet intentionẽ ſuam de iure communi in decimis alicuius fundi, debet probare, fundum illum eſſe intra fines talis eccleſiæ.*

2 *Epiſcopus in decimis percipiẽdis quo ad quid fundet intenſionem ſuam.*

3 *Laicus & ſi ſit incaps decimarum, tueri tamẽ poteſt præſcriptione immemoriali in exigendis & percipiendis dicimis. & multis ſequentibus.*

4 *Immemorialis habet vim tituli, etiam ſi tulus non allegetur.*

6 *Sententiæ tranſlatæ in rem iudicatam, pro veritate habentur.*

7 *Sententiæ inter alios latæ, quando in alia cauſa plene probent.*

8 *Decimas percipiendi qui habet poſſeßionem de omni armẽto ſeu grege in aliquibus deheſis depaſcentibus, tuendus etiã eſt in quaſi poſſeßione percipiendi decimas de omni frumento ſeu fructu in eiſdem deheſis collecto poſt quam ad culturam redactæ fuerint. et ſequen. pleriſq;.*

9 *Fundus & ſi qualitatem mutet (vt quia de vinario frumentarius fiat) nihilominus decima ſoluenda eſt. & præcedenti.*

10 *Priuilegium ſemel in aliqua re quæſitũ non mutatur, & ſi qualitas rei fructus ve varietur.*

11 *Priuilegium ex cultura ad non ſoluendum decimas retinetur, & ſi rei mutetur qualitas.*

12 *Decimæ præſcriptio in aliqua terra ad aliam fructus ſpetiem extenditur.*

14 *Noualia quæ dicantur, vt decimæ non debeantur præſcribenti decimas.*

16 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrrogatur.*

17 *Præſcriptio non ita extẽditur ſicut conſuetudo.*

18 *Titulus nõ requiritur quod allegetur in conſuetudine: & ſi in præſcriptione requiratur eius allegatio.*

# Conſilium Quinquageſimum.

DEI optimi maximi pe
tito, eius que genitricis
beatiſsimæ mariæ. In li
te quam comes de Mõ
te Rey controuertitur
cum epiſcopo Pacenſi,
dicendum eſt, quòd dictus comes abſol-
ui debeat à petitione dicti epiſcopi & de-
cani & capituli ſuæ eccleſiæ: ſi quidẽ non
conſtet dehesas ſuper quibus agitur his,
ſub prædicti epiſcopi & capituli perro-
chia eſſe: vt dictarum dehesarum deci-
mas prætendere poſsint † prout iure
1 neceſſe eſt, vt ipſi ſuam intentionem
quo ad dictas decimas iure communi
fundent. vt in capitulo fi. de parroch. & in
capitulo ad decimas. de reſtitu. ſpol. libro
6. cum alijs ſuis notiſsimis. Quin & di-
cti epiſcopus & decanus & ſi infra dioce-
ſim dictæ dehesæ extarent, non tamen
quoad prædiales decimas ſuam intentio-
nem iure communi munirent, ſed tantũ
eccleſia parrochialis ſeu baptiſmalis, niſi
in quarta parte decimarum † in qua epiſ-
2 copus ſuam fundat intentionem capitu-
lo conquerente. de offi. ordi. & in capitu-
lo quoniam. & illic doctores de decim.

Quin & ſi quę diximus ceſſarent, con-
ſuetudine immemoriali (qua dictus co-
mes ſui que anteceſſores dictas percipe-
rent decimas) tueri poteſt: & ſi laici fue-
rint: cùm ante concilium Lateranenſe
ſibi conceſſas allegauerint † quia & ſi lai-
3 cus iure communi ſit dictarum decima-
rum incapax capitu. cauſam quæ. de prę-
ſcrip. capitulo quamuis. de decim. cum a-
lijs. extante tamen conceſsione ante di-
ctum concilium laicus decimas percipe
re (ſeu præſcriptione immemoriali alle-
4 gata) poteſt † cùm ipſum tempus imme-
moriale vim tituli habeat. de præſcrip. ca
pitulo. 1. in. 6. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff.
de aq. quotid. & ſti. capitulo ſuper quibuſ-
dam. §. præterea. de verb. ſignifi. quod etiã
obtinet (& quòd tituli vim habeat) & ſi ip
ſe titulus non allegetur. Cino authore &
Ang. & Paul. Caſtrẽ. in. l. ſi certis annis. C.
de pact. Soci. in conſilio. 127. libro. 1. quia
ius talem præſumit titulũ. Innoc. & Abb.
in capitu. ſi diligenti. de præſcrip. eſt quæ
præſumptio iuris & de iure. Secundum
Feli. in capitulo cùm nobis. de præſcrip.
& inducit prę ſumptionẽ conſenſus ſum-
mi Pontificis. Anto. in capitulo contine-
batur. de his quæ fi. à Prę l. ſi. conſen. capit.
Soci. in conſilio. 15. lib. 1. Deci. in conſilio.
36. & in conſilio. 135. poſt Ioan. And. Abb.
Imol. & doctores in capitulo cùm apoſto
lica. de his quæ fi. à Præla. & faciunt quæ
ſupra citauimus in conſilio. 15. in hac lite.
num. 12. cum multis ſequentibus.

Vnde in noſtris terminis Ioan. And.
Anto. Abb. & Imol. in. d. ca. cùm apoſtoli-
ca. dicunt † laicis decimas tempore im- 5
memoriali percipientes, poſſe eas dein-
de exigere, non ex vi præſumptionis: ſed
quia ex tanto tempore præſumitur, quòd
fuerit prædictas decimas adeptus tempo
re licito, ſcilicet, ante dictum concilium
Lateranenſe: ſiquidem non ſit cenſendũ,
eccleſiam ipſas decimas tanto tempore
percipere aſſentiret, ſi laicorum tituli il-
legitimi eſſent. ex l. cùm de indebito. ff.
de probat. & ex tex. in capitulo ſi quis. de
reb. eccle. non alie. & confirmatur ex do-
ctrina Anto. in capitulo illud. de prę ſcrip.
& in capitulo literas. de reſti. ſpol. quam
ſententiam tenent doctores in dicto ca-
pitulo cùm Apoſtolica. & Alberic. in ſuo
dictionario. in verb. decima. verſi. 6. & Cu
manus in conſil. 83. quia cauſa decimalis.
colum.

colum.fi.Alexan.in conſilio.6.colum.penultima lib.1.Barba.in conſilio.35.lib.2.Feli.in.d.capit.cauſam quæ de præſcript.Iacob.de ſancto Georg.in tracta.feudor. in verb.cum mero & mixto imperio.in fine & eſt doctorum communis opinio ſecundum Franciſc.Balb.in tracta.præſcriptio. 7.quæſtione.5.partis principalis quo in loco abunde hanc fulcit ſententiam eandẽ ſententiam prius tenuit Bald.in conſilio. 422.præſuppoſito.libro.1.& Nicol.Milis in ſuo indice.in verb.decima.& Soci.Iuni.in conſilio.115.nume.37.cum ſequentibus libro.2.& Pet.Rebuf.in ſuo tracta.decimarum quæſtione.13.num.76.poſt Iaſo.plene in conſilio.156.numero.1.& ſequentib. libro.2.& Soci.Iuni.in conſilio.115.lib.2.& &Grego Lup.in.l.23.in verb. *Tamen dicezmo*.columna fi.tit.20.parti.1.vbi ait, quòd hæc opinio videtur magis communis.

Cùm igitur dictus comes prędictam cõſuetudinem immemorialẽ probauerit, in dictis decimis percipiendis obtinere debet.

Prædicto comiti proſunt executoriales producti (à Rota emanantes) quibus pronunciatum eſt, dictum comitem dictas decimas iuſtè percipere:in quibus adſunt Rotæ ſentẽtiæ,in rem iudicatam

6 tranſlatæ † quæ ob id, ꝓ veritate habẽdæ ſunt.ff.de re iud.l.1. & titulũ pręſtãt ad dictas decimas exigẽdas.l.iuſtè poſsidet. ff. ꝗ acqui.poſſe.Bar.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur. Et licet dictæ ſententiæ inter alios latæ fuerint † tamen cũ agant de de-

7 claranda capacitate dicti comitis, dictas decimas percipiendi,cùm late fuerint cũ legitimo contraditore,& in iuditio plenario,quo ad omnes ius facere videntur.ex. l.ingenium.ff.de ſta.homi.& illic Alberi.& Bald.Anto.& ſcribẽtes in capitulo quãuis.de re iudica. Alexand.in.l.ſæpe.num. 56.cum ſequentibus.ff.eodem tit.vel ſaltem faciunt quale quale præiudicium,& proderunt ad muniendas probationes dicti comitis.glo.in.l.ſi duo patroni.in princip.ff.de iur.iur.& illic doctores Angelus Areti.in.l.à ſentẽtia.ff.de appel.cum alijs de quibus meminit Alex.in.l.ſæpe.ff.de re iudi.nume.70.

Et cum dictus comes in poſſeſsione fuerit † percipiendi dictas decimas de o- 8
mni armento ſeu grege dictis deheſis depaſcentibus,conſequens erit,eſſe tuendũ etiã in quaſi poſſeſsione percipiẽdi decimas ꝗ omni frumẽto ſeu fructu dictis deheſis collecto poſtquã ad culturã redactæ fuerũt.ex tex.expræſſo in.c.cõmiſſum.ꝗ decim.ibi, *Et ſicut etiã de paſcuis olim decimæ perſoluebantur,ita et de eiſdẽ ad frugum fertilitatem tranſlatis decimas volumus ſine diminutione perſolui.* Et ita inibi tenent Hoſtien.Card.Anto.& idem Hoſtien.in rub.de decim.in ſumma.verſicu. decimò quæro.quo in loco firmat † quòd 9
& ſi terra qualitatem mutet,nempe ſi de vinaria frumẽtaria fiat,decima nihiloſecius exoluenda eſt.prout ante ſolui conſueuerat. Et his accedat text.in. c.fi.de pri-
uileg.vbi † priuilegium ſemel aliqua in re 10
quæſitum, non mutatur: & ſi qualitas rei fructus vè varientur:& ob id,ibidem ſancitur † quòd priuilegium ex cultura ad nõ 11
ſoluẽdum decimas retinetur,& ſi rei mutetur qualitas.His & aliud ſententia Ioan. And.in.addi.ad ſpecul.tit.de loca.§.1.verſicul.quid ſi colonus.cui adſtipulatur Iaſ. in.l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus ff. de verb.obliga.

Prædicta & ſuadentur,ex tex.expræſſo in. cap.cum in tua.de decim.vbi habe-
tur † quod præſcriptio decimæ in aliqua 12
terra ad aliam fructus ſpetiẽ extenditur. & inibi notas Ancha.Abb.col.1. & cæteri doctores.Quod Alber.tradit in.l.certo generi.ff.de ſerui.ruſti.præd.quã ſentẽtiam firmat etiam Nicol.Miles.in ſuo indice. in verb.decima.verſi.antepen. Card.Pet. Pau.Pariſi.in conſ.73.licet ius commune. col.2.nu.12.& ſeq.lib.4.Abunde ibidẽ pro-
bans † quòd ſi ex prædio aliquid cũ eſſet 13
incultum percipiebatur,(vt quia erat paſcum vaſſallis ſeu ſimile)& exindè ad culturã reducitur,quòd ex dicta cultura decimæ debentur,ſicut & de antiquis præſcriptis.quibus etiam cõſentit Pet.Rebu. in.

in.d.eius tracta. decimarum.q.14.n.22.&
probatur in.c.ſtatuto.de decim.lib.6.&in
c.cùm contingat. in.fine.eod.titu.& inibi
Anto.num.4.& in.d.c.commiſſum. cum
aliis de quibus meminit Aym.Crau.cōſi.
55.reuocatur.nu.1.verſi.ſed reſpondeo.&
ſequentibus.

Nec dicere oberit, noualia fructus fru-
menti nouè redacti ex cultura non ideo
ſub dicta quaſi poſſeſsione compræhẽdi.
Nam cùm compertũ ſit, ante culturã ex
dictis dehæſis herbarum fructus percipi,
& ex eis decimas † nõ quidem noualia di
14 ci poſſunt, quę ex agricultura proueniunt
vt conſtat in.d.ca. cōmiſſum.& ſimilibus.
Et ex Ioan.And.& Ancha.in.eod.c.com-
miſſum.† noualia enim illa tantum ſunt,
ex quibus nulli fructus ante culturam per
cipiebantur.de verb.ſignifi.c.quid per no
uale.& illic Innoc.& docto. Rurſus cùm
tam herbarum fructus quàm frumẽti ſit,
eiuſdem agri & terræ diuerſo iure cenſe-
ri non debet.ff.de vſucap.l.eum qui edes.
15 Itẽ & ſi ex cultura † mutetur qualitas(non
vero ſubſtantia)eodem quę res iudicatur
l.pacta conuenta.ff.de cōtra.empt.l.quæſi
tum.§.illud.ff.de leg.3.& conſtat ex tradi-
tis à Paulo de Leaz.in clem.1.de decim.&
inibi Card.q.23.quos refert Soci.in conſi.
297.lib.2.quo in loco optimè ad prędicta
loquitur. Prædicta & fouet regula genera
lis † qua habetur, ſubrrogatum naturam 16
ſubrrogati ſapere.l.certi conditio.cũ glo.
ff.ſi cert.peta.l. parabolam.C.de epiſcop.
& cleri.& tex.in.l.ſi cum.§.iniuriarum.ff.
ſi quis cautio.

Et ſi dicta iura in præſcriptione obti-
nent, à forciori in cōſuetudine procedẽt:
quæ ex ſui natura ius in vniuerſo quærit
(hoc eſt, in omni fructu) ſecundum Abb.
in.c.cùm dilectus.col.fi.& in.c.fi.col.ante
pe.de cōſue Hoſtien.& Abb.in.c.cùm ec
cleſia ſutrina.de cau.poſſe. Et proprie. Do
minic.in cōſi.123. Alex.in.d.conſi.6.col.fi.
Nanq; præſcriptio † non ita extenditur, 17
ſicut conſuetudo. Secundũ Innoc.in.ca.fi.
de offi.archi.in qua † non requitur titulũ 18
allegari: & ſi in præſcriptione neceſſaria
fuiſſet allegatio. ſecundum Archid.in.d.c.
1.de præſcrip.in.6.& in.c.ſeruitium.18.q.2
& in.c.quia cognouimus.10.q.3.tradit Flo
ria.in.l.ſeruitutes.ĩ magna.ff.dẽ ſeruitutib.

Ex quibus dicti comitis iuſtitia paten
tiſsima eſt.& ita poſtea pronunciatũ fuit.

Marcus Salon de Pace,
Doctor Burgenſis.

# Laus Deo.

[illegible]

Laus Deo.

# INDEX EORVM QVAE IN HAC PRIMA parte conſiliorum notatu digna tractantur.

## A

ABSENS condemnari poteſt.in conſi. 12 numero.10.
Abſenti quis poteſt obligari.in conſilio.33 nu.12.& ibi quid erit in remiſsione.
Abſens.vide infra in verb.approbatio.
Abſolutionem à iuramento non tenetur petere minor enormiſsimè læſus. in conſi.28.num.17.
Abſoluēdus.vide in verb.æquabilia ſunt.
Acceptans ſcripturam,eam cenſetur acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus clauſulis & conditionibus.in conſilio.14.num.33.& in conſilio.26.num.28
Acceptatio donationis requiritur, etiam ſi donatio fuerit iurata.in eod.conſ.14 num.21.& ſequent.
Acceptare quis videtur ſcripturam cùm aliquid ex contentis in ea ad implet.in conſil.26.num.31.
Accepratio ſcripturæ inducitur,ex receptione ipſius ſcripturæ. in eod.conſil. 26.num.32.
Acceptatio tacita ſufficit,vt non habeat locum doctrina Barto.in.l.qui Romæ. §. Flauins Hermes. de verb. obliga.in eodem conſilio.26.num.33.
Acceptatio non poteſt fieri poſt mortem donantis.in conſil.33.num.14.
Acceptatio.vide in verb.approbatio.& in verb.donans.& in verb.donatio.per totum.& in verb.electio.& in verb. hæres.& in verb.inſtrumētum.& in verb. legatum. & in verb. maioricatus. & in verb. pater donans. & in verb. ſcriptura priuata.
Acta proceſſus conſtat non interueniſſe, ex quo in proceſſu non reperiuntur. in conſil.14.num.65.
Acta.vide in verb.ſententia.
Actio oritur ex arbitrorum ſententia emologata.in conſi.33. num.21.
Actio.vide in verb.præſcriptione.
Actor. vide in verb. ordinaria via. & in verb.probatio.
Actus qui ſequitur, declarat intētionem in præcedentibus.in conſil.26.num.39.
Actus qui non valet reſpectu aliorum, valet reſpectu minoris.in conſil.38.nu.21.
Actus validitatis præſumptio aliis præſūptionibus præfertur.in conſi.39.nu.17.
Actus geſtus ita videtur, vt minus lædat ius gerentis.in conſi.43.nu.30.
Actus.vide in verb.clādeſtinus.& in verb. clauſula ſic extantibus.& in verb.errās. & in verb.iuramentum.
Aditio ſeu emptio non probatur ex verbis,volo adire hæreditatem, vel emere.in conſi.3.nume.87.
Aditio hæreditatis probatur verbis enunciatiuis ob aliud emiſsis in conſi.14.numero.29.

Aditio hęreditatis ex quo capite cenſeatur facta in eod.conſ.14.num.48.
Aditio hæreditatis probatur per teſtes ſingulares.in eod.conſi.14.nu.53.
Adminiſtratio bonorum ſi alicui ſit interdicta tanquã vero ꝓdigo, valet & tenet & ſi verè ꝓdigus nõ ſit.in conſi.38.n.10.
Adminiſtratio, & adminiſtratur.vide in verb.curator.& in verb. prodigus.
Aduocatus non poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua fuit aduocatus.in conſilio.11.numero.14.
Agnatio.vide in ver.conſeruatio.
Alarde.vide in verb.miles.
Allegari.vide in ver.pręſcriptio.& in ver. præſumptio.& in verb.tertij ius.
Alienatio eſt nulla, cùm quis alienat rem contra expræſſam prohibitionem. in conſi.44.nu.3.
Alienationis prohibitioni verba indifinita æquipotent vniuerſali, & extendun tur ad omnes ſucceſſores.in eod.conſi. 44.num.6
Alienationem cùm teſtator indifinitè & imperſonaliter prohibet, prohibitio iudicatur perpetua.in eod.conſilio.44 num.7.
Alienari ſi res ſit prohibita, donari tamen poteſt ex cauſa remunerationis.in cõſilio.3.nume.32.
Alienatio.vide in verb.commiſsi pœna. & in verb.licentia.& in verb.maioricatus. & in verb. præſcriptio. & in verb. princeps.& in verb.ſubſtitutus poſtremò.& in verb.vſufructuarius.
Alienationem reuocare.vide in verb. vide in verb.patet.
Alienatio rei dotalis.vide in verb.vxor & ſi ſit hæres.
Alienatio rei minoris.vide in ver.minor.
Alienatio rerum eccleſiæ.vide in verb.iudicis decretum.& in verb.licentia epiſcopi.
Alimenta ex quibus congrua dicantur, vt regiæ facultati ſatisfactũ eſſe dicatur. in conſilio.1.numero.10.fol. .& inibi quid erit in dote ſtante dicta regia facultate ſeu renunciatione.
Alimenta ſunt præſtanda de fructibus bonorum, non verò ad ea præſtanda debet vendi proprietas bonorum.in conſilio.9.nu.17.
Alimenta ſunt præſtanda iuxta perſona, & dignitatem, & quantitatẽ patrimonij.in eod.cõſi.nu.34.fol.& in cõſil. 28. nume. 29.
Alimenta præſtanda ſunt augenda ratione maiorum ſumptuum & expenſarum.in eod.conſi.9.nu.35.
Alendi prior eſt cauſa patris.in eod.conſ. 9.nu.37.
Alimẽta.vide in ver.habitatio.& in verb. læſio enormiſsima.& in ver.pater.
Alternatiuæ pars explicat aliam partem eiuſdem alternatiuæ & quãdo.in cõſi. 3.nu.81.
Alternatiua quando reſoluatur in coniunctam.in eod.conſi.3.nu.82.
Animus.vide in verb.mutatio.
Antidoralis obligatio etiã inter patrẽ & filium conſideratur.in conſi.3.num.29
Antiquitas.vide in verb. contractus. & in verb.dominium.& in ver.ſolemnitas.
Appellari debet à ſententia cõtra aliquẽ lata intra tempus à lege ſtatutum ad appellandum à tempore ſcientiæ. in conſi.12.nu.13.
Appellatio producenda eſt corã iudice à quo appellatur.in eod. conſi.12. nu. 14.
Appellari quando poſsit ab executore.in conſi.40.nu.5.
Appellatio.vide in verb.contumax. & in verb.nominandus.& in verb. ſentẽtia. & in ver.ſucceſſor.& in ver.vniuerſitas
Approbare quis videtur alterius teſtamẽtum, faciendo diuiſionem bonorum ſecundum cõtenta in ipſo teſtamẽto. in conſi.14 nume.30. fol. & vide in verb.hæres.
Approbatio probatur per declarationem extra iudicialem.in eodem. conſi. 14. nume.47.
Approbatio quòd per aliquem fuerit facta probatur teſtibus ſingularibus. in eod.conſi.14.nume.52.
Approbatio fieri poteſt per approbantẽ

etiã in abſentia eius in cuius fauorem fit approbatio. in eod. conſi. 14. nu. 58.
Approbatio. vide in verb. acceptatio. & in verb. hæres. & in verb. producẽs. & in verb. teſtamentum.
Arbitri pro ſententia præſumitur, ſicut ꝓ ſententia ordinarij. in conſi. 33. num. 4.
Arbitria redacta ſunt ad inſtar iuditiorũ. in eod. conſi. 33. num. 24.
Arbiter. & arbitriũ vide in verb. actio oritur. & in verb. emologatio. & in verb. ſententiæ antiquæ. & in verb. conſueta fieri.
Arbitrium licet quis in re liberũ habeat, eo vti non poteſt, ſi actus ab eo geſtus æquitati aduerſetur. in conſilio. 20. numero. 9.
Argui licet de maioricatu ad feudum. in conſi. 9. nu. 20.
Argumentũ à contrario ſenſũ non habet locum contra legem. in conſi. 19. nu. 14.
Argumẽtum validum eſt de officiali perpetuo ad officialem ad bene placitum creatum. in. conſi. 21. nu. 4.
Argumentũ de ſimilibus ad ſimilia in cõditionibus voluntarijs nõ procedit. in conſi. 27. n. 19. fol. . & in conſ. 29. n. 59.
Argumentũ de ſimilibus ad ſimilia nõ ꝓcedit in cõtractibus. in eo. cõſ. 29. n. 60
Argumentum de ſimilibus ad ſimilia fallax eſt. in eod. conſ. 29. nu. 62.
Argui licet ab ordine literę in cõſ. 43. n. 32
Argumentũ. vide in verb. leges quæ agũt.
Arma. vide in verb. conditio. & in verb. conſuetudo.
Arra. vide in verb. donatio ꝓpter nuptias. & in verb. vxor per totum.
Aſſertio. vide in verb. cõtractus. & in ver. feudalia. & in verb. iudici. & in ver. princeps. per totum. & in verb. tabellionis aſſertio.
Aſſeſſoribus ſalaria ſunt præſtanda à partibus litigantibus. in conſil. 48. nu. 2. & ſequentibus.
Aſſeſſor. vide in verb. dominus temporalis. & in ver. iudices ordinarij. & in ver. ſalarium.
Auditus. vide in verb. teſtes.

# B

BEllum. vide in verb. nobilitatis priuilegium.
Blanditiæ. vide in verb. metus.
Bona fides ex quibus conſtare dicatur in præſcriptione. in conſi. 41. nu. 13.
Bona fides ex quibus cauſetur. in eodem conſi. 41. num. 15.
Bona fides. vide in verb. coniectura. & in verb. immemorialis.
Bona futura. vide in verb. donatio.
Bonæ fidei contractus. vide in verb. contractus.

# C

CAducitas. vide in verb. ſubſtitutus.
Cambia quando ſint licita. in conſ. 49 numero. 8.
Cambia. vide in verb. intereſſe. & in verb. pacto.
Cancelatio. vide in ver. prothocolum. & in verb. teſtamentum.
Capelanus. vide in verb. laicus.
Capituli conſenſu ſi aliquid ſit ſtatutum, nihil grauæ ſine eius aſſenſu expediri poteſt. in. conſi. 17. nu. 15.
Capitulũ generale. vide in verb. ſtatuta.
Carcerat⁹ quis dicitur in illo loco, in quo ſtare tenetur. in conſi. 12. num. 7.
Caſus omniſſus remanet in diſpoſitione iuris communis. in conſi. 2. nu. 1. fol. & in conſi. 29. num. 19.
Caſus ſimilis qui dicatur, & qui diſſimilis, ad hoc vt dicatur compræhẽdi ſub diſpoſitione teſtatoris, vel non: & quãdo extẽſio permittatur de vno caſu ad alium. in conſi. 9. num. 14.
Caſus præter ordinationem diſponentis contingens, ſub. diſpoſitione non compręhẽditur: & ſi in eo non ineat maior ratio diſponendi. in eod. conſ. 29. nu. 63

Caſus cùm omittitur, de eo non idem quod de expræſſo eſt iudicandum: etiã ſi in caſu omiſſo adſit maior ratio diſponendi. in conſ.34. num.33.
Caſus vide in verb. deciſio. & in verb. diſpoſitio. & in verb. verba vniuerſalia.
Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à dolo. in conſi.7. num.22.
Cauſa nõ præſumitur in principe veniẽte contra eius contractũ. in conſi.25. n.52.
Cauſa quælibet etiam beſtialis excuſat à pœna. in conſi.46. nu.7.
Cauſa vide in verb. diſpoſitio. & in verb. maioricatus. & in verb. verba.
Cauſa ſuperueniẽs. vide in verb. exceptio rei iudicatæ. & in verb. libell⁹. & in ver. ſatiſdatio.
Cauſæ cognitio neceſſaria eſt in contractu ciuitatis. in conſi.10. num.14.
Cautella nimia dolum fraudem quæ probat. in conſi.37. num.4.
Cædens alteri actiones ſuas an poſsit debitum exigere. in conſil.28. nu.5. & per totum conſilium.
Cædens actiones ſuas poteſt eas intentare, quãdo ceſsionarius ex parte ſua nõ adimplet contractum ceſsionis. in eod. conſi.28. num 31.
Ceſio, & cedere. vide in verb. hypothecaria. & in verb. patronatus.
Ceſante cauſa. vide in verb. ſententia.
Chancellarius, vide in verb. examen.
Citatio non requiritur, quando proceditur contra officialem fugientem ſine ſindicatu. in conſi.12. num.4.
Citatio non eſt neceſſaria in extractione inſtrũentũ de prothocolo. in conſi.14. nu.8. fol.  . Et ibi quomodo hoc intelligatur.
Citatio nõ præſumitur quòd fuerit facta. in eod. conſi.14. num.67.
Citatus ad aliquam litem quis non dicitur, & ſi citatus ſit ad audiẽdam ſententiam in eod. conſi.14. nu.68.
Citatio eſt de iure diuino. in cõſi.25. n.40
Citatio. vide in verb. iudex põt. & in verb. iudici aſſerẽti. & in verb. princeps. per totum. & in verb. ſchedula regia. & in verb. ſententia.
Ciuis vnus quãdo poſsit contradicere cõ cõtractui facto per maiorem partem populi. in conſi.10. num.20.
Ciuis. vide in verb. gabellæ. & in verb. diuiſio.
Ciuitatis regimen apud nobiles tantum eſſe debet. in conſi.10. nu.5.
Ciuitatis in contractu debent interuenire omnes ciues, tam nobiles, quàm plebey, aut ſaltem duę partes ex tribus: alias contractus eſt ipſo iure nullus. in eod. conſi.10. num.9. & .10.
Ciuitatis contractus ſicut non valet in præiuditium eorum qui non conſenſerunt: ita nec valere debet in pręiuditiũ ſuorũ ſucceſſorum. in eod. conſi.10 num.13. & .19.
Ciuitas. vide in ver. cauſæ cognitio. & in ver. loc⁹. & in ver. vniuerſitas per totũ.
Clandeſtinus actus ſemper interpretatur in peiorem partem. in conſi.20. nu.29.
Clam. vide in verb. dolus.
Clauſula ſequens non eſt referenda ad ea quæ habent ſpecialem determinationem. in conſi.27. nu.14.
Clauſulæ appoſitæ in inſtrumentis de ſtillo tabellionum, non ſunt conſiderandæ. in conſi.28. num.19.
Clauſula vna declaratur ex clauſulis alijs ipſius ſcripturæ. in conſ.44. num 12.
Clauſula in fine appoſita ad omnia præcedentia referri debet. in eod. conſil.44. num.13.
Clauſula. vide in verb. acceptatio.
Clauſulæ de plenitudine poteſtatis & ex certa ſcientia non operantur in tertij præiuditium. in conſil.25. num.45.
Clauſula ex certa ſciẽtia. vide in ver. clauſula non obſtante tali lege.
Clauſula de plenitudine poteſtatis. vide in verb. princeps.
Clauſula ſic extantibus ſubinteligitur in omni diſpoſitione ſentẽtia & actis. in conſi.40. num.19.
Clauſula non obſtante tali lege: quãdo requiratur in priuilegio ſeu actu ſequenti. in conſi.45. num.8.

Clau-

Clauſula non obſtante tali lege non requiritur in priuilegio apponi, etiam ſi neceſſaria fuerit, quando conſtat de principis voluntate, quòd voluerit eius priuilegiũ in omni caſu valiturum. in eo. conſi. 45. nu. 12.
Cluſula non obſtante tali lege & ſi requiratur in reſcripto principis, non tamẽ requiritur in regali priuilegio. in eod. conſi. 45. nu. 14.
Clauſula non obſtante tali lege non requiritur, quãdo in principis priuilegio apponitur ſecunda iuſſio. in eod. conſ. 45 nume. 17.
Clauſula non obſtãte tali lege non eſt neceſſaria cùm reſcriptũ conceditur proprio motu. in eod. conſi. 45. nu. 21.
Clauſula non obſtante tali lege non requiritur, cùm princeps ponit clauſulã ex certa ſcientia. in eod. conſi. 45. num. 22
Clauſula non obſtante tali lege non requiritur, quando lex à rege prædeceſſore edita eſt. in eod. conſi. 45. num. 23.
Clauſula proprio motu. vide in verb. non obſtãte tali lege. & in verb. donatio remuneratoria.
Clauſula executiua. vide in verb. donatio regia.
Clauſula derogatoria in cuius fauorẽ cenſeatur appoſita. in conſi. 2. nu. 82.
Clauſula derogatoria. vide in verb. iuramentum.
Clauſula omni meliori modo. vide in verb. iuramentum.
Clauſula cõſtituti. vide in verb. poſſeſsio.
Clericatus & tonſuræ cognitio expectat ad iudicem eccleſiaſticum, non verò ad iudicem laicum. in conſi. 22. nu. 2. & 3. & per totum conſilium.
Clericus primæ tonſuræ vnicæ virginis matrimonio copulatus, gaudet priuilegio fori. in conſil. 22. nume. 1.
Clericorũ coniugatorum habitus decens an ſit determinatus: & qualis dicatur habitus clericis coniugatis conueniẽs. in eodem conſilio. 22. numero. 5. & per totum conſilium.
Clericus non perdit priuilegium clericale, & ſi quibuſcunque enormitatibus ſe immiſcuerit. in eodem conſilio. 22. numero. 20.
Clericus. vide in verb. conſuetudine. & in verb. filius ſacerdotis. & in verb. patronatus.
Collegium. vide in verb fraternitas.
Colonus. vide in verb. dominium.
Commendatores. vide in verb. magiſter. & in verb. milites.
Commiſsi pæna vtens non poteſt petere penſiones præteritas. in conſil. 24. nu. 1. & per totum conſilium.
Cõmiſsi pæna quis agere poſsit, cùm dubiũ eſt inter duos dños in conſ. 44. n. 1.
Commiſsi pœna non habet locum, quando alienatio eſt nulla. in eod. conſ. 44. nume. 4.
Commiſsi pæna ceſſat expenſionis receptione. in eod. conſ. 44. nume. 15. & ſequentibus.
Commiſs pœna locum non habet, etiam ſi dñs ignoranter penſionem recipiat, ignorando rem in cõmiſſum incidiſſe in eod. conſi. 44. num. 16.
Cõmiſsi à pœna excuſat quælibet cauſa colorata. in eod. conſi. 44. nu. 22.
Commiſſum vide in verb. licentia. & in verb. reſtitutio.
Commiſsio expirat morte commiſſarij. in conſi. 31. num. 3.
Comitatus. vide in verb. fœmina.
Commune. vide in verb. meum.
Compenſandi animus ex quibus colligatur. in conſi. 3. num. 4. & ſequen.
Compenſandi animus. vide in verb. curator.
Compromiſſum tantum nocet compromittentibus. in conſi. 10. nu. 26.
Compromiſſum. vide in verb. locus ſubiectus.
Concordia. vide in verb. interpretatio. & in verb. ſcriptura. & in verb. verba.
Condemnatus. vide in verb. abſens. & in verb. equabilia. & in verb. exceptio rei iudicatæ. & in verb. iuramentum. & in verb. præſumptio maxima.
Condemnatio cõtra plures hæredes fieri debet

debet pro portionibus hæreditariis. in conſi.4.num.1.

Condemnatio fieri non poteſt ſuper non petitis.in eod.conſi.4.nu.5.

Conditio appoſita in prima ſcriptura cēſetur repetita in poſteriori ſcriptura. in conſi.2.nu.77.& ſeq.

Conditio ſummendi nomen & arma teſtatoris,adimplenda eſt,&non dicitur grauamē nec onus.in cōſ.3.n.47.& ſeq.

Conditio in forma expecifica adimplenda.eſt in conſi.9.num.11.

Conditionem ſemel fuiſſe adimpletam ſufficit,vt euentus eius purificet actū, ac ſi à principio fuiſſet purus.in eo.conſi.9.num.12.fol. .& vide infra in ver. ſubſtitutio.

Conditio non dicitur impeditiua matrimonij,ſi ad matrimonium contrahendum alicuius licentia requiratur. in cōſil.20.num.6.

Conditio de matrimonio contrahendo, intelligitur de verò matrimonio non de nullo.in eod.conſi.20.num.12.

Conditio ſeu modus non poteſt apponi donationi perfectæ.in conſ.26.num.3. fol. & vide infra in verb.intellectus. l.perfecta donatio.

Conditio vel modus an poſsit apponi in tertij præiuditium , cui antea erat ius in ſpe quæſitum.in eod.conſ.26.nu.8.

Conditio voluntaria in forma expecifica eſt adimplenda.in conſi.27.nu.18.fol. & in conſi.29.num.55.

Conditio quando poſsit per equipollens adimpleri. in conſi.32.num.16.

Conditio. vide in verb.argumentum. & in verb. poſsidentis.& in ver.princeps. & in verb.priuilegij verba.& in verb. ſubſtitutio.per totum.

Conductor.vide in verb.dominium.

Confeſsio non nocet , quando confitens ſe refert ad aliquod inſtrumentum, in quo contrariū conſtat.in conſi.25.n.63

Confeſsio extraiudicialis facta abſente parte,non eſt potens ad obligandum. in conſi.43.num.23.

Cōfeſsio extraiudicialis duobus teſtibus debet probari.in eod.conſil.43.nu.24.

Confeſsio interpratāda eſt,vt minus cōfitentem obliget.in eod.conſi.43.nu.44

Confeſsio.vide in verb.error.& in ver.fugiens.& in verb.maioricatus.& in ver. minor.

Confirmatio generalis non porrigitur ad id,quod eſt ſpecialiter chaſſatū.in cōſi. 2.num.54.& ſequent.

Confirmanti ius ante reſeruatū,non tollitur per eius vltimam & generalē cōfirmationem.in eod.conſi.2.nu.57.

Confirmatum in confirmante in eſſe videtur.in eod.conſi.2.num.69.

Confirmatio non extendit confirmatū, nec eius naturam mutat.in eod.conſi. 2.num.93.

Confirmatio.vide in verb.dn̄i tēporales.

Confraternitas ſeu collegium quando à laico errigitur, confratres nihil agere, aut ſtatuere poſſunt ſuper cōfratribus recipiendis,ſine ipſius laici conſenſu, nec minus contra eius voluntatem. in conſi.47.n.1.& per totum conſilium.

Confraternitates ſeu collegium non poſſunt ſtatuere, ꝙ quidā ad collegiū ſiue cōfraternitatē admittantur,& alij excludantur in eod.conſil.47.n.2.&. ſeq.

Confratres non poſſunt facere iniquum ſtatutum ſuper receptione confratrū. in eod.conſi.47.num.5.

Confratres ſeu collegiati nihil ſtatuere poſſunt in tertij præiuditium.in eodē conſi.47.nu.7.

Confraternitates diſolui debent propter iniqua ſtatuta.in eod.conſi.47.nu.10.

Ad confraternitates homines faciliter recipi debent.in eod.conſi.47.num.11.

Confratrum ſtatutum quo conſtituerūt, vt nullus ad confraternitatē recipiant, niſi certo præcio ſoluto,non eſt licitū. in eod.conſ.47.num.12.

Confraternitas facilius cogitur recipere in confratres filios confratrum quàm alios extraneos, quibus præponuntur. in eod.conſi.47.num.14.& ſequentib.

Coniectura ſufficit ad probationē bonæ fidei.in conſ.35.nu.6.

Conie-

Coniectura.vide in verb.dolus.& in verb. mala fides.
Conſciētiæ alicuius cum aliquid cōmitti tur,ad hæredes nō trāſit.in conſ.31.n.2.
Conſanguinitatis probatio minimè fieri poteſt cōtra poſſeſſorem per teſtes de auditu,etiam ſi deponāt cùm qualitatibus.cap.licet ex quadam.de teſtib.in conſi.29.num.70.
Conſanguinitas.vide in verb.teſtes deponentes.
Conſanguineus.vide in verb.metus. & in verb.retractus.
Conſenſui nihil ita cōtrarium eſt, quàm error.in conſi.25.nu.66.
Conſenſus.vide in verb. capitulum.& in verb.diuiſio.& in verb.filius.& in verb. ſpoliatus.& in verb.tacēs.&in verb.infans.& in verb.maior pars.& in verb. princeps.
Conſeruatio familiæ & agnationis inducitur ex diuitiis & ſucceſsione.in cōſi. 3.nu.44.fol. .& in conſi.9.nu.6.fol. & in conſi.26.num.11.
Conſeruatio.vide in verb.familia.
Conſiderandum. vide in verb. euenire.
Conſuetudo plebeyorum ſeu eorum pactum nō nocet nobilibus eiuſdem populi.in conſi.10.num.25.
Conſuetudo non requirēs ſubſcriptionē in prothocollo tabellionis, valida eſt. in conſ.14.num.4.
Conſueta fieri non cadunt ſub arbitrio.in conſi.21.num.7.
Conſuetudo valet,qua fœmina ad ſucceſ ſionē feudi admittitur.in conſi.29.n.13
Cōſuetudo valet,ꝙ fœminę maritorū nomē & arma portēt.in eod.cōſ.29.n.78.
Cōſuetudine an induci poſsit,ꝙ clericus cōiugatus nōn portet habitū clericalē, nec tonſuram apertam.in conſ.22.n.6
Conſuetudo conſiderāda eſt in ſucceſsione maioricatus.in conſi.29.num.12.
Conſuetudo generalis non debet probari.in conſi.48.num.3.
Cōſuetudo.vide in verb.dñi tēporales. & in ver.legatus.& in verb.officiales.& in ver.priuilegiū.& in ver.iudex pōt.& in verb.præſcriptio.& in verb.titulus.
Conteſtatio litis.vide in ver.præſcriptio.
Contractus ſecundus cenſetur factus forma prioris contractus.in conſ.2.nu.79
Contractus quando dicatur perfectus, & conſummatur.in conſi.3.nu.92.
Contractus non debet extendi de re ad rem.in conſi.14.num.60.
Contractus præſumitur præceſsiſſe ex antiquiſsima præſtatione.in conſi.15.n.4
Contractus in vtilitatem vniuerſitatis ꝓbatur geſtus ex aſſertione facta per ipſam vniuerſitatē in ipſo contractu de tali vtilitate.in eod.conſi.15.num.25.
Cōtractus præſumitur fact⁹ in fauorē eccleſiæ,& in eius vtilitatem prætiū fuiſ ſe conuerſum propter antiquitatem temporis.in eod.conſi.15.nu.28.
Cōtractus &ſi aliquot modo nominetur, nō attēditur hęc nominatio,ſed cōtra ctus effectus cōſideratur.in cōſ.19.n.6.
Contractus cum principe factus eſt bone fidei.in eod.conſi.19.nu.9.
Cōtractus ſi eſt ipſo iure nullus,ipſum faciens aduerſus eū venire poteſt.in con ſilio.10.num.18.
Contractus principalis ab vniuerſitate factus ſicut non valet,ita nec pœna in eo appoſita.in eod.conſi.10.num.22
Cōtractus in nominatus ſtipulatione munitus nō poteſt reuocari.in cōſ.26.n.16
Contractū quis ſeruare non tenetur,quando aduerſarius quæ promiſsit ex parte ſua non adimplet.in conſ.28. num.30.
Contractur ſi prohibetur,ne alteri ſit nociuus,iuramento non firmatur.in con ſilio.32.num.3.
Contractus venditionis fraudulentus prę ſumitur,ex loci qualitate,&quia fit coram perſonis certis & ſuſpectis.in con ſilio.37.num.7.
Cōtractus.vide ī ver argumentū.& ī ver. dol⁹.& ī ver.ciuitas.& ī ver.loc⁹ ſubiect⁹.& in verb.cauſæ cognitio.& in ver. metus.& ī ver.pater.& ī ver. equalitas. & in verb.princeps.& in verb.maſculinum.& in verb.ſolemnitas.& in verb. variatio.& in verb.vaſali.& in verb.te-

ſtes.& in ver. immemorialis.& in ver. delictum.
Contrahens.vide in verb. interpraetatio.
Cōtraditor legitimus quis dicatur.in conſi.39.nu 14.
Contraditor.vide in verb.miſsio in poſſionem.& in verb.poſſeſſor.
Contraditio.vide in verb. ſcripturæ verba.&in verb.tacens.& in verb.teſtator & in verb.teſtamentum.
Contrarietas.ſcripturarum euitanda eſt. in conſi.2.num.60.
Contra faciens.vide in verb. contractus ipſo iure.
Contributio. vide in verb. diuiſio. & in verb.miles.
Contumax ſi compareat,non poteſt allegare contra proceſſum factum contra eum in eius abſentia: ſed debet ſummere litem in eo ſtatu,quo eam inuenerit.in conſ.12.nu.11.
Contumax nō debet audiri,niſi prius ſoluerit expenſas.in eod.conſ.12.nume.12 Et ibi an teneatur ſatiſdari, antequàm audiatur.
Contumax verus in criminalibus non auditur appellans.in eod. conſi. 12.nu.16.
Contumax.vide in verb. abſens.& in ver. officialis.
Corrigere.vide in ver.declarare.& in ver. princeps.& in verb.tabellio.& in verb. verba.
Credendum eſt nuncio.in conſilio.22.numero.19.
Creditor ſuccedēs ſuo debitori, viſus eſt ei remittere ſuas actiones,pro ea parte pro qua eſt hęres: etiam ſi talis creditor vellit poſtea agere actione hypothecaria.in conſil.4.nu.4.
Creditor quando poſsit aliquid recipere vltra ſortem principalem.in conſi.49. num.10.
Creditor.vide in verb.debitor.& in verb. intereſſe.& in verb.pactum.
Crimen.vide in verb.probationes.
Crimen læſæ Mageſtatis.vide in verb. officialis.
Culpa lata.vide in verb. minoribus. & in verb.officialis. & in verb. tutor.
Culta,& cultura vide in verb.poſſeſsionē habere.& in ver.præſcriptio. & in ver. priuilegium.& in verb.terræ cultæ.
Curator vel adminiſtrator quidquid dederit ſuo minori, animo compenſandi id dediſſe videtur. in conſi.3.num.1.
Curator negotium faciens ſuo pupillo tāgens, dicitur illud feciſſe nomine ſui pupilli. in eod.conſi.3.num.2.
Curatoris licentia non reguiritur,qū minor iurat contractū.in eod.cōſi.3.nu.17
Curator aliquid emēs, vel poſsidēs præſumitur nomine proprio id feciſſe,& nō curatorio nomine,& de bonis ꝓprijs, verò de pecunia minoris. & contrariū dicenti incumbit onus probandi.in eodem conſi.3.nu.73.& multis ſequentib. Et ibi nu.75.&.82.&.84.tractatur,quid erit,ſi curatorē at de pecunia minoris.
Curator,quādo contrahere poſsit cū ſuo minore.in eo.conſi.3.num.50.& ſeq.
Curator.vide in verb. inuentarium. & in verb.minor.& in verb.proteſtatio.

# D

DEbet.vide in verb.dictio debet.
Debitor non liberatur,alicui ſoluendo poſt prohibitionē ei factum à ſuo creditore.in conſ.28.n.1.
Debitor.vide in verb.pactum.
Debitum.vide in verb.cedens.& in verb. minoribus.&in verb.tutor.
Decimæ præſcriptio in aliqua terra ad aliam fructus ſpetiem extenditur.in cōſilio.50.nu.12.
Decimæ.vide in verb.eccleſia.& in verb. epiſcopus.& in verb.fundus.& in verb. laicus.& in verb.noualia. & in ver.poſſeſsionem habēs.& in verb.priuilegiū.
Deciſio caſus in terminis præfertur caſui in alia ſpetiæ loquenti.in conſilio.27. numero.17.

Decla-

Declaratio ſeu expoſitio teſtatoris præfertur omnibus aliis interpretationibus.in conſi.2.num.7.& ſequent.
Declarandi poteſtatem habens,poteſt variare. in conſil.20.nu.19.
Declaratio vt dicatur,requiritur,ꝙ res ſit dubia.in conſ.25.nu.60.
Declarare qui poteſt,non poteſt corrigere.in eod. conſi.25.nu.61.
Declarationi teſtatoris ſtādum eſt in dubiis. in conſilio.27.num.32.fol. .& in conſ.29.nu.31.
Declaratio.vide in ver.actus qui ſequitur. & in verb.approbatio.& in verb.diſpoſitio.& in ver.princeps.& in ver.ratio. & in verb.ſcriptura.& inverb.tabellionis aſſertio.& in verb.teſtator.
Decretum iudicis non facit ceſſare læſionem enormiſsimam.in conſi.19.nu.23
Decretum.vide in verb. iudex.&in verb. minor.
Defectus.vide in verb. princeps.
Decurio.vide in verb.officium.
Delictum eſſe commiſſum, ante omnia probari debet,vt inquiſitio aduerſ' aliquem formari poſsit.in conſ.13.num.2
Delictum non dicitur comitere,qui facit illud,quod conſuetum eſt fieri.in eod. conſ.13 nume. 8.
Delicti præſumptio. vide in verb. fraus.
Delictum.vide in verb.falſitas.& in verb. fama. & in ver.fugiens.& in verb.iuramentum.& in verb.præſumptio. & in verb.probationes.
Demens ſeu mente captus ex quibus præſumatur,ſeu probetur.in conſil.11.nu.6 & multis ſeq.
Demens ſeu mēte captus quis probatur, ex quo talis reputatur à conſanguineis eius, ſeu ex quo aliquis communiter demens reputatur.in eod.conſil.11.numero.9.
Dementia.vide in verb.furioſus.&in ver. teſtator.& in verb.teſtes.
Demonſtratiua verba.vide in verbis. diſpoſitionis verba.
Deſcendentium appellatione omnes in infinitum comprænenduntur, etiam vltra quartum gradum.in conſilio.29. nume.38.
Deſcendentium verbo fœmina compræhenditur.in eod.conſi.29.nu.39.
Deſcendentes cùm vocantur,ordine ſucceſsiuo cenſentur ſubſtituti.in eod.cōſil.29.nu.40.
Deſcendentes.vide in verb. dictio.& in verb.fœmine.& in verb.nobilitate.
Deſtinatio.vide in verb.mercator.
Dictio *dellos*,ad omnes præcedentes refertur.in conſ.23.nu.2.
Dictio *Deſcendentes*,etiam fœminas cōpræhendit in eod.conſ.23. nu.4.
Dictio *Deſcendentes*.omnes in infinitum compræhendit.in eod.conſi.23 nu.15.
Dictio *Vſque*,non eſt reſtrictiua,ſed ampliatiua: & non ponitur incluſiuè, ſed excluſiue.in cōſi.25.num.25.
Dictio *Quodcunque* appoſita in regia donatione,quid ſignificet. in eod.conſil. 25.nu.30.
Dictio *Segun*. appoſita in regia donatione,quid ſignificet.in eode conſilio.25. nume.36.
Dictio *Linea* qualiter ſummatur.in conſ. 26.num.40.fol. .& in conſilio.29.numero.27.
Dictio *de domo tali*. vide in ver.fœmina.
Dictio *ſexus* ita conuenit fœmina, ſicut maſculis.in eod conſ.29.nu.24.
Dictio *per* quid ſignificet.in eod.conſi.29 num.28.
Dictiones hæc *por la linea*.ſunt explicandę de recta linea,nō verò de tranſuerſali.in eod.conſi.29.nu.71.
Dictio *de* cauſam proximā & immediatam edocet.in eod.conſ.29.num. 72.
Dictio *patrimonium*. vide in verb. patrimonium.
Dictio *Conducho*.appoſitum in priuilegio quid ſignificet.in conſi.33.nu.28.
Dictio *Vos* impoſitum in aliqua diſpoſitione,reſtringit diſpoſitionem.in conſilio.34.nu.25.
Dictio *pero* aduerſatur in iure & in facto. cto.in eod.conſi.34.nu.27.

Dictio

Dictio *maioricat'*, vide ĩ ver. maioricat'.
Dictioni, *prout* ſi aliquid præteritum adijcitur, intelligitur limitatiuè, vt temperetur ſecundum naturam eius ad quod fit relatio. in conſi. 44. num. 14.
Dictio, *debet*, in lege impoſitum non importat neceſsitatem, ſed decentiam. in conſi. 46. nu. 3.
Dictio, *licentia*. vide in verb. licentia.
Dies. vide in verb. inſtrumentum.
Dignitas. vide in verb. nominandus. & in verb. vniuerſitas.
Dilectio ex dictis extra teſtamentũ percipitur. in conſi. 27. num. 23.
Dilectus magis potius cenſetur vocatus à teſtatore, quãdo dubitatur, quis ſit nominandus. in eod. conſi. 27. nu. 25.
Dilectus magis & omnes eius deſcendentes præferuntur in ſubſtitutionibus minus dilectis. in conſ. 29. nu. 52.
Dilectus minus in ſubſtitutione, quando ſit melioris conditionis quàm magis dilectus. in conſ. 34. num. 23.
Dilectus magis. vide in verb. iudicãdum. & in verb. nominatus primò. & in ver. ſubſtitutio. & in verb. teſtator.
Diſpoſitio generalis nõ trahitur ad id, ꝙ in ſpetiæ prohibetur. in conſi. 2. nu. 55.
Diſpoſitionis declaratio ad diſponẽtem expectat. in conſi. 2. num. 61.
Diſpoſitionis verba potius in dubio ſunt iudicanda demonſtratiua, quã reſtrictiua. in conſi. 25. num. 24.
Diſpoſitio non ſubuertitur, quando alteri eſt ius quæſitũ: & ſi ceſſet cauſa diſpoſitionis. in conſi. 26. nu. 36.
Diſpoſitio intelligi debet, vt minus lędat ius commune. in conſi. 29. num. 43.
Diſpoſitio vnã perſonã excludens, nõ trahitur ad aliã perſonã. in eo. cõſ. 29. n. 61
Diſpoſitio quando ad certũ limitatur gradum, perſonam quæ ad ſucceſsionem admitti vult, illius gradus eſſe probari neceſſum eſt. in eod. conſi. 29. num. 65.
Diſpoſitio non debet extendi de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum. in conſ. 31. nu. 1. & prius in conſil 9. nu. 13. & vide in verb. ſubſtitutio.
Diſpoſitionis verba ſemper ſolent interpretari ex ratione in diſpoſitione appoſita in conſi. 34. num. 15.
Diſpoſitionis verba vbi ad aliquẽ adaptari non poſſunt, ad illum diſpoſitio non eſt trahenda. in eod. conſil. 34. nu. 30.
Diſpoſitio an extendatur ex eadem ratione. in eod. conſi. 34. nu. 32.
Diſpoſitio. vide in verb. caſus. & in ver. interpretatio. & in verb. ratio. & in verb. reſtrictiua verba. & in verb. verba.
Diſponens non ſufficit quod aliquid vellit, niſi diſponat. in conſi. 34. num. 20. & vide in verb. teſtator quod nõ loquitur
Diſtributiuum non ſemper ęqualiter debet diſtribuere. in conſi. 42. num. 13.
Diuiſio inter homines vniuerſitatis faciẽda eſt pro ea parte, pro qua fuit in onere portio, pro modo quæ contributionis. in conſi. 42. num. 8.
Diuiſionis actus ex conſenſu probatur. in conſi. 14. nu. 31.
Diuiſio. vide in verb. approbare. & in ver. gabellæ. & in verb. lucrum.
Diues. vide in verb. vxor.
Diuitiæ. vide in verb. conſeruatio.
Doctor. vide in verb. examen. & in verb. oppinio.
Dolus re ipſa adequatur dolo ex ꝓpoſito. in cõſil. 19. num. 2. & in cõſil. 28. num. 13.
Dolus non infertur ſciẽti. in cõſi. 2. nu. 41.
Dolus abijcitur etiam ex probatione inualida & ex cõiecturis. in conſi. 4. n. 18.
Dolus & fraus coniecturis probari poteſt. in conſi. 37. num. 2.
Dolus. vide in verb. cauſa quælibet. & in verb. cautella. & in verb. fraus. & in ver. iudex. & in ver. mulier. & in ver. tutor.
Dominis temporalibus probatur dominium pertinere ex ſolutione eis facta per ſuos vaſallos. in conſ. 15. nu. 37.
Domini temporales vidẽtur probare dominium terminorum ad eos pertinere, ex licentijs ab eis conceſsis ſuis vaſallis fruendi talibus terminis. in conſi. 16. num. 4. & ſequentib.
Domini temporales ex cõſuetudine poſſunt ſuis vaſallis piſcationẽ prohibere. in eod.

in eod conſi.16.num.20.& melius.n.21

Domini temporales fundant intentionẽ ſuam in eis quæ ad regem concedentẽ pertinebant.in conſi.15.num.23.

Domini temporales ex conſuetudine habẽt ius creandi tabelliones.in eodem conſi.15.num.36.

Domini temporales ſi cõfirment iudices à ſuis populis electos,ab eis non dicuntur creati.in conſi.48.nu.11.

Dominus temporalis non tenetur ſoluere ſalarium aſſeſſorum, qui electi fuerunt propter imperitiá iudicũ ordinariorũ ab vniuerſitate.in eo.cõſi.48.n.12

Domini tẽporalis non eſt iuriſdictio,quá exercent officiales à ſuo populo creati in eod.conſil.48.num.14.

Domini temporales.vide in verb.immẽmorialis.& in verb.populus.& in verb. vaſalli.per totum.& in verb.ſolutio.& in verb.vniuerſitas.& in verb.tabellio.

Dominium qualiter & quomodo probetur ex locatione.in conſi.16.nu.8.

Dominium nec poſſeſsio non tranſeunt in colonos,ſed remanent pœnes conductores.in eod.conſ.16..num.10.

Dominium in antiquis ſolis indiciis probatur.in eod.conſ.16.num. 12.

Dominiũ in antiquis probatur per famã publicam.in eod.conſ.16.nu.17.

Dominus.vide in verb. commiſsi pœna. & in verb.licentia.

Donans ante acceptationẽ donatarij remanet dñs rei donatæ.in cõſi.14.nu.23.

Donans.vide in verb.acceptatio.& in ver. pater donans.

Donatari⁹ ſecũdus cui res tradita eſt,præfertur primo donatario,cui res nõ fuit tradita. in conſi.14.num.24.

Donatarius poteſt tertio ſtipulari,vt bona donata poſt eum tertius habeat.in conſi.26.num.19.

Donatarius.vide in verb.maioricatus.

Donatio non præſumitur:& quælibet occaſio(& ſi leuis)ſufficit ad excludendã præſumptionẽ donationis.in conſil.2. nu.5.&.65.& in conſil.3. num.6.9.&.10.

Donatio omnium bonorũ iure reprobatur.in eod.conſi.2.num.44.

Donatio ſi non valet vt donatio inter viuos,debet fieri interpretatio,ꝙ valeat vt donatio cauſa mortis,& è contra.in eodem conſi.2.num.48.

Donatiõis præſumptionẽ inducit antidoralis obligatio præcedẽs.in cõſ.3.n.40.

Donatio non cõprehendit ea bona, quæ donans in futurũ habuit.in cõſil.14. nu. 61.& ſeq.& vide in verb.melioratio.

Donare nõ poteſt,qui habet generale mãdatum.in conſi.17.num.25.

Donatio non erit,& ſi in contractu nominetur donatio,ſi cõſideratis verbis nõ eſt donatio,ſed contractus alterius naturæ.in conſi.19.nu.7.

Donatio ꝓpriè non dicitur,in qua prętiũ vel modus interuenit.in eo.cõſi.19.n.18.

Donatio eſt contractus nominatus.in cõſilio.26.nu.14.

Donatio ante acceptationẽ reuocari poteſt,etiam extãte.l.3.tit.8.lib.3.ordina. (quæ habetur in noua recopil.lib.5.tit. 16.l.2.)in conſ.33.num.12.

Donatio.vide in ver.acceptatio.& in ver. conditio.& in verb.maſculinum.& in verb.minor. & in verb.mulieres. & in verb. renunciatio.

Donatio propter nuptias in Hiſpania dicitur Arra,quæ ſponſæ conſtituitur.in conſ.14.nu.11.

Donatio inter virum & vxorem patrẽ & filium ſi non valet vt donatio inter viuos,valet tamẽ vt donatio cauſa mortis in conſ.2.num.49.

Donatio facta filio niſi traditio rerum donatarum interueniat, non cõfirmatur emancipatione ſuperueniente. in conſilio.14.num.14.

Donatio facta filio in poteſtate etiam iurata nõ valet.in eod.cõſ.14.n.15.& ſeq.

Donatio ſeu melioratio facta filio ſi non fuerit acceptata,ante acceptationẽ reuocabilis iudicatur(etiã extante.l.3.ti.8 li.3.ordi.quæ habetur.li.5.nouę recop.ti. 16.l.2.)in eod.conſ.14.nu.20.& ſeq.

Donatio inter virũ & vxorẽ.vide in verb. melioratio.& in verb.pater.

Donatio inofficioſſa.vide in verb. hæres filius.& in verb.filij.& in verb.pater nõ poteſt ven ire.

Donatio regia amplianda eſt.non verò reſtringenda.in conſ.25.num.7.& multis ſequentibus.

Donatio regia qualiter facta intelligatur: & quid comprahendat.in eod.conſil. 25.nu.15.& per totum conſilium.

Donatio regia regulatur ex ratione in ei⁹ prohæmio expræſſa.in eod.conſilio.25 nume.19.

Donationis regiæ verba non debent eſſe ſuperflua.in eod.conſ.25.nu.21.

Donationem regiam non extẽdunt, nec reſtringunt verba appoſita in clauſulis executiuis regię donationis.in eodem conſi.25.num.35.

Donatio regia remuneratoria (etiam ex cauſa ingratitudinis) non poteſt reuocari.in eod.conſi.25.nu.49.

Donatio regia non diruitur prætextu erroris.in conſil.46.nu.23.

Donatio regia.vide in verb. dictio. & in verb.donatio remuneratoria.&in ver. filio.& in verb.ius. & in verb. merita. & in ver.numerus.& in verb.princeps. & in ver.reſeruatio.

Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio,ſed quidã contractus.in cõſ.3. nu.30.& in conſilio.25.nume.50.

Donatio remuneratoria ſui natura fauorabilis eſt.in eod.conſi.25.nu.10.

Donatio remuneratoria non poteſt dici, ſi ex ſeruitijs neceſſe debitis fiat.in cõſilio.28.num.28.

Donatio remuneratoria à rege alicui facta non debet reſtringi, ſed in ea iuris regulæ defficere conſueſcunt.in conſi. 45.num 19.

Donatio remuneratoria cùm à rege alicui fit,proprio motu facta videtur.in eo. conſ.45. num.20.

Donatio remuneratoria.vide in verb.antidoralis.& in verb.alienari.& in verb. inſinuatio.& in ver.legitima & in ver. merita.& in verb.princeps.

Dotis cauſa non ſemper eſt pia.in conſi.9 numero.9.

Dos conſtituta de bonis ſubiectis reſtitutioni vel maioricat⁹,trãſmittitur etiã in ꝓprietate ad hęres fœminæ dotatæ ad excluſionem perpetuam ſucceſſorum in eodem conſilio.9. numero.15.

Dos nõ pręſumitur in officioſſa:& an durante matrimonio poſsit reuocari. in conſi.34.num.2.& ſequentibus.

Dotis titulus eſt onoroſus.in eod.conſ.34 num.4.

Dos.vide in verb.emptio.& in ver.fœminæ.& in verb.litigioſi vitiũ.& in verb. maioricatus.& in verb.meliorandi. & in verb.pater ex magis communi.& in verb.vxor.& in verb.iudicandum.

Dos congrua. vide in verb.alimenta.& in verb.filia.

# E

ECcleſia ſuccedit clerico in acquiſitis intuitu eccleſiæ: & in eis non poteſt ſuccedere prælatus.in conſ.17.nu.8 & ſequent.& præcedentib.

Eccleſia punit matrimoniũ clãdeſtinum contrahentes.in conſi.20.nu.11.

Eccleſia iuſtitiæ cultrix eſſe debet:& non debet locupletari cum iactura aliena. in conſi.44.num.23.

Eccleſia vt fundet intentionem ſuam de iure communi in decimis alicuius fundi debet probare fundum illũ eſſe intra fines talis eccleſiæ. in conſilio. 50. numero.1.

Eccleſia.vide in verb. iudicis decretum. & in verb.licentia epiſcopi. & in verb. patronatus.& in verb. pręcribi poſsũt. & in verb.ſolemnitas.

Edifitia vtilia & neceſſaria ſunt habenda in cõſideratione ad eorum ſolutionẽ. in conſ.3.n.94.& vide in ver.expenſæ.

Edificans in ſolo alieno.vide in verb.expenſæ.

Editio librorũ.vide in verb. mercatores.

Electio datur teſtatori,& poſt eius mortẽ datur eius hæredi.in conſi.2.num.4.

Eligendi ius habens,aliquem de certis ad ſucceſsionem maioricatus,poteſt va-rie, & mutare talem electionem ſeu nominationem.in conſi.20.num.13.& fere per totum conſilium.

Electus ad officiũ non habet ius conſide-derabile durante tempore ſui præde-ceſſoris.in eod.conſi.20.nu.20.

Electio ſeu nominatio facta in fauorem alicuius,ante eius acceptationem faci lius reuocari poteſt maximè de eius conſenſu.in eodem conſi.20.nu.22.

Electio.vide in verb.dñi tẽporales.& in verb.officialẽ.& præſcriptio.& in ver. reſtitutio bonorũ.& in verb.variatio.

Emancipatio.vide in verb.donatio facta filio.

Emologatio ſententiæ arbitrorum ſuffi-cit,& ſi aliquem haberet defectum. in conſi.33.nu.22.

Emologatio ſententiæ arbitri habet vim tranſactionis.in eod. conſil.33.num.22. in fine.

Emologatio.vide in verb.actio oritur.& in verb.laudi.

Emphitheoſis.vide in verb.commiſsi pe na.& in verb.fœmina.& in ver.licẽtia.

Emptio cuiꝰnomine dicatur facta.in cõſ. 3.n.77.fol. .& ibi quid ſi emptio pro-cedat ex pecunia aliena.& multis nu. ſeq.Et ibi etiam tractatur,quid ſi con-ſtante matrimonio Emptio & nume-ratio fiat per vxorem.

Emiſſe quis videtur de propriis pecunijs. in eod.conſ.3.n.73.& plurib.ſequẽ.& in conſ.43.nu.2.cum ſequen.

Emptio.vide in verb.additio.,& in verb. curator.& in verb. hypothecariã.& in verb.maritus.& in verb.mulieri.& in verb.vidua.

Enriqueña bona.vide in verb.fœmina.

Epiſcopus in decimis percipiẽdis quo ad quid fundet intentionem ſuam.in con ſilio.50.num.2.

Epiſcopus.vide in verb.laicus.& in ver.li-centia.& in verb. patronatus.

Epiſtola regis.vide in verb.lex.

Equabilia ſunt, quòd quis ſit condemna-tus,vel abſolutus,vel quòd ex proceſſu appareat,an ſit condemnãdus , vel ab-ſoluendus in conſil.19.num.35.

Equalitas omnis debet eſſe in contracti-bus, nec contractus debet claudicare. in conſili.25.num.56.

Equalitas.vide in verb.diſtributiuũ.& in verb.diuiſio.& in ver.opinio.& in ver. paſcuis.

Equitas.vide in verb.iudex.

Error conſtare dicitur in conficiente duo inſtrumenta,quorum vnum ſe refert ad aliud, in quominus continetur. in conſi.25.num.62.

Error conſtat,ſi rem aliter ſe haberi appa reat.in eodem.conſi.25.num.64.

Error in facto proprio quando toleretur. in eod.conſ.25.num.65.

Errans non videtur ratificare actũ.in eod. conſi.25.num.67.

Errans conſenſiſſe non videtur. in conſil. 19.num.16.

Error manifeſte conſtat, quando verba precedentibus non cõueniunt. in cõſi. 27.nu.2.

Error inditijs & præſumptionibus proba tur.in eod.conſi.27.nu.5.

Error ꝓbatur ex verbis quę teſtator dixit extra teſtamentũ. in eo. conſi.27.n.6.

Error ſat conſtat ex prothocollo ſcriptu-re.in eod.conſi.27.nu.8.

Error ſcriptoris nemini nocere debet. in eod.conſi.27.num.9.

Error non nocet,quando de corpore con ſtat.in eod.conſ. 27.num.10.

Error confeſsionis conſtat, quando aliter conſtat ex inſtrumento, ad quod quis ſe refert.in conſ.43.num.43.

Error non præſumitur in priuilegio prin-cipis.in conſ.46.nu.19.& ſeq.

Error. vide in verb.conſenſui.& in verb. donatio regia & in verb. minor. & in verb.ſententia. & in verb. teſtatoris. & in verb.verba.

Euenire quod poteſt conſiderandum eſt. in conſi.28.nu.25.

Examen ſcholarium & ſi ad doctores pertineat, cùm ad licentiam doctoratum ve aſcendere apetunt, ſi chancellarius videat, ꝙ aliquorũ doctorũ dolo fraude ve non admittantur, iubere poterit vt eos recipiant. in conſil. 47. num. 13.

Exceptio hæc dolo facis, quia petis quod ſtatim reſtitur⁹ eſt, ſemper opponi poteſt. in conſi. 39. num. 4.

Exceptio rei iudicatæ non obeſt ex cauſa nouæ ſuperuenièti in conſi. 40. n. 21.

Exceptio rei iudicatę vt obſtet, quę requirantur. in eod. conſi. 40. nu. 22.

Exceptio rei iudicatæ ſublata videtur, qñ princeps iubet, cōdẽnato iuſtitiã fieri. in eod. conſi. 40. nu 23.

Exceptio rei iudicatæ ꝙ nō obſtet, in dubio eſt iudicandum in conſi. 19. nu. 25.

Exceptio rei iudicatæ. videm verb. iudicandum.

Exceptio perēptoria. vide in verb. tertius

Excluſus ſemel perpetuò durat excluſus. in conſi. 29. nu. 50.

Excluſio. vide in verb. diſpoſitio.

Excuſio. vide in verb. maioricatus. & in verb. prætium.

Executio fieri poteſt contra hæredem in conſi. 34. num. 1.

Executio. vide in verb. iudex laicus. & in verb. iudex eccleſiaſticus. & in verb. ordinaria via. & in verb. ſententia.

Executori teſtamentario impedito tempus ad exequendum non currit. in conſil. 17. num. 27. & ſequent.

Executori teſtamentario non currit annus, ei datus à iure ad exequendum, niſi à die monitionis. in eod. conſilio. 17. num. 29.

Executor. vide in verb. appellari.

Exemplum regulam non artat. in conſ. 19 num. 19.

Exemplum priuilegij quando faciet fidẽ. in conſi. 38. num. 2.

Excepti. vide in verb. intellect⁹. & in verb. priuilegium.

Exheredatio. vide in verb. fœmina.

Expenſæ voluntariæ ſunt quæ rem minimè augent. Et quæ dicantur expenſæ ad perpetuam rei vtilitatem factæ. in conſi. 3. nu. 96. & ſeq. fol. . & vide in verb. edifitia.

Expenſæ neceſſariæ ante omnia ſunt ſoluendę eas facièti etiam in ſolo alieno, & etiam malefidei poſſeſſori. in eodẽ conſi. 3. num. 98. & 100. & 103.

Expenſas in re aliena faciens non videtur quis eas facere animo donandi. in eod. conſi. 3. num. 102.

Expenſæ quæ fiunt in rebus maioricatus an efficiantur maioricatus. in eod. conſilio. 3. num. 104. & ſeq. fol.

Expenſæ vtiles ex re & fructibus deducẽdæ ſunt. in conſi. 4. nu. 16.

Expenſæ vide in verb. cōtumax. & in ver. pacto.

Expendere nemo plus debet, quam eius facultates ſufficiant. in conſil. 9. nu. 26.

Explicatio. vide in verb. teſtatoris.

Expræſſum cenſetur, quod veriſimiliter quis reſpondiſſet. in conſi. 2. nu. 70.

Expræſſum dicitur, cùm quid ad aliud refertur. in conſi. 26. num. 25.

Exprę̃ſſum quod eſt in materia priuatiua admiſſionẽ admittit. in conſi. 29. n. 22.

Expræſſum. vide in verb. iuramentum.

Extenſio in pœnalis locũ habere non debet. in conſil. 24. nu. 12.

Extenſio. vide in verb. caſus ſimilis & in verb. diſpoſitio. & in verb. lex. & in verb. rationis.

Extimatio rerũ fieri debet viſis rebus extimatis ab extimatoribus. in conſi. 43. nume. 45.

Extimatio. vide in verb. iudex.

Extimatores optime res extimaturos iurare conſtringũtur. in eod. cōſ. 43. n. 46

Extrema. vide in verb. media.

# F

Facultates regiæ ad vendendum bona maioricatus, per regem nō ſunt de facili concedendæ. in conſi. 9. nu. 7. & 28.

Facultas regia ſi duobus ſit conceſſa ad vẽdendũ bona maioricatus, quilibet eorum poteſt ea vti etiam mortuo alio. in conſi. 41. num. 3.

Facultas

Facultas regia parenti conceſſa ad faciendum maioricatum, non extenditur ad vinculandum quintam partem bonorum ipſius patris, cùm de ea liberè ſecundũ leges regias diſponere poterat. in conſi.43.num.27.cum ſequen.

Facultas regia non eſt interpretanda contra eam impetrantem. in eod.conſi. 43 num.28.& ſequentibus.

Facultas regia. vide in verb.alimenta.& in verb.legitima.& in verb.maioricatus. per totum.

Falſitas libri, delictum non arguitur ex diuerſitate papiri, nec ex mutatiõe chartarum. in conſ.13.nu.3.11.&.12.

Falſitatis ſuſpitio habetur pro falſitate. in conſil.20.num. 24.

Falcitas. vide in verb.mercatores. & in verb.tabellio.

Fama bona alicuius ſemper conſideratur in delictis. in conſi.13.num.15.

Fama vide in verb.dominium.& in verb. feudalia.& in verb.mala fides.& in ver. teſtes deponentes.

Familię conſeruatio nõ poteſt in primis dari. in cõſ.2.n.76.fol. & in conſ.14.n.2

Familia genus quæ conſeruantur per conſtitutioné maioricatus. in cõſi 3.nu.43.

Familia conſeruatur per fœminas. in conſilio.29.nu.73.&.ſeq.

Familia. vide in verb.cõſeruatio.& in ver. fœmina.per totum.

Fatuus plerumque non fatua loquitur. in conſ.11.num.19.&.21.

Feudorum materia ab ſimilis eſt ſucceſſioni maioricatus. in conſi.29.num.14.

Feudalia bona ſeu maioricatus probãtur regia aſſertione. in conſi.43.nu.36.

Feudalia bona eſſe ꝓbãtur per publicã vocem & famam. in eod. conſ.43.nu.37.

Feudũ teſtibus probari poteſt. in eod.cõſ. 43.nu.38.

Feudũ. vide in verb.argui licet.& in verb. conſuetudo. & in verb. fœmina. & in verb.maioricatus.

Fideicomiſſum quibuſcunq; verbis nedũ diſpoſitionis, ſed enunciatiuis inducitur. in conſi.44.nu.10.

Fideicõmiſſum. vide in verb.fœmina. & in verb.ſubſtitutio.& in verb. teſtator.

Fideiuſſores præſtare. vide in verb. ſatiſdatio.

Fides bona præſumitur de iure, etiam in habente tantũ titulum putatiuũ: & etiã ex iuſtis & iniuſtis cauſis & rationibus. in conſ.3.nu.101.fol. .& in conſil. 4.nu.17.& ſeq.

Fides bona etiam requiritur in fructibus præſcribendis: & ſi titulus non requiratur ad eos præſcribendum in eod. conſilio.4. num.13.

Fides bona vide in verb.bona fides.& in verb.coniectura.& in verb.venditio.

Fidem frangenti non tenetur quis ſeruare fidem. in conſ.10.nu.21.

Fides mala. vide in verb.mala fides.

Filia dicitur congruenter dotata, cũ à patre dotatur. in conſ.1.nu.11.&.12.fol. & ibi quando dos congrua dicatur.

Filia aduerſus renunciationem iuratã venire non poteſt. in conſ.5.nu.1.

Filia ingreſſa monaſteriũ poſt renunciationem, non poteſt dici leſſa, nec allegare leſsionẽ enormiſsimã contra talẽ renunciationem. in eod.conſ.5.nu.3.

Filia monialis ſi renunciat hæreditati paternę vel maternæ, aliquid ſibi pro dote retinẽdo, perinde eſt, ac ſi in totum ſucceſsiſſet ſuis parentibus. in eodem conſi.5.num.5.

Filiæ renunciatio ante ingreſſum monaſterij facta, omnino ſeruanda eſt: & habetur pro eius vltima voluntate. in eodem conſi.5.nu.6.

Filia primogeniti præfertur ſecundo genito in ſucceſsione maioricatus. in cõſilio.29.num.11.

Filia & ſi fœmina tuẽda eſt in poſſeſsione omnium bonorũ defuncti. in eod.conſ. 29.num.87.

Filia. vide in verb.meliorari nõ poteſt. & in verb.pater per totum.

Filius non efficitur legitimus per ſubſequens matrimonium, quando non eſt habitus ex concubina in domo retenta. in conſ.6.num.10.

Filius non legitimatur per ſubſequẽs matrimonium contractum in vltimo vitę exitu, ad excluſionem ſubſtitutorũ in eod. conſi. 6. num. 11.

Filius non legitimatur per ſubſequẽs matrimonium, quando vnus ex parentibus natus erat ex proſapia nobili, alter verò erat ignobilis. in eodem conſilio. 6. num. 12.

Filius non legitimatur per ſubſequẽs matrimonium, in præiuditiũ alterius filij legitimi primogeniti, cui pertinẽt bona maioricatus. in eodem conſilio 12. nume. 13.

Filius etiam patre viuente dicitur habere ius ad bona maioricatus ſatis conſiderabile. in conſ. 9. n. 30. fol. & in conſi. 18. nume. 5

Filius conſentire poteſt grauamini maioricatus appoſito ſuę legimæ. in conſ. 14 num. 55.

Filius non eſt legitimus ex mala fide parẽtum, qui ſuam conſanguinitatem non ignorarunt. in conſi. 20. num. 27.

Filius natus ex matrimonio putatiuo, nõ ſuccedit in maioricatu, cùm nõ ſit natus de legitimo matrimonio. in codẽ conſi. 20. num. 32.

Filius ſacerdotis non præſumitur genitus in ſacerdotio in conſi. 26. nume. 44.

Fili poſiti in conditio, cenſentur poſiti in diſpoſitione. in conſil. 29. numero. 35. & ſequentibus.

Fili poſt mortem patris an poſsint reuocare dotem inofficioſam. in conſil. 34. nume. 6.

Filio ſi aliquid conceditur per priuilegiũ regis eius, patri non acquiritur, etiam ſi cõtemplatione patris filio fiat regia donatio. in conſi. 38. num. 5. & 6.

Filius præſumitur bona patris titulo vtiliori poſsidere. in eodem conſilio. 38. numero. 13.

Filius ſemper pręſumitur eſſe præſens, vbi pater eſt præſens. in eodem conſ. 38. numero. 18.

Fili⁹. vide in verb. antidoralis. & in verb. cõfraternitas. & in verb. hæres & in verb. legitima. & in verb. melioratio. & in ver. met⁹. & in ver. mulieri. & ĩ ver. opinio. in verb. ſocietas. & in verb. pactum nõ meliorandi. & in verb. ſententia. & in verb. ſubſtitutio. & in verb. ſucceſsio & in verb. vidua & in verb. vxor.

Finis. vide in verb. medina.

Fœminæ dotem conſtituere non tenentur. in conſi. 9. nu. 27.

Fœminæ maritatæ gaudẽt priuilegio immunitatis, eorum patri conceſſo. in cõſilio. 23. num. 8.

Fœmina conditrix maioricatus, non cenſetur fœminas excludere ab eius ſucceſsione. in eod. conſi. 23. num. 10.

Fœminis cùm aliquid conceditur, etiam maſculus ex fœmina compræhẽditur. in eod. conſi. 23. num. 11.

Fœminæ & ſi expræſſe ſint excluſæ à ſucceſsione maioricatus, princeps poteſt eas & ſuos deſcendentes habilitare ad ſucceſsionem talis maioritatus. in eodem conſilio. 23. num. 13.

Fœmina in maioricatu ſuccedit: & habet intentionem ſuam fundatam de iure communi & regio. in conſil. 29. num. 1. & per totum conſilium.

Fœmina ſuccedit in comitatu. in eod. cõſilio. 29. num. 3.

Fœmina ſuccedit in bonis primogenitis debitis. in eodem conſi. 29. nu. 4.

Fœmina ſuccedit in bonis à rege Enrico donatis. in. eod. conſil. 29. nu. 5.

Fœmina ſuccedit in fideicommiſsis. in eod. conſi. 29. num. 6.

Fœmina ſuccedit in emphitheoſi. in eod. 29. num. 7.

Fœmina proximior vltimo poſſeſſori, proponitur maſculo remociori. in eodem conſi. 29. num. 8. & ſequentib.

Fœmina licet regulariter à ſucceſsione feudi excludatur, caſus aliqui ſunt, in quibus fœmina in feudo ſuccedit. in eod. conſil. 29. nume. 15. & in conſil. 43. nume. 39.

Fœminarum excluſio eſt quędam exheredationis ſpities. in eodem conſil. 29. num. 20.

Fœminas

Fœminas vt excluſas iudicemus, verba expræſsiſsima eſſe debent. in eod. conſ. 29. num. 66.
Fœmina deſcendens à teſtatore, dicitur eſſe de eius familia. in eodem conſi. 29 num. 74. & ſeq.
Fœminæ ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ familiã & arma genus quæ tuentur. in eodem conſilio. 29. numer. 75.
Fœminæ comprænhenduntur ſub hoc verbo de domo tali. in eodem conſil. 29. nume. 77.
Fœminas filias ſi diſponẽs excluſerit propter maſculos, an ex hoc videatur voluiſſe, per maſculos neptes excludere. in eod. conſ. 29. num. 81.
Fœmina & ſi pro ſe habeat verba generalia ſententiæ (tranſactæ in rem iudicatam) quòd habeat legitimam in bonis omnibus defuncti, eam habere nõ debet in bonis feudalibus. in conſilio. 43. num. 40.
Fœmina. vide in verb. conſuetudo. & in verb deſcendentium verbo. & in verb. familia. & in verb. filia. & in ver. dictio. & in verb. maſculi. & in verb. maſculinum. & in verb. nobilitate. & in verb. ſtatutum.
Forma an poſsit per ęquipollẽs adimpleri. in conſilio. 32. num. 17.
Forma. vide in verb. ſolemnitas.
Fori priuilegium. vide in verb. clericus.
Fortalitium rem auget, eam quæ meliorem redit. in conſi. 3. nu. 95. & 98.
Fratres & ſit tranſuerſales, in recta linea dicuntur eſſe. in conſ. 26. nu. 42.
Frater. vide in verb. ſubſtitutio.
Fraus excluditur, vt ceſſet prę ſumptio delicti. in conſi. 8. num. 8.
Fraudem allegans, debet eam concludenter probare. in conſil. 13. nu. 14.
Fraus non præſumitur. in conſilio. 34. numero. 3.
Fraus & dolus probantur, cum contractus clam fit. in conſ. 37. num. 3.
Fraus & dolus conſtat, cùm contractus fit in loco non conſueto. in eodem conſi. 37. num. 6.
Fraus & dolus adhibitus in contractu, probatur ſolo dicto & depoſitione venditoris, deponentis de ipſa fraude & dolo. in eod. conſi. 37. num. 9.
Fraus & dolus conſtat, quando quis non vult parere iudicis præcepto. in eodẽ conſil. 37. nu. 16.
Fraus quæ legi poteſt fieri, præcipuum euitanda eſt. in conſi. 39. nu. 20.
Fraus. vide in verb. cautela. & in verb. contractus venditionis. & in verb. dolus. & in verb. iudicis præſencia. & in ver. mutatio.
Fructus percipiens ex aliquibus rebus, ad onera ipſarum rerum tenetur. in conſ. 28. num. 23.
Fructus. vide in verb. bona fides. & in ver. decimæ. & in verb. expenſæ. & in verb. maioricatus. & in verb. poſſeſsio. & in verb. prætium. & in verb. priuilegium. & in verb. reſeruatio & in verb. ſequæſtratio. & in verb. vxori viduæ.
Frumentũ. vide in verb. fundus. & in verb. poſſeſsionem habens.
Fugiens à carcere cenſetur confiteri delictum. in conſil. 12. num. 8.
Fuga. vide in verb. officialis.
Fũdus & ſi qualitatem mutet, (vt quia de vinario frumẽtarius fiat) nihilominus decima ſoluenda eſt. in conſilio. 50. numero. 9. & ſequentibus.
Furioſus quis debet probari tempore contractus, alias non ſufficit. in conſilio. 7. numero. 6.
Furioſus vel demens quod quis ſit, probari poteſt teſtibus ſingularibus. in conſi. 11. num. 10.
Furioſus ſeu demens non poteſt facere teſtamẽtum, etiam ad pias cauſas. in eo. conſi. 11. num. 12.
Furioſus habens dilucida interualla ſemper præſumitur furioſus, & feciſſe teſtamentum furoris ſeu dementię tempore. in eod. conſ. 11. num. 13.
Furioſus. vide in verb. demens. & in verb. fatuus. & in verb. matrimonium. & in verb. tabellio.

Furor.vide in verb.mandatum.& in ver. matrimonium.& in verb.teſtes.

G

GAbellæ non ſunt diuidendæ nec diſtribuendæ inter oppidanos alicuius ville & locorum tali villæ ſubiectorũ. in conſilio.42.nume.17.fol. .& vide in verb.paſcuis publicis.
Geminatio actus non tollit remedium enormiſsimæ leſsionis.in conſilio.28. numero.22.
Genus ab ſpetiæ abrrogatur in conſilio.2. num.56.
Genus.vide in verb. interpretatio.
Gloſæ authoritas ſeu opinio alijs excedit in conſi.24.nu.7.
Gloſa.vide in verb.opinio.& in verb.teſtatoris.
Grauamen.vide in verb conditio. & in verb.filius.& in verb.onus.

H

HAbilitare.vide in verb.fœminæ.& in verb.infans.
Habitatio domus concedenda eſt alimẽtando.in conſi.9.num.34.
Habitus.vide in verb.clericus.& in verb. conſuetudo.
Hæreditas an præſumatur eſſe ſoluendo. in conſil.39.nu.18.ſol. .& vide in ver. inuentarium.
Hæreditas dicitur deducto ere alieno.in conſilio. 4.nu.7.
Hæreditas.vide in verb.aditio.& in verb. filia.& in verb.renunciatio.& in verb. vxor.
Hæres quodo non teneatur adimplere facta defuncti.in conſilio ſecundo numero.36.
Hæres ſoluendo legata, ſeu recipiendo bona contenta in teſtamento, vel legatum in eo ei relictum, cenſetur approbare teſtamentũ defuncti.in conſilio decimo quarto numero.34.& ſequentibus plurib.
Hæres ſcientiam teſtamenti ex quibus præſumatur habuiſſe.in eodem conſi. 14.num.37.
Hęres tenetur ſtare facto defuncti,etiam ſi ſit hæres in ſola legitima: maxime ſi nullum fecerit inuentarium.in conſilium.34.numero.36.& ſequentibus folio. .& prius in eodem conſi.14.numuro.25.
Hæres ſucceſſor maioricatus an teneatur ſtare facto defuncti.& an tunc procedat.l.cùm à matre.C.de rei vend.in eodem conſilio.34.num.38.& ſequentibus,& plenè in conſilio.40.numero. 2. folio. & prius in eodem conſilio.14. numero.71.& vide in verb. melioratio.
Hæres filius quando poſsit facto patris aduerſari.in conſilio.38.numero decimo quarto.
Hæres filius filius poteſt agere de inofficioſa donatione alteri filio facta.in eodem conſilio.38.nu.15.
Hæres.vide in verb.condemnatio.& in verb.creditor.& in verb. conſcientiæ. & in verb.electio.& in verb.executio. & in verb.inſtantia.& in verb.melioratio.& in verb. patronatus.& in verb. promittens.& in verb.ſoluendi.& in verb.teſtamentum.& in verb.teſtator. & in verb.vxor.
Honor.vide in verb.nominandus.& in verb.onus.& in verb.vniuerſitas.
Honoratus.vide in verb.oneratus.
Hortus.vide in verb.melioratio.
Hoſpites recipere.vide in verb.vaſalli nõ tenentur.
Hypothecariam rem emens, prius conueniendus & cõdemnandus eſt,quàm venditor. & quomodo procedat. in con-

conſilio.quarto numero.10.

Hypothecaria non competit, contra bona fide deſinentem poſsidere. in eodé conſilio.4.num.22.

Hypothecaria actio eſt realis. in eodem conſi.4.num.23.

Hypothecaria actio & ſi fiat litigioſa, illud operatur, quòd ipſa actio durante lite cedi non poſsit in eod.conſi.4.nu. 25.& in conſi.35.nu.33.

Hypothecaria agens, non videtur ius ſuũ remittere.in conſil.41.num.21.

Hypothecaria actio.vide in verb.litigioſa.pertotum.

# I

IGNORANTI non currit tempus ad retrahendum.in conſilio 37.numero.8.

Ignorantia non pręſumitur, cùm aliquid in ciuitate eſt compertiſsimum.in cõſilio.44.num.18.

Ignorantia. vide in verb.reſtitutio.

Illatio bona non fit ex diuerſis.in conſi.8. numero.1.

Illigitimitas.vide in verb.iudex laicus. & in verb. Rotæ.& in verb.ſententia. & in verb.ſequæſtratio.

Immemorialis præſcriptio non tantum teſtibus, ſed etiam ſcripturis (maximè antiquis) probari poteſt.in conſil. 15.num.10.

Immemorialis tantum poteſt, quantum princeps cum cauſa.in eodem conſilio decimo quinto numero.13.fol. & in conſi.16.num.14.

Immemorialis habet vim legis. in eodé conſi.15.num.14.

Immemorialis præſcriptione extante, nulla cauſa præſcriptionis alleganda, probanda vè eſt.in eodem conſilio.15. nume.17.

Immemorialis præſcriptio inducit præſumptionem iuris & de iure.in eodem conſilio.15.numero. 18.

Immemorialis præſcriptio non diruitur, & ſi conſtet de initio.in eodem conſi. 15.num.19.

Immemorialis præſcriptio non requiritur, quòd dominus eam probet, quando ei vaſalli aliquid ſoluunt & aliqua cauſa, nempe pro laborerio. in eodem conſilio.15.numero vigeſimo, & ſequentibus.

Immemoriali præſcriptione probata, præſumitur titulus & bona fides: & purgatur quælibet præſumptio quæ fuerit in contrarium.in eodem conſi. 15.num.33.

Immemorialis præſcriptio non excluditur ex ſcriptura non obſeruata. in conſilio.33.num.17.

Immemorialis præſcriptio non ceſſat, & ſi in contrarium producatur inſtrumétum, per quod conſtet de aliquo initio in eod.conſi.33.num.18.

Immemorialis ſi non excluditur, nec etiam reijcitur præſcriptio centum annorum.in eodem conſilio.33.numero.27.

Immemorialis præſcriptio nunquã cenſentur ſublata.in conſil.40.num 11.fol. & ibi, quid erit in pręſcriptione triginta annorum.

Immemorialis habet vim tituli: etiam ſi titulus non allegetur.in conſilio.50. numero quarto.folio. .& prius in dicto conſilio.15.num.12.fol. .& in conſi.16.num.14.

Immemorialis.vide in verb.laicus. & in verb. præſcriptio. & in verb.teſtes. & in verb. titulus.& in verb.vaſalli.

Immunitas, & immunis.vide in verb.fœminæ.& in verb. miles armatus.& in verb.priuilegium.

Impedito agere, non currit tépus.in conſil.37.num 10.

Imperitus.vide in verb.officialis.

Impoſitiones vaſallorum. vide in verb. intellectus legis Madri.

Imbreuiatura ſignum non habens, efficax eſt, vt ex ea inſtrumentum ſumatur.

tur. in conſi.38.num.4.

Incluſio vnius eſt excluſio alterius.in conſilio.2.nu.64.

Indicium.vide in verb.dominium. & in verb.ſcientia.

Indifinita. vide in verb. alienationis.

Infanti quæritur plenum ius ex priuilegio principis.in conſil.38.nu.16.

Infans conſentire videtur in his,quæ in eius fauorem geruntur.in eodem conſil.38.nu.17.

Infantis ratificatio ſufficit,vt actus valeat ex ipſius conſenſu non firmus. in eodē conſ.38.num.24.

Infantis ratificatio tacita ſufficit.in eod. conſi.38.num.25.

Infans.vide in verb.princeps.

Ingratitudo.vide in verb.donatio regia. & in verb.princeps.

Inimicitia capitalis ſuboritur ex iniuriis atrociſsimis. in conſilio. 22. numero decimo.

Inimicitia capitalis ex quibus probetur. in eodem conſilio.22.numero.11.& ſequentibus.

Inimicitia.vide in verb.proditio.

Inimicus.vide in verb.teſtis.

Initium.vide in verb.immemorialis.

Inquiſitio.vide in verb.delictum.

Inſinuatio non requiritur in donatione remuneratoria. in conſilio tertio. numero.66.

Inſinuatio non eſt neceſſaria, quando iuramentum interuenit.in eodem conſilio.3.num.67.&.71.

Inſinuatio non requiritur in renunciatio- in eod.conſil.3.nu.68.

Inſinuatio non requiritur, cùm donatio fit apud acta iudicis.in eodem conſil.3 nume.69.

Inſinuatio eſt actus iuriſdictionis voluntariæ : & non requirit cauſæ cognitionem : & vbicúnque fieri poteſt, etiam iudice non ſedente pro tribunali.in eodem conſilio tertio nume.70. Et inibi dicitur, quòd fieri poteſt in domo particularis perſonæ.

Inſinuationis remedio dicitur renunciatum, quando apponitur in inſtrumentum generalis renunciatio legum. in eodem conſilio tertio nume.71.

Inſtantia cepta cum defuncto, tranſit ad omnes hæredes: & etiam in hæredem vniuerſalem, quatenus ſunt hæredes. in conſilio quarto numero ſecundo,& ſequentibus.

Inſtitutio ne hæredis.de inſtitutione hæredis facta per teſtatorem implicitè, dicendo, inſtituo illum hæredem, quem ſcripſero in ſchedula per me depoſita apud guardianum. vide late in conſil.1.num.6.

Inſtitutio in teſtamento facta,quod igne fuit peremptum,duobus teſtibus probari poteſt. in conſilio vndecimo numero tertio.

Inſtitutio .vide in verb.promittens.

Inſtrumentum non extenditur vltra in eo contenta. in conſilio tertio numero.76. &. 86.

Inſtrumentum eſt veritas apparens, & probatio probata.in eodem conſilio.3 num.86.

Inſtrumentum in parte acceptans, in totum ei ſtare tenetur,etiam contra ſe. in eodem conſilio tertio numero.93. & in conſilio.14.nu.41.

Inſtrumentum pœnes ſe habens, præſumitur habere ſcientiam omnium contentorum in eo.in eod.conſilio.14.numero.38.

Inſtrumentum veriſimum præſumitur: & vbi eſt caſus inſtrumenti, non videtur dubitandum ſicut fit de caſu legis. in conſilio.20.numero primo.folio. & in conſi.39.num.6.

Inſtrumentum carens ſigno tabellionis, non probat.in eodem.conſilio.20.numero.2.

Inſtrumentum non habens diem nec menſem, non valet. in eodem conſilio.20.numero.25.

Inſtrumenta faciunt rem notoriam. in conſi.39.nu.5.

Inſtrumentum habens penes ſe, præſumitur illud legiſſe.in conſ.44.num.17.

Inſtru-

Inſtrumentum.vide in verb.citatio.& in verb.clauſulæ.& in verb. confeſsio. & in verb.error.& in ver. immemorialis & in verb.in breuiatura.& in verb. intellectus pragmaticæ Compluti editæ.& in verb.producens.& in verb. prothocollum. & in verb. ſcriptura.& in verb.tabellio.

Intellectus legis.3.Tauri.(quæ habetur li.5.nouæ recopil.titu.4.l.2.)in conſilio.1. numero ſecundo.

Intellectus opinionis Bal.in authen.quod ſine.C.de teſta. & Ioan. Lup. in. d.l.3. Taur.in eodem conſi.1.num.5.

Intellectus.l.iubemus.C.de teſtam.&.l.6. titulo tertio.parti.6.in eodem conſilio 1.num.7.

Intellectus.l.fi.C.de dot.pro mi.in codé conſi.1.num.14.& ſequentibus.

Intellectus.l.17.Tauri.(quæ habetur libro quinto nouæ recopila. titulo.6.l.1.) in in conſ.2.nu.15.& conſilio.14.numero. 22. & in conſi. 20.num.10.

Intellectus.l.44.Tau.( quæ habetur libro quinto.recopil.legum regni.titulo.7.l. 4.) in eodem conſ.2.nu.15.&.20.

Intellectus doctrinæ Bald.in.l.pro hæredi tariis.colum.fi.C.de hæred.act.in eod. conſi.2.num.47.

Intellectus.l.de hijs.ff.de tranſact.in eodem conſilio ſecundo numer.63.& in conſi.14.num.40.

Intellectus.l.pacta nouiſsima.C.de pact. in eod.conſi.2.num.67.&.81.

Intellectus.l.veteribus.ff.de pact.in eodé conſi.2.num.92.

Intellectus.l.55.Taur.quæ habetur libro.5. nouæ recopil.titulo.3.l.2.in eod.conſ.2 num.96.& ſequen.

Intellectus authentica.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.venditio.in conſilio.3. nu.15.cum plurib. ſeq.& in conſi.5.nu.7 & in conſil.28 num.11.&.14.

Intellectus & materia.l.2.C.de reſcin.vendi.in eod.conſi.3.num.26.& plenius. in conſi.19.nu.3.& per totum conſilium.

Intellectus.l.2.C.ſi aduer.dona.in eodem conſi.3.nume.38.

Intellectus.l.ſi ad reſoluendū.C.de præd. mino.in eod.conſi.3.num.39.

Intellectus.l.ſi vnquam.C.de reuoc.dona. in eodem conſilio.3.numer.61.& multis ſequentibus.

Intellectus.l.ſi vt proponis. C.de rei vēdi. in eod.conſi.3.nu.79.&.83.

Intellectus.l.49.tit.5.parti.5.in eod.conſi. 3.num.80.

Intellectus doctrinæ Bal.in.l.multum intereſt.C.ſi quis alte.vel ſib.in eod.cōſi. 3.nume.91.

Intellectus.l.46.Tauri.(quæ habetur lib.5 nouæ recōpil.titul.7.l.6.)in eod.conſ.3 nu.99.&.104.ſequent.

Intellectus.l.ſi poſſeſſor.§.quòd ſi poſt petitam.&in.§.in bonefidei.ff.de peti.hę red.in conſ.4.nume.26.

Intellectus capitulo.fi.de procura.lib.6.in conſi.6.num.8.

Intellectus capitulo tanta eſt vis matrimonij.qui fil.ſint legi.in codé conſi.6. num.11.& ſequent.

Intellectus tituli.C.de his qui ſibi aſcrib. in teſtam.in conſil.7.nu.16.

Intellectus legum regiarum loquētium. *De carga y deſcarga*. in conſilio octauo.num.4.

Intellectus. l.cùm proponas.C. de nauti. fenо.in eod.conſi.8.num.8.

Intellectus plures & limitationes authen. res quæ.C.commu.deleg.& fideicom. in conſilio.9.numero.10.cum pluribus ſequentibus.

Intellectus.l.4.tit.15.parti.2.in eod.conſi. 9.num.21.

Intellectus ad leges regias prohibētes extra regnum pecunias non portari. remiſsiuè in conſi.13.num.17.

Intellectus pragmaticæ Compluti editæ circa ſolemnitatem inſtrumentorum (quæ habetur in noua recopi.tit.25.l.13. li.4.)in conſi.14.num.4.

Intellectus.l.Pomponius Philadelphus.ff. famil.hær.in eod.conſi.14.nu.13.

Intellectus.l.3.tit.8.lib.3.ordina.( quæ habetur lib.5.recop.ti.16.l.2.in eod.conſ. 14.num.20.& ſequen.

Intellectus.l.quotiens.& ſimilium. C.de rei vendi.in eodem conſilio.14.nu.24 & in conſilio.26.numero.2.

Intellectus doctrinæ Alexand.in conſ.20 ponderatis.lib.3 in eod.conſ.14.nu.44.

Intellectus doctrinæ Bartolus & aliorum in.l.gerit.col.6.verſi.ſi verò non poterat facere.ff.de acqui.hæred.in eodem conſilio.14.num.54.

Intellectus.l.ſi quando.§.& generaliter. C.de inoffi.teſtam.in eodem conſi.14. num.56.

Intellectus.l.23.Tauri.(quæ reperitur li.5 nouæ recopil.titul.6.l.7.)in eod.conſil. 14.num.62.

Intellectus doctrinæ Innoc.& aliorum.in capitulo quod latenter. de verb.ſigni. in conſilio.15.num.29.& ſequentibus.

Intellectus.l.fi.titul.13.Ordi.(quæ habetur libro.4.recopil.titul.15.l.1.)& l.41.Tau. quæ habetur libro.5.eiuſdem recopilá. tit.7.l.1.)in conſ.16.nu.16.

Intellectus decimæ diffinitionis ſtatutorum ordinis de Calatraua.in conſil.17. num.13.& plurib.ſequen.

Intellectus doctrinæ Innoc.in.c.cùm ſuper.de re iudi.in conſ.18.num.14.

Intellectus.l.Lutius. §.fi. ff.ad Trebel.in conſi.19.num.13.

Intellectus.l.34.tit.14.parti.5.in eod.conſ. 19.numero.18.

Intellectus & ratio tex.in.l.cùm pater.§.à filia.ff.de leg.2.in conſi.20.nu.14.

Intellectus.l.vnum ex familia.in princip. ff.de leg.2.in eodem conſi.20.nume.15

Intellectus.l.11.tit.13.lib.8.Ordi.&.l.4.ti.7. eod.lib.8.Ordi.(quę habentur lib.8.recopil.ti.26.l.10.)in conſi.22.num.17.

Intellectus.1.ff.de iu.immu. in cõſi.23.nu. 6.& ſequen.

Intellectus regiarum prægmaticarum diſponentium,quòd exempti à muneribus de monetis tantum intelligantur. in eod.conſ.23.nu.17.

Intellectus.gl.in cap.potuit.in verb.item quid ſi dicat.loca.in conſ.24.nu.6.

Intellectus authen.de alie emphi.§.ſi verò.coll.9.& authen.qui rem. C.de ſac. ſanct.eccle.in eod.conſi.24.num.10.& multis ſequentibus.

Intellectus.l.colonus.ff.loca.in eod.conſi. 24.num.14.

Intellectus.l.perfecta donatio.C.de donatio.quę ſub mod.in conſi.25.num.58.& in conſilio.26.num.3.

Intellectus.l.qui fundos.C.de omni agro deſer.lib.11.in eod.conſi.25.num.59.

Intellectus plures doctrinæ Bart.in.l.qui Romæ.§.Flauius Hermes.ff.de verb. obliga.in eod.conſil.26.num.8.

Intellectus.l.quotiens.ff.de vſufru.in cõſi. 27.num.21.

Intellectus.l.aliud.ff.de ſolutio.in conſ.28 numero.3.

Intellectus.l.3.C.de nouatio. in eodem conſilio. 28.numero quinto,& per totum conſilium.

Intellectus.l.ſi pater puellæ.C.de inoffic. teſtam.&.l.de fideicommiſſo. C. de tranſact.in eodem conſilio.28.numero.26.

Intellectus.l.cùm auus.ff.de cond.& demonſtra.&.l.cùm accutiſsimi. C. de fideicommiſſ.in conſilio vigeſimo nono numero.9.

Intellectus glo.in.l.Lutius.in.2.ff.de hær. in eodem conſilio. 29. numero.36.& ſequentibus.

Intellectus doctrinę Bar.in.l.cùm auus.ff. de cond.& dem.in eodem conſilio.29 num.45.

Intellectus.c.1.de natu.ſucce.feud.in eod. conſi.29.num.49.

Intellectus doctrinæ Abb.in cõſi.35.in eo. conſil.29.num.68.

Intellectus doctrinæ Paul.Caſtr.in.l.1.C. de cond.in ſer.in eodem conſilio.29. num.81.

Intellectus.l.ſi viua matrę.C.de bon.mat. in eod.conſ.29.num 82.

Intellectus.ca.1.§.inter filiam.in tit.ſi de feu.fue.contro.int.domi.& agna.in eo. conſi.29.num.88.

Intellectus.l.13.tit.10.li.3.fori legum.(quæ habetur lib.5.nouæ recopila.tit.11.l.7.) in conſ.30.nu.12.& in conſ.37.num.20.

Intellectus.l.27.tit 1 lib.7.Ordi.in eodem conſilio.30.num 16.
Intellectus.l.22.Taur.( quæ habetur lib.5. recopi.titulo ſexto.l.6.)in conſ.32.numero.4.& per totum conſilium.
Intellectus.l.113.titul.18.parti 3.in conſilio 33.num.9.
Intellectus. l. Madricij quæ loquitur de præſcribendis impoſitionibus contra vaſallos ( quæ reperitur lib.4.recopila. titulo.16.l.8. in eodem conſilio.33. numero.25.
Intellectus.l.29.Taur.( quæ habetur in noua recopil.lib.5.titul.8.l.3.) in conſil.34. nu.6.& ſequentibus.
Intellectus.l.6.Taur.( quæ tranſumptiuè habetur libro.5.nouæ recopil.titulo.8. l.1.)in eod.conſi.34.num.11.
Intellectus.l.tale pactum.§.fi. ff.de pact. in eod.conſil.34.nu.29.&.30.
Intellectus iurium diſponentium, quòd ex eadem ratione diſpoſitio extendatur.in eodem conſilio 34.nu.32.
Intellectus doctrinæ Barto.in.l. centurio. columna.12.verſi. quæro vlterius.ff.de vulg.& pup.in eodem conſil.34.nu.34.
Intellectus.l.cùm à matre.C de rei vend. in eodem conſilio.34.nu.38.& ſequentibus.& prius in conſ.14.num.25.
Intellectus doctrinę Bart.in.l.filius famil. §.cùm pater.ff.de leg.1.in eodem conſil.34.num.39.
Intellectus.l.1.&.2.C.ſi quid in fraud.patro.in eodem conſilio.34.nu.39.
Intellectus tituli.C.ne lic.poten.in conſilio.35.nume.5.
Intellect⁹ tit.C.de alie iud. mut.cau.fact. in eodem conſi.35.nu.7.
Intellectus.l 7.ti.7.li.5.Ordi.(quę habetur lib.5.nouæ recopi.titulo.11.l.8.)in conſilio.37.num.15.
Intellectus glo.in.l.cùm de lege.ff.de probat.in conſilio.39.nu.18.
Intellectus & ratio.l. ab executore. C. quor.appel.non recip. in conſilio.40. numero.6.
Intellectus authen.de ſanctiſsi.epiſcop.§. ſi vero.colla.9.in eod.conſilio.40.numero.14.
Intellectus.l. Quintus.ff. de dona.int.vir. & vxor.in conſilio.43.num.9.
Intellectus.l.2.titu.15.parti.2.in conſi.44. nume.5.
Intellectus pragmaticæ regis Ioannis Toleti editæ anno.1422. quæ loquitur de militibus armatis.(& habetur lib.6.nouæ recopil.tit.1.l.1.)in conſilio.45.nu.2 & ſequentibus.
Intellectus pragmaticæ regis Ioannis editæ in ciuitate Palentina annor.1431.& pragmaticæ regum catholicorum Hiſpali confectæ annor.1478.quæ loquitur de militibus armatis.in eod.conſil. 45.num.4.
Intellectus.l.10.titul.18.parti.3. in eodem conſilio.45.numero.6.
Intellectus.l.6.tit.1.lib.4.Ordi.(quæ habetur lib.6.recopila.titu.1.l.2.) in eodem conſilio. 45.numero.7. & per totum conſilium.
Intellectus.l.3.&.4.tit.18.parti.3. in conſil. 46.num.1.
Intellectus.l.9.tit.1.lib.4.Ordin.(quæ habetur lib.6 nouæ recopil.titul.1.l.3.) in eod.conſi.46.num.5.
Intellectus pragmaticæ regis Ioannis Toleti editæ quæ loquitur de militibus armatis(& habetur lib.6.recopil.ti.1.l.1.) in eod.conſil.46.num.14.
Intellectus & vera litera.l.6.tit.1.lib.4. Ordin.(quæ habetur lib.6.recopi.ti.1.l.2.) in eodem conſilio.46.numer.16.& ſequentibus.
Intellectus.l.3.tit.21.part.3.in conſilio. 48. num.6.
Intentionem ſuam in genere probans,nō debet obtinere in remedio poſſeſſorio.in conſilio.36.numero.7.
Intentio de iure commune.vide in verb. domini temporales.& in verb.eccleſia.& in verb.epiſcopus.& in verb. populus.& in verb. poſſeſsio. & in verb. poſſeſſorium remedium. & in verb. præſcriptio.& in verb.regulam.
Interdictio bonorum.vide in verb.adminiſtratio.& in verb.prodigus.

Intereſſe refundi debet ex qualitate perſonæ creditoris, eiúſque lucri ſoliti. in conſi.49.nu.6.
Intereſſe ex pacto taxari poteſt. in eodẽ conſ.49.num.11.
Intereſſe quando à principio taxari poſſit. in eodem conſilio.49.numero.12. & ſequentibus.
Intereſſe cùm eſt probatum, non debet à iudice taxari. in eodem conſilio.49.numero.16.
Intereſſe. vide in ver. creditor. & in verb. mercator. & in verb. mutuans. & in verb. negotium alterius. & in verb. pacto. & in verb. ſoluere.
Intereſſe lucri ceſſantis. vide in verb. mercator. & in verb. vxor.
Interim remedium quod durante lite datur ad tuẽdum poſſeſſorem in ſua poſſeſsione, tantùm illi competit, qui tẽpore initij litis poſsidebat. in conſilio. 36.num.1.
Interpretatio facienda eſt in dubio contra producentem. in conſilio ſecundo num 85.
Interpretatio facienda eſt in dubio, vt ſcripturę concilientur. in eodem conſilio.2.numer.86.
Interpretatio in dubio facienda eſt, vt reuocatio præcedentis ſcripturæ vel legis non cenſeatur facta. in eod. conſi.2 num.87.
Interpretatio facienda eſt, vt potius reſeruatio valeat, quàm pereat. in eo. conſi. 2.num.88.
Interpretatio facienda eſt, quæ ineſt de neceſsitate vel de veriſsimilitudine. in eodem conſi.2.num.89.
Interprętatio facienda eſt, qua diſponens minus obligatus maneat. in eod. conſi. 2.num.90.
Interprętatio fieri debet, vt ſpecies ſub genere compræhendatur, & ei non deroget. in eodem conſilio.2.numero.91.
Interpretatio in dubio facienda eſt contra contrahentem. in eodem conſilio. 2.nu.92.
Interpretatio in dubio facienda eſt contra iurantem. in conſilio. tertio numero.14.
Interpretatio in dubio facienda eſt contra allegantem præſcriptionem: & in dubio iudicandum eſt, præſcriptionem non obſtare. in conſil.4.nume.12. & vide infra in verb. iudicandum.
Interprętatio illa ſemper ſummenda eſt, qua contraria conciliantur. in conſilio 27.numero.12.& in conſilio.29.numero.32.
Interprętatio. vide in verb. donatio ſi non valet & in verb. facultas regia. & in ver. teſtator.
Interruptio. vide in verb. præſcriptio. & in verb. ſcriptura priuata.
Inuentarium facere non tenetur mater vidua relicta curatrix in teſtamento. in conſil.43.num.15.
Inuentarium præſumitur non doloſe confectum à tutore vel curatore: nec præſumuntur alia bona defunctum relinquiſſe quàm in eo contenta. in eodem conſilio.43.numero decimo ſexto. & ſequentibus. & vide in verb. hæreditas.
Inuentarium. vide in verb. hæres.
Iudicis præſentia dolum & fraudem excludit. in conſilio.3.num.25.
Iudicis decretum excludit beneficium l. 2.C. de reſcin. vendi. in eodem conſil. 3.num.26.
Iudicis decretum facit præſumi contractum minoris vel eccleſiæ in eorum vtilitatem eſſe celebratum. in eodem conſilio.3.numero.27
Iudex poteſt conſuetudinem in veſtigare, etiam abſque citatione partis. in conſil.14.nu.5.
Iudices ſupprǽmi hodiè debent iudicare ſola facti veritate inſpecta. in conſilio. 19.num.36.
Iudex præ oculis æquitatem habere debet. in eodem conſilio.19. nume.37. & in conſilio.24.num.2.
Iudex propter dolum & factum aduerſarij iubere poteſt, quòd terminus legalis non currat. in conſil.37.nu.17.

Iudi

Iudici aſſerenti aliquem fuiſſe citatum, credendum eſt. in conſilio.38. numero.9.
Iudex an ſit extimaturus ſecundum eius arbitrium, quando non conſtat de rei valore. in conſ.43.num.47.
Iudices ordinarij oppidorum aſſeſſorem ad iudicandum expoſtulantes, eorundem iudicum ſumptu ſalarium ſuis aſſeſſoribus præſtandum eſt. in conſilio. 48.nume.nono, & ſequentibus. Vbi & & dicitur, quòd contrarium erit verum, quando tales iudices ordinarij ſunt imperiti.
Iudices ordinarij oppidorum qui periti ſunt, ſeu ſalariati, nihil à partibus percipere debent pro ſentẽtiis ab ipſis iudicibus latis. in eodem conſilio.48.numero.7.
Iudex. vide in verb. decretum. & in verb. domini temporales. & in ver. intereſſe. & in verb. metus. & in verb. præuentioni. & in verb. ſpoliatas.
Iudices ſupræmi. vide in verb. iudicando.
Iudex laicus, quando cognoſcere poſſit de cauſa illigitimitatis. in conſilio. 40.num.9.& ſequentibus.
Iudex laicus non poteſt cognoſcere de cauſa illigitimitatis, quando iudex eccleſiaſticus pronunciauit ſuper illigitimitate. in eodem conſilio.40.nu.12.
Iudex laicus non debet examinare proceſſum ei remiſſum, ad exequendum à iudice eccleſiaſtico. in eodem conſi. 40.numero.13.& ſequentibus.
Iudex laicus. vide in verb. clericus.
Iudex eccleſiaſticus ſi præuenit in cognitione cauſæ (& ſi cauſa ſit mixti fori) ſententia iudicis eccleſiaſtici debet exequi citra proceſſus examen. in eodem conſil.40.nu.15.
Iudex eccleſiaſticus. vide in verb. clericatus. & in verb. iudex laicus.
Iudicandum in dubio eſt, exceptionem rei iudicatæ non obſtare. in conſilio 19.num.25.& in conſ.43.nu.42.
Iudicandum eſt in dubio pro reo, & poſſeſſore, & pro magis dilecto, & contra prudentem inſtrumentum, & pro dote. in conſilio.27.num.31. & in conſ. 34.num.40.
Iudicandum eſt hodiè apud ſupræmos iudices veritate inſpecta. & iuris ordine & libellorum prætermiſſo. in conſi.40 num.3.
Iudicandum eſt in dubio contra præſcriptionem. in conſilio.42.numero. 6. & vide in verb. interpratatio. & in verb. præſcriptio.
Iudicari in dubio debet, quòd quis non inciderit in pœnam. in conſilio.46.numero.8.
Iudicandum eſt in dubio, teſtamentum firmum validum quæ eſſe. in conſilio. 7.num.17.
Iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ. in conſ.2.nu.80.& in conſi.31.nu. 19.& in conſil.41.num.20.
Iuramentum eſt acceſſorium contractus principalis. in eodem conſilio.2.numero.28.
Iuramentum. nota quod præſumitur pro iuramento, præſertim contra iurantẽ, vt veritatẽ dixiſſe præſumatur. in conſilio.3.num.13.
Iuramentum habet vim renunciationis ſpecialis legum. in eodem conſilio.3. num.62.
Iuramentum excludit læſionem etiam enormiſſimam. in eodem conſil.3.nu. 20.&.29.& in conſ.5.num.7.& in conſ. 28.num.16.
Iuramentum partis ſufficit ad condemnandum officialem recedentem ante ſindicatum. in conſilio.12. numero nono.
Iuramentum rei in criminalibus quando ſufficiat, vt quis non puniatur. in conſi. 13.num.16.
Iuramentum ſuper actu libero pręſtitum ipſum actum neceſſarium non facit. in conſ.14.num.18.
Iuramentum non debet operari in tertij præiuditium in eodem conſilio.14.numero.19.

*Iu*ramétum habet vim expreſsim. in eo. conſ. 14. nu.57.

*Iu*ramétum non debet eſſe vinculum ini quitatis. in conſilio.28.nume.12.

*Iu*ramentum debet habere tres comites, ſcilicet, iuditium, veritatem, & iuſtitiam. in eodem conſilio. 28. numero decimo quinto.

*Iu*ramétum vim obtinet, vt actus valeat, omni meliori modo quo poſsit. in cóſilio.31. num.20.

*I*uramentum. vide in verb. abſolutionem & in verb. acceptatio. & in verb. contractus. & in verb. curator. & in ver. donatio facta filio. & in ver. extimatores. & in verb. filia. & in verb. inſinuatio. & in verb. metus. & in verb. minor. & in verb. opinio. & in verb. teſtamentũ. & in verb. valor rei.

*Iu*rans. vide in verb. interpretatio.

*Iu*riſdictio. vide in verb. domini temporales. & in verb. inſinuatio.

*Iu*ris ordo. vide in verb. iudicandum.

*Iu*s transfertur ex regia donatione ſeu priuilegio. in conſilio.25. nu.2.

*Iu*s. vide in verb. diſpoſitio. & in verb. patronatus. & in verb. princeps. & in verb. regulis. & in verb. teſtator.

*Iu*s auferre. vide in verb. conditio. & in verb. diſpoſitio. & in verb. maioricatus & in verb. ſequæſtratio.

*Iu*s commune. vide in verb. legatus. & in verb. princeps. & in verb. prohibitum. & in verb. ſententiæ verba.

*Iu*ſtitia. vide in verb. exceptio rei iudicatæ.

# L

LAICVS cui legatur patronatus, capellanum præſentare non poteſt ſine epiſcopi licentia. in conſil.31. num.6

Laicus & ſi ſit incapax decimarum, tueri tamen poteſt præſcriptione immemoriali in exigendis & percipiendis decimis. in conſilio.50. nume. tertio, & per totum conſilium.

Laicus. vide in verb. patronatus.

Laudi emologatio, quando non noceat. in conſil.25. num.70.

Laudum. vide in verb. actio. & in verb. arbitri. & in verb. emologatio. & in verb. ſententia. & in verb. verba ſententiæ.

Legatum agnoſcens, videtur acceptare onus legato iniunctum. in conſilio.2 numero.34.

Legatum. vide in verb. hæres. & in verb. laicus. & in verb. pater. & in verb. patronatus. & in verb. teſtator.

Legatus de latere nihil poteſt ſtatuere contra ius, nec contra laudabilem conſuetudinem. in conſilio. 17. numero.14.

Legitima tolli poteſt ex donatione remuneratoria. in conſilio tertio numero.31.

Legitima filiorum de bonis reſiduis debet deduci, quando pater facit maioricatum de aliis bonis virtute regiæ facultatis. in conſilio.43. numero.26 & ſequentibus.

Legitima prius deducenda eſt. in eodem conſilio quadrageſimo tertio numero.35.

Legitima. vide in verb. filius conſentire poteſt. & in verb. meliorandi. & in ver. pater poteſt.

Legitimatio quando retro trahatur. in conſ.6. nu.13.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium. vide in verb. filius.

Legitimus. vide in verb. filius. & in verb. mala fides.

Legi. vide in verb. teſtamentum.

Læſio in contractu minoris non conſideratur, quando in fauorem minoris merita præceſſerunt. in conſilio.3. num.35.

Læſio probanda eſt, ab eam allegantem. in eodem conſilio.3. numero.41.& in conſilio.5.num 2.fol. .& in conſi.15. num.24.&.39.

Læſſio debet probari habita conſideratio ne ad tempus contractus.in eod.conſ. 15.num.26.

Lęſio quare in ſententia non conſideretur.in conſi.19.num 17.

Læſio enormis quare in tranſactione nõ conſideretur. in eodem conſilio.19. numero.15.

Læſio in tranſactione an conſideretur habito reſpectu ad dubium litis euentum.in eodem conſilio.19.numero vigeſimo ſexto.

Læſio enormiſsima an probetur in tranſactione, ex ſeriæ proceſſus antiqui.in eodem conſilio.19.num 27.& ſequentibus & ibi numero.32. 34.&.38.an ſuper dicta læſione teſtes de nouo ſint recipiendi.

Læſioni enormiſsimæ non poteſt minor renunciare.in conſi.28.nu.18 fol. .& ſi contrarium fundetur in conſilio.3. numero.28.

Læſio enormiſsima an excludatur ex perceptione alimentorum.in eodem conſil.28.num.27.

Læſio enormiſsima.vide in verb. abſolutio.& in verb.decretum. & in verb. filia.& in verb.geminatio actus. & in verb iuramentum. & in verb. intellectus authent.ſacramenta puberum. & in verb.metus.& in verb.minor. & in verb.monaſterium.& in verb.reuerentia patris.& in verb. tranſactio.

Lex pœnalis extendi non debet.in conſilio ſeptimo,numero. 24. folio. . & in conſilio.8.num.2.

Legum publicatio exigitur, vt dicantur receptę.in conſilio.22.nu.8.

Leges debent intelligi ſecundum titulũ, ſub quo ſunt ſitæ.in conſilio vigeſimo quarto nume.11.

Leges quæ agunt de regni ſucceſsione, trahendæ ſunt ad ſucceſsionem maioricatus: & argui licet de vno ad aliud. in conſilio.29.numero ſecundo.folio. . & in conſilio.44.numero quinto. & prius in conſi.9.num.3.ad fi.

Lex curis generalibus edita,non eſt localis, ſed communis.in conſilio.30.nu.16. & ſequentibus.

Lex generalis dicitur epiſtola principis immixta corpore iuris.in eodem conſilio.30.num.18.

Lex localis dicitur, cùm in vno oppido tãtum cuſtodiri præcipitur.in eodem conſil.30.nu.19.

Lex Soriæ.vide in verb.miſsio in poſſeſſionem.

Lex.vide in verb.clauſula non obſtante. & in verb.immemorialis.& in verb.intellectus.per totum.& in verb. interpretatio.& in verb.iuramentum. & in verb.fraus.& in verb.prooemium.

Libellus alias non mutabilis,ex cauſa ſuperuenienti mutari poteſt.in conſilio. 40.num.1.

Libellus.vide in verb.ſententia.& in ver. iudicandum.

Liberatio.vide in verb.minor.

Liber.vide in verb.falſitas.& in verb.mercatores.

Licentia mariti qualiter dicatur in cõtractu vxoris interueniſſe.in cõſ.2.nu.96. & ſequentibus.

Licentia mariti in contractu vxoris non requiritur, quando mulier iurat contractum,quem facit.in eod.conſilio.2 nume.97.

Licentia dictio vnde diriuetur, & quid importet. in conſilio decimo ſexto numero. 6

Licentia præſumitur interueniſſe.in conſilio.31.nu.7.

Licentia epiſcopi non eſt neceſſaria, cùm contractus fit in fauorem eccleſiæ.in eod.conſi.31.nu.17.

Licentia domini præſumitur interueniſſe ad alienandum emphyteoſim decurſis decem annis, ad hoc vt pœna commiſsi ceſſet.in conſilio.44.numero.2.

Licentia.vide in ver.conditio.& in verb. contra-

contractus.& in verb.vxor.
Liga. vide in verb.monopolia.
Limitatio facta in vna ſcriptura, ſemper cenſetur repetita.in conſi.2.num.53.72 & ſequentibus.
Linea recta an verificetur in tranſuerſalibus.in conſil.26.nu.41
Lineæ ſimplex nominatio in vniuerſali adequatur. in eodem conſilio.26.numero.45.
Linea paterna eſt, cuius pater eſt caput.in conſil.29.num.29.
Linea maſculina quis dicatur deſcendere.in eodem conſilio.29.numero.26. & ſequentibus.
Linea.vide in verb.dictio.& in verb.fratres.& in verb.maioricatus.& in verb. neptis.
Litigioſam rem vendens, ſeu hypothecatam ex iuſta cauſa, tantum tenetur ad prætium quod recepit:nec ex hoc cauſatur vitium litigioſi.in conſilio.4.numero.26.
Litigioſa res non efficitur, & ſi actio hypothecaria ſit intentata.in conſilio.35. numero.1.
Litigioſa actio efficitur, taliter, quòd bona ſuper quibus eſt lis, vendi non poſſunt durante lite.in eodem conſilio.35. num.2.
Litigioſi vitium non conſideratur, cùm bona venduntur ad ſolutionem dotis. in eodem conſi.35.nu.4.
Litigioſa res. vide in verb. hypothecaria.
Litis conteſtatio. vide in verb. præſcriptio.
Lis. vide in verb. contumax. & in verb. maioricatus. & in verb.minor. & in verb.tertius.
Locupletari quis non debet cum aliena iactura.in conſ.19.num.20.
Locatio.vide in verb.dominiũ.& in verb. poſſeſsio.& in verb.teſtes.
Locus ſubiectus alicui ciuitati nõ poteſt compromittere, nec contractum facere, ſine licentia ciuitatis cui ſubeſt.in conſi.10.num.15.
Locus ſubiectus.vide in verb.gabellæ.
Locus. vide in verb. populus.& in verb. ſoluere.
Lucrum qualiter diuidatur inter ſocios. in conſ.42.num.11.
Lucrum ceſſans non tantum teſtibus probari poteſt, ſed etiam vſu communi. in conſi.49.num.15.
Lucra.vide in verb.maritus.& in verb.reſtitutio.& in verb.vidua.& in ver.vxo.

# M

MAGISTER ordinum non eſt dominus bonorum nec rerum ordinis, ſed procurator.in conſi.17.nume.5. & per totum conſilium.
Magiſter.vide in verb.milites.
Maior pars.conſenſus omnium requiritur, quando negotium plures tangit vt ſingulos.in conſi.10.nu.28.
Maior pars.vide in verb.ciuis.& in ver.ciuitas.& in verb.vniuerſitas.
Maioricatus ſimul confectus à marito & vxore poteſt à ſuperuenienti pro eius parte reuocari, etiam ſi ſuperuiuenti aliquid ſit datum pro maioricatu non reuocando.in conſil.2.nu.14.& ſeq. & nu.32.& ſequen.
Maioricatus titulo bona vinculare, non dicitur onus.in conſilio.3.nume.42.& ſequentibus.
Maioricatus in republica ſunt permiſsi, & qua cauſa.& de quorum vtilitate in eorum cõſtitutione agatur. in eodem in conſi.3.nu.45.
Maioricatus bona eſſe probantur per confeſsionem poſſeſſoris talium bonorũ. conſi.9.num.1.
Maioricatus titulo poſsidentur bona ducatus Comitatus, & marchionatus:& tanquam indiuiſibilia dicuntur poſſideri.in eod.conſi.9.num.3.

Maioricatus bona alienari non poſſunt, etiam ex cauſa dotis. in eodem conſilio.9.numero.4.

Maioricatus condentis voluntas ſeruanda eſt. in eodem conſilio.9.numero.8.

Maioricatus poſſeſſor in caſu quo aliquid dare ſeu ſoluere teneatur ex diſpoſitione maioricatus, intelligitur tantùm ex fructibus bonorum maioricatus. in eod.conſ.9.nu.16.

Maioricatus bona ſi ex permiſsione & facultate regia alienari poſsunt, intelligitur non extantibus bonis liberis. Et an tunc ſit neceſſaria excuſſio bonorum alienantis. in eod.conſi.9.num.25 & ſequentibus.

Maioricatum quis facere poteſt de re aliena de voluntate domini. in conſilio. 14.num.42.

Maioricatus ſucceſſor poteſt aſsiſtere liti ceptæ cum poſſeſſore maioricatus eius prædeceſſore. in conſilio.18.numero primo.

Maioricatus ſucceſſor ſeu legatarius poteſt appellare à ſententia lata cum eius prædeceſſore. in eod.conſi.18.num. 3.& ſequentibus.

Maioricatus ad ſucceſsionem quis vocari poteſt ſub conditione, vt matrimonium non contrahat ſine alicuius licentia. in conſilio.20.numero. & per totum conſilium.

Maioricatus non poteſt reuocari, cuius poſſeſsio eſt tradita. in conſi.26.num.5 & ſequentibus.

Maioricatus ſucceſſoribus non poteſt ius auferri (etiam in ſpe quæſitum) etiam per principem. in eodem conſilio. 26. numero.7.

Maioricatus ſcripturam ſat eſt, quòd primus donatarius acceptat, taliter quòd non eſt neceſſaria acceptatio ſucceſſorum, vt maioricatus irreuocabilis efficiatur. in eodem conſilio.26.numero 29.& ſequentibus.

Maioricatus ſucceſſorum perſonæ non conſiderantur viuẽtibus poſſeſſoribus. in conſi.28.numero. 24.

Maioricatus ſucceſsio regulatur ſecundũ ſucceſsionem ab inteſtato. in conſ.29. num.10.

Maioricatus ſi fecit ingreſſum in vna linea, nõ debet ad aliam tranſire, quouſque omnes de prima linea ſint finiti. in eodem conſilio.29. numero. 48. & ſequentibus.

Maioricatus verba ſunt explicanda ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ. in eodem conſilio vigeſimo nono numero.76.

Maioricatus ſcriptura non debet ampliari, ſed ſolerter eſt reſtringenda. in conſilio.34.nume.19.

Maioricatus res regia facultate vendi poſſunt, etiam ſi eius venditio ſit prohibita expræſsim, etiam interueniente regia facultate. in conſilio.41. numero primo.

Maioricatus poſſeſſori, & eius vxori ſi conceſſa ſit facultas regia, ad vendendum aliqua bona maioricatus, quilibet eorum poteſt rem vendere mortuo alio. in eodem conſilio.41.numero tertio.

Maioricatus bona alienari poſſunt de conſenſu illorum de familia, qui ad illa bona vocati ſunt. in eodem conſilio. 41.numero.7.

Maioricatus inducitur perpetuus ex cauſa in eo expræſſa. in conſilio.44.numero octauo.

Maioricatus dictio perpetuitatem denotat. in eodem conſilio.44. numero. vndecimo. & prius. in conſilio ſecundo num.75.&.76.

Maioricatus. vide in verb. argui licet. & in verb. conſuetudo. & in verb. dos. & in verb. electio. & in verb. expenſæ. & in verb. familia. & in verb. feudem. per totum. & in verb. filias. & in verb. filius. & in verb. fœmina per totum. & in verb. hæres ſucceſſor. & in verb. legitima. & in verb. leges quę agunt. & in ver. pater. & in ver. pręſcriptia.

criptio.& in verb.princeps.& in verb. ſententia.& in verb.ſucceſſor.

Mala fides parẽdum circa legitimitatem filiorum,ex quibus probetur.in conſil. 20.nu.27.& ſequen.

Mala fides parẽtum circa legitimitatem filiorum vnico teſte probatur.in eod. conſi.20.nu.31.

Mala fides parentum coniecturis, & ſola fama,& etiam vnico teſte probari poteſt in conſi.40.nu.16.

Mala fides. vide in verb. filius. & in verb. ſcientia.

Malæ fidei poſſeſſor.vide in verb.expenſæ.

Mandatum primum non reuocatur per ſecundum mandatum alteri datum: & quomodo procedat. in conſilio.4. nume.9.

Mandatum ſicut morte mandatis reuocatur, ita & reuocatur ſuperueniente furore mandantis.in conſilio.6.num.5. folio. . & ibi latè, quando reualidetur tale mandatum.

Mandatum in re propria reuocari non poteſt.in conſilio. 31. numero.21. cum ſequentibus.

Mandatum.vide in verb.donare non poteſt. & in verb. matrimonium. & in verb.pactum.& in verb.procurator.& in verb.ſolutioni.

Mare.vide in verb.naues.& in verb. portus.

Maritus ſoluto matrimonio dum viduus eſt, præſumitur bona quæſiuiſſe, non verò durãte eius primo matrimonio. in conſilio.43.num.6.

Maritus.vide in verb. conſuetudo. & in verb.maiori catus.& in verb.teſtamentum.& in verb.vxor.

Maſculinum compræhendit fœminum, etiam in verbis donationis.in conſ.29 nume.33.

Maſculinum,quando in contractibus fœmeninum compræhendat.in eod.cõſ. 29.num.34.

Maſculi cùm ad ſucceſsionem vocantur excluſis fœminis, intelligitur, cùm maſculus & fœmina in eodem ſunt gradu:non verò ſi fœmina ſit filia vltimi poſſeſſoris, ſeu eius proximior.in conſilio.29.numero.41. & multis ſequentibus.

Maſculus ſine filiis maſculis decedẽte, ſucceſsio deuenit ad propinquiorem poſſeſſoris.in eodem conſilio.29. numero.51.

Maſculi in vna parte diſpoſitionis ſubſtituti,cenſentur in alia parte ſubſtitutionis excluſi, fœminas quæ admittendas fore:dum modo ipſæ fœminę ſint in gradu proximiori.in eodem conſil. 29.num.67.

Maſculus.vide in verb. dictio ſexus.& in verb. fœmina. per totum. & in verb. linea.

Maſculorum qualitas.vide in verb. qualitas.

Mater. vide in verb.inuentarium. & in verb.matrimonium.& in verb. metus & in verb.nobilitas.& in verb.ſocietas.

Matrimonium non probatur per depoſitiones matris & ſorororis prętendentis matrimonium.in conſilio ſexto numero primo.

Matrimonium probari debet per teſtes omni exceptione maiores.in eodem conſ.6.num.2.

Matrimonium ſicut non poteſt contrahere conſtitutus in extremis,cùm eſt furioſus, ita & eodem modo habẽs eius mandatum ad id ſpeciale, non poteſt contrahęre tempore quo mandans eſt furioſus. in eodem conſilio.6.nu.4.& multis ſequentib.

Matrimonium præſumitur contractum tempore furoris:& contrarium dicenti incumbit onus probandi.in eodem conſilio.6.num.7.

Matrimonium cõtrahi prohibetur, cùm muliere, cum qua alter frater prius copulam habuit, taliter, quòd dicitur exindè ortum fuiſſe impedimentum dirimens matrimonium contrahændum. in eodem conſilio.6.numero.9.

Matri-

Matrimonium contrahere ſine conſenſu patris, eſt contra bonos mores, & inducit odium capitale. in conſilio. 20. numero. 7.

Matrimonium ex quibus probetur clandeſtinum ex. in eod. conſi. 20. num. 26.

Matrimonium ſufficit quòd paruo duret tempore: & ſi confeſtim diſſoluatur. in conſi. 26. num. 34.

Matrimoniũ. vide in verb. clericus. & in verb. conditio. & in verb. eccleſia. & in verb. filius. & in verb. iudex laicus. & in verb. maioricatus. & in verb. mala fides. & in verb. mandatum. & in verb. pater. & in verb. procurator. & in verb. Rotæ. & in verb. ſententia. & in verb. ſtatutum.

Medina ex extremis percipimus, & principia mediis, & media fini correſpondere debent. in conſi. 27. nu. 4.

Melioratio filio facta ſui natura ante leges Tauri, & ſecundum eas eſt reuocabilis. in conſil. 14. numero. 17. & multis ſequentibus.

Melioratio cum tertio facta ex cauſa matrimonij, & ſi non valeat ex diſpoſitione legis. 17. Tauri, tamen ſi filius fuerit heres ſui patris meliorantis, tenetur ſtare tali meliorationi. in eod. conſi. 14. num. 26.

Melioratio filio facta intelligitur de bonis præſentibus, non verò de futuris. in eod. conſi. 14. nu. 62. & vide in verb. donatio.

Melioratio ſi fiat alicui filio de aliqua domo, an cenſeatur melioratio illa facta, de area, vel hortu, vel de aliis rebus immobilibus exiſtentibus prope talem domum. in eodem conſi. 14. num. 63.

Meliorandi ius habens ex teſtamento alicuius, poteſt reuocare meliorationem per eum factam in fauorem alterius. in conſi. 20. num. 16.

Meliorandi promiſsio debet ſcriptura conſtare. in conſilio. 32. nu. 1.

Meliorari non poteſt filia (maximè ex cauſa dotis) vltra ſuam legitimam. in eod. conſ. 32. nu. 2.

Melioria, nota quòd bona à patre alicui filio aſsignata pro melioratione tertij & quinti, præſumuntur eſſe valoris illius tertij & quinti, & non vltra, ad impediendum miſsionem in poſſeſsionem. in conſilio. 39. numero. 16. & ſequentibus.

Melioratio. vide in verb. donatio ſeu melioratio. & in verb. pactum. per totum.

Mens ſeu voluntas diſponentis conſtat, ex contentis in ſcriptura, non vero ex aliis. in conſilio vigeſimo nono, numero. 85.

Mens qualis fuerit in actu inter viuos, declaratur ex his quæ idem ipſe fecit in eius vltima voluntate. in conſil. 32. num. 11.

Mens. vide in verb. ordo. & in verb. teſtatoris & in verb. voluntas.

Menſis. vide in verb. inſtrumentum.

Mente captus. vide in verb. de mens. & in verb. furioſus.

Mercatorum deſtinatio ſemper attendenda eſt. in conſil. 8. num. 7.

Mercatores in ſuis manualibus ſeu in ſuis libris priuatis ſcribere poſſunt, quod voluerint. in conſil. 13. num. 4.

Mercatores non tenentur edere ſuos libros priuatos, ſed tantum, libros quos habent in publico, edere ſunt obnoxij. in eodem conſilio decimotertio. num. 5.

Mercatores non puniuntur ex falſitate ſuorum librorum priuatorum. in eod. conſi. 13. num. 6.

Mercator vtroque iure bene poteſt recipere intereſſe, ratione lucri ceſſantis. in conſilio. 49. numero primo folio. & vide in verb. ſolitus fenerari.

Mercator. vide in verb. mutuans. & in verb. pacto. & in verb. ſoluere.

Merita præceſſiſſe, per inſtrumentum probatur. in conſ. 3. nu. 12.

Merita præcedentia donationem efficiunt præſumi. in conſilio vigeſimo quinto, num. 12.

Meri-

Merita debent eſſe ęquiualentia donationi remuneratoriæ.in eodem conſilio. 25.numero.16.

Merita.vide in verb.donatio remuneratoria.& in verb.læſio.& in verb. princeps.& in verb.antidoralis.& in verb. donationis præſumptionem.

Metus non præſumitur: & contrarium dicenti incumbit onus probandi. in conſilio.3.numero. 51.folio. .& in conſilio.5. numero. 8.folio. .& in conſilio.15.num.30.

Metus quilibet non ſufficit ad reſciſsionem contractus & qualis debet eſſe.in eod.conſi.3.num.52.

Medus reuerēcialis non ſufficit ad reſciſſionem cōtractus,etiam data enormiſſima læſione,quando iuramentum interuenit.in eodem conſil.3.nume.53.& 60.& in conſ.5.nu.11.

Metus an dicatur à fœmina inferri, præſertim à matre erga filios.in eod.conſ. 3.nu.54.& ſeq.

Metus non conſideratur in renunciatione iurata.in eod.conſil.3.nu.56.

Metus probatio maior & clarior requiritur.ſtante iuramento,quam ſi non ininteruenisſet iuramentum. in eodem conſ.3.nu.57.& in.d.conſilio.5.num.10.

Metus excluditur, & non conſideratur, quando iudex præſens fuit, vel ſi conſanguinei pręſentes fuerunt in eodem conſ.3.num.58.

Metus clariores probationes requirūtur, quando iudex vel conſanguinei interfuerunt,quàm ſi nō fuiſſent præſentes. in eod.conſi.3.nu. 59.

Metus in ſpetiæ probari debet,taliter, ꝙ non ſufficit ob aliam cauſam probari. in conſi.5.nu.9.

Metus teſtatoris excluditur,per eius ſpōtaneam ſubſcriptionem.in conſilio.7. numero.8.

Metui teſtatoris ceſſat ex pręſentia iudidicis, ſeu ex præſentia conſanguineorum teſtatoris.in eodem conſilio.7.numero. 9.

Metus claris probationibus debet probari.in conſilio.7.nu.10.

Metus iudicis ex quibus præſumatur. in conſi.25.nu.71.

Metum iuſtum operantur blanditiæ potentum.in eod.conſi.25.num.72.

Metus iuſta ſuſpitio habetur ꝓ iuſto metu.in eod.conſi.25.num.73.

Metus.vide in verb.minor.& in verb.teſtamentum.& in verb.vaſalli.

Meum eſt, quod commune eſt.in conſi. 3.num.9.

Milites ordinis de Calatraua ſunt religioſi.in conſ.17.nu.1

Milites ordini ſancti Iacobi non ſunt religioſi:& ob id non ſunt exempti à ſeculari iuriſdictione. in eodem conſil.17. nume.2.

Militis ordinis de Calatraua bona quæ ſuper ſunt poſt impletam diſpoſitionē, ſunt præceptoriæ & non magiſtri. in eodem conſilio.17.nu.4.& per totum conſilium.

Milites religioſi.vide in verb.magiſter.

Miles armatus debet eſſe immunis à monetis foreris.in conſil.45.num.1.& per totum conſilium.

Miles armatus,diſcrimē inter milites armatos & exemptos ſeu excuſatos.in eod.conſ.45.num.4.

Miles,diſcrimen inter militem armatæ militiæ,& militem de Alarde.in conſ. 46.nu.9.& ſequen.

Miles armatus an debeat contribuere,vel non.in eodem conſilio.46.numero.9. & ſequent.

Miles de Alarde quis propriè dicatur. in eod.conſ.conſi.46.num.10.

Milites armati non tenentur facere Alarde.in eodem conſi.46. num.11.

Milites armatus.vide in verb.intellectus practmaticæ.& in verb.nobilitatis priuilegium.& in verb.priuilegium.

Minor tenetur ſtare ſuæ confeſsioni:niſi conſtet de errore.in conſi.3.num.11.

Minor iurans renunciationem ſeu donationem,eam tenetur adimplere.in eodem conſilio.3.numero.15.cum plurib. ſequentibus.

Minor liberare poteſt ſuum debitorẽ iuramentum adhibito.in eo.cõſi.3.nu.18 vbi in nu.19.dicitur idem eſſe, fauore tutoris vel curatoris.
Minoris res alienari poteſt ex cauſa remunerationis.in eod.conſi.3.nume.33.
Minor ex cauſa remunerationis donare poteſt.maximè iudicis decreto interueniente.in eod.conſil.3.nu.34.& ſeq.
Minor ex cauſa remunerationis donare poteſt ſuo curatori.in eo. conſ.3.nu.50.
Minor poteſt petere reſtitutionẽ aduerſus probationẽ omiſſam.in conſ.18.n.6
Minor ſeliti opponens, poteſt petere reſtitutionẽ comparens poſt concluſionem in cauſa ad producendũ teſtes ſuper eiſdem articulis.in eo.conſi.18.nu.13.& per totum conſilium.
Minori læſſo in contractu cõpetit reſtitutio in integrum.in conſil.28.num.10.
Minoribus plenius ſubuenitur quàm aliis in conſi.38.nu.20.
Minoribus aſſerentibus culpa lata, ſeu dolo tutores eorũ nõ exigiſſe debita incũbit onus probandi.in conſi.43.num.49.
Minor.vide in ver.abſolutionẽ.& in ver. actus qui non valet.& in verb.curator. & in verb.iudex.& in verb.læſsio.
Miſsio in poſſeſsionem ex remedio legis Soriæ(quæ habetur.li.4.recop.ti.13 l.3.) in quibus bonis locum habeat: & quando.in cõſ.39.n.1.& per totum conſiliũ.
Miſsio in poſſeſsionẽ virtute dictæ.l. Soriæ locũ non habet,quando conſtat de iure poſſeſſoris.in eo.cõſ.39.nu.2.& ibi n.15.dicitur,ꝙ idem eſt,quando poſſeſſor eandem miſsionem poſſet petere.
Miſsio in poſſeſsionem ex.d.l.Soriæ non habet locum contra voluntatẽ teſtatoris.in eo.conſ.39.nu.11.& ſequentib.
Miſsio in poſſeſsionem impeditur, cùm ad eſt legitimus contradictor. in eod. conſ.39.num.13.
Miſsio in poſſeſsionem. vide in ver.poſſeſsor.& in ver.poſſeſſorium remediũ.
Modificatio.vide in verb. donatio.& in verb.primogenitus.& in ver.princeps.
Modus.vide in verb.conditio.per totum.
Monaſterium nõ poteſt allegare etiã læſsionem enormiſsimam,contra renunciationẽ per monialem factã ante ſuũ ingreſſum monaſterij.in conſil.5.nu.4.
Monaſterium.vide in verb.filia.
Moneta.vide in ver.intellectus.& in ver. miles.& in verb.priuilegium.
Monialis.vide in verb.filia.& in verb.monaſterium.
Monopolia( aliàs ligæ) fieri non debent, &cõtrarium facientes graui pœna puniuntur.in conſi.47. nu.4.
Mors ſecura quãdo dicatur.in cõſ.22.n.17
Mors.vide in verb.acceptatio. & in verb. ſocietas.
Mulieres ſunt auariſsimæ:& ideo nõ præſumuntur donare.in conſ.3.nu.7.&.102
Mulier à dolo præſumpto excuſatur. in conſ.4.nu.27.
Mulier dicẽti de bonis ꝓpriis ſoluto matrimonio aliqua bona emiſſe(& nõ de bonis filiorũ)credendũ eſt: niſi contrarium plenè conſtet.in conſ.43 num.11.
Mutatio chartarũ ſeu alterius rei.vt alicui noceat,debet eſſe facta animo fraudãdi.in conſi.13.num.13.
Mutatio.vide in verb.falſitas.
Mutatio qualitatis.vide in ver. fundus. & in verb.priuilegium.
Mutuans alicui pecuniã vſq; ad certũ tẽpus,&cũ elapſo illo tempore mutuans indigeret ſua pecunia,& qui eã in mutuum accepit,non poteſt reſtituere,& mutuãs eam accepit ſub vſuris,ꝙ mutuans poteſt exigere non tantũ ipſam pecuniam,ſed vſuras pręſtitas intereſſe nomine.in conſ.49.nume.5.
Mutuans ob obſequia quæ debitori, citra mutuum facit,ſalariũ exigere poteſt: dum tamen illud non deferat mutui ratione.in eod.conſi.49.num.17.

# N

NAues onerare, aut exonerare, licitũ eſt in quolibet portu maris.in conſilio.8.num.4.
Neceſsitas.vide in verb.dictio debet.
Negotium alterius ſi quis gerat, tam eius

mandato, quàm ſine eo, non tantũ ab eo põt exigere numos, quos ꝑ eo expẽ dit, ſed etiã vſuras, quas pro illis pecunis ſoluit. in conſ. 49. nu. 9.

Nepos ex filio ſpurio ſubſtitui poteſt. in conſ. 26. nu. 45.

Neptis dicitur deſcendere ab auo per lineam maſculinã, ſeu virilem. in conſi. 29. nume. 23.

Neptis ex filio repræſentat patrẽ in qualitate ſexus. in eod. conſ. 29. nu. 25.

Nepos, & neptis. vide in ver. priuilegium. & in verb. fœminas filias.

Noualia quæ dicãtur, vt decimæ non debeãtur præſcribẽti eas. in conſ. 50. n. 14

Nobiles plebeis præferũtur in honoribus & magiſtratibus. in conſi. 10. nume. 6.

Pro nobilibus eſt magis præſumendum, & quòd vtilius ciuitatis regimen exercent. in eod. conſ. 10. num. 7.

Nobiles & plebei populum conſtituunt. in eodem conſ. 10. num. 8. & 12.

Nobilium in præiuditium plebei nihil facere poſſunt. in eo. cõſ. 10. n. 11. 12. & 25.

Nobilis non poteſt renunciare priuilegio ſibi competenti ratione ſuæ nobilitatis. in eod. conſi. 10. num. 17.

Nobilitate ſanguinis maternæ non gaudent deſcendẽtes ex fœmina. in conſi. 23. nu. 12. fol. & inibi, quid erit in nobilitate ex priuilegio.

Nobilitatis priuilegium non perditur ex eo, quod quis ad bella non fuerit. in cõſilio. 46. num. 5.

Nobilis & nobilitas. vide in ver. ciuitatis. & in verb. conſuetudo. & in ver. fœminæ. & in verb. miles armatus. & in ver. officium. & in verb. priuilegium.

Nomen bonũ habere, vtile eſt: & ſi ſit maternum. in conſi. 3. nu. 46. & 48.

Nomen. vide in verb. conditio. & in verb. conſuetudo.

Nominatio an fieri poſſit in vita concedentis alicui ius mominandi. in conſi. 2. num. 95.

Nominatus primò cenſetur magis dilectus. in conſ. 27. num. 21. fol. & inibi hoc temperatur.

Nominandus ad dignitatem ſeu honorẽ vel officium, ſi non nominetur, appellare poteſt. in conſil. 47. num. 9.

Nominatio & nominatus vide in ver. cõtractus. & in ver. dilectus. & in ver. donatio. & ĩ ver. electio. & in ver. ordo nominationis. Notarius. vide in verb. dñi temporales. & in verb. filius.

Numerus vaſſallorũ ſi expræſſus ſit in regia donatione, quos ipſe rex donat, talẽ donationẽ non videtur reſtringere ad merita, nec ad numerum vaſſallorũ in ex expræſſum. in conſ. 25. num. 17. & multis ſequentibus.

Numerus. vide in verb. princeps.

O

Obligatus minus. vide in verb. interpretatio.

Obligari. vide in verb. abſenti.

Obſeruantia priuilegij ſeu ſcripturæ tollit omnem defectum ſolenitatis. ĩ cõſ. 15. n. 3. & 7. & ſeq. fol. & in cõſ. 46. n. 25

Obſeruatio. vide in verb. immemorialis. & in verb. priuilegij fides. & in ver. ſcriptura priuata.

Occiſus. vide in verb. prouocatus.

Odioſus. vide in verb. voluntas teſtatoris.

Officialis recedere non poteſt ſine ſindicatu à loco, in quo officium tenet. in conſi. 12. nu. 1.

Officialis ſi recedat à loco ſui officii antequam ſindicetur, poteſt ab omnibꝰ tanquã fugitibus capi. in eod. cõſ. 12. n. 2. & ibi, qualiter pugniatur ꝑpter eiꝰ fugã.

Officialis fugiẽs à loco ĩ quo officiũ exercet, ante ſindicatum, comitit crimen læſæ maieſtatis. in eod. conſi. 12. nu. 3.

Officialis fugiens ante ſindicatum condẽnari poteſt tanquam contumax. in eo. conſ. 12. nu. 6.

Officialis fugiẽs ſine ſindicatu, habetur ꝓ vero contumace. in eo. conſ. 12. nu. 15.

Officiales creati in dubio intelliguntur perpetui. in conſ. 21. num. 6.

Officiales vbicunq; creãtur, ſẽper debet mos antiquꝰ ſeruari: & ꝙ alias creatio eſſet nulla. in eodem conſi. 21. nume. 8.

Officia

Officialem imperitum eligenti culpa imputatur.in conſi.48.nu.13.
Officialis.vide in verb.citatio.& in verb. dñi temporales.& in verb. iuramentũ. & in verb.ſententia.
Officiorũ dimidia pars ad nobiles populi expectat,& altera dimidia ad plebeios. in conſ.10.nu.1.& per totum conſilium.
Officium rectorum loco decurionũ ſucceſsit.in eod.conſil.10.num.3.
Officiũ rectorũ ſeu decurionum plebeis non eſt concedendũ,ſed nobilibus tantùm.in eod.conſil.10.nu.4.
Officia ante obitũ officialiũ non ſunt eis aufferenda:nec ad talia officia debent dari literæ expectatiuæ.in conſi.21.n.1.
Officia cõceſſa tolli non poſſunt ſine cauſa:etiã ſi ad libitũ ſint creati.in eodem conſi.21.num.3.&.5.
Officium.vide in verb.ciuitas.& in verb. electus.& in verb. nobiles. & in verb. nominandus.& in verb.officialis. & in verb.prǫſcriptio.&in verb.vniuerſitas.
Omiſsũ ꝓ omiſſo habetur.in cõſi.17.n.21
Omiſsio,& omiſſus.vide in verb.caſus.& in verb.ſolemnitas.
Onus non reuocandi teſtamentũ,an verè onus dici poſsit:etiã ſi ſit reciprocum. in conſ.2.num.40.
Onus vel grauamen non conſideratur, ſi honor cõſiderari poteſt.in conſ.3.n.49
Oneratus quis exindè non cenſetur, ex quo quis fuit honoratus.in cõſi.34.n.31.
Onus.vide in verb.conditio.& in verb.diuiſio.& in verb.filius cõſentire poteſt. & in verb.fructus percipiens.& in ver. legatum.& in verb.maioricatus. & in verb. ſubſtitutis.
Onus probandi.vide in verb.curator.& in verb diſpoſitio.& in verb.fraudem allegans.& in verb.matrimoniũ. & in ver. metus.& in verb.minoribus.& in verb. paupertate.& in verb.prǫſcriptio.& in verb.ſubſtitutio.
Oppidum.vide in verb.princeps.
Opinio quæ fauet obſeruantiæ iuramenti, ſequẽda eſt inter dubias opiniones. in conſilio.3. num.21.
Opiniones doctorum faciunt rem dubiã. in eodem conſ.3.num.22.
Opinio quæ reis fauet,tenenda eſt.in eo. conſilio.3.num.23.
Opinio quæ inter filios equalitatem deſiderat,obſeruãda eſt.in eo.conſi.3.n.24
Opinioni mitiori in dubijs ad hæredum eſt.in conſilio.24.num.9.
Opinio vltima alicuius glo.videtur à glo. approbata.in conſilio.42.nu.9.
Ordinaria via ſi ſit intentata, actor nõ poteſt redire ad viã executiuã.i cõſ.39.n.7
Ordo de Calatraua & ſancti Iacobi. vide in verb.magiſter.& in verb.milites.
Ordo nominationis non attenditur, vbi conſtat de contraria voluntate teſtatoris.in conſilio.27.num.22.
Ordo literæ non attenditur,cùm de ordine intellectus conſtat.in conſil.29.n.83
Ordo verborũ non attenditur, cũ partiũ mens certa eſt.in.cõſi.32.num.13.
Ordo ſcripturæ non cẽſetur neceſsitatis, cũ leuis prǫiuditij eſt.in eo.cõſ.32.n.14
Ordo literæ.vide in verb.argui licet.
Ordo iudiciarius.vide in verb.poſſeſsio.

# P

PActum de futura ſucceſsione non tenet,etiam iuratum,& ſi conſuetudine permittatur.in conſil.2.num.43.
Pactum initium inter creditorem & debitorẽ,quòd tertio certa quantitas ſoluatur,habet vim mãdati,reuocari quǫ poteſt.in conſi.28.num.2.
Pactum factum cum certis perſonis,aliis non prodeſt,nec nocet.in conſi.32.nu.5
Pactum non meliorandi alios filios,factũ vni filio,quo ad alios filios non eſt trahændum , nec aliis prodeſt.in eodem conſilio.32.nu.8.& ſequentibus.
Pactum de non meliorando,quando non non valeat.in eodem conſilio.32.num. 8.&.9.
Pacto deduci poteſt, quòd mercator mutuans,expenſis eius cui pecunias mutuauit , poſsit pecuniam debitam in cambium ab alijs recipere , ſi debitor

termino expræſſo non ſoluerit.in con ſilio.49.num.7.

Pactum.vide in verb. conſuetudo. & in verb.intereſſe.& in verb. limitatio facta.& in verb. prohibitum. & in verb. vtilitas.

Paſcuis publicis æqualiter debent vti habitantes ruri,ſicut & habitantes in oppido.in conſi.42.num.14.fol. .& vide in verb.gabellæ.

Paſcua.vide in ver.præſcriptio.& in verb. terrę cultę.& in verb.vniuerſitas.

Pater(ex magis communi & veriori ſententia)dotando filiam,& declarando, quam quantitatē vult, quòd imputet in bonis matris præmortuæ,non dicitur eam dotaſſe tantum de bonis ſuis propriis,ſed etiam de bonis filiæ vſq; ad quantitatem expræſſam.in conſi.1. num.13.& ſequentibus.

Pater non poteſt filiis ſuis adimere teſtamenti factionem:etiam ſi ob id,eis aliquid relinquat.in conſi.2.nu.39.

Pater.tenetur alere filium, etiam ſi filius habeat aliundè alimenta habeat.in cō 9.num.33.36.& ſeq.

Pater nō habet vſum fructū commendæ ſeu præceptoriæ filij.in eo.conſ.9.n.38.

Pater poteſt venire aduerſus contractum factum cum eius filio ex cauſa matrimonij.in conſi.14.num.10.

Pater non poteſt facere donationem ob cauſam matrimonij filio,quem habet in poteſtate.in eod.conſi.14.num.12.

Pater non poteſt venire contra dotem inofficioſam,per eum filiæ ſuæ conſtitutam.in conſi.34. num.2.

Pater non poteſt reuocare alienationem à filio factam contractu honeroſo, etiam confectum in ipſius patris fraudem. in eodem conſi.34.num.7.

Pater poteſt filiis ſuis legitimam in certis bonis aſsignare.in conſilio.38.nu.12.

Pater donās filio ſuo naſcituro ex tali matrimonio,licet nullus ſtipulatus ſit pro filio nondum nato,valet & tenet talis donatio.in eodem conſi.38.num.22.& ſequentibus.

Pater & ſi filios habeat, poteſt ſuæ vxori legare quintam partem ſuorum bonorum.in conſi.43.num.25.

Pater an prius videatur voluiſſe diſponere de tertia parte ſuorum bonorū, quā de quinta parte,cùm quid donationis ſeu maioricatus titulo filio donauerit. in eodem conſi.43.num.33.& ſequent.

Pater.vide in verb.antidoralis. & in verb. alimenta.& in verb.filia. & in verb.filius.& in verb.hęres.& in verb.linea paterna.& in verb. matrimonium. & in verb.melioria.& in verb. princeps. & in verb.reuerentia. &in verb. ſtatutū. & in verb.ſucceſsio.

Patrimonium dictio qualiter ſumatur.in conſi.30.num.4.& ſequent.

Patronatus ius laicorum an trāſeat ad eccleſiam.& quando.in conſilio.31.nu.4.

Patronatus ius ſine licentia epiſcopi legari non poteſt.in eodem conſi.31.num.5

Patronatus ius ad eccleſiam tranſit cum vniuerſitate.in eod.conſi.31.nu.9.&.13.

Patronatus ius quando ſit mixtum laicorum & clericorū.in eod.conſ.31.nu.10.

Patronatus ius quando eſt mixtum, clericorum & laicorum, vt eccleſiaſticum eſt cenſendum.in conſi.31.nu.11.

Patronatus ius vt eccleſiaſticum eſt cenſendum in dubio.in eodem conſilio.31 num.12.

Patronatus ius pacto & tranſactione trāſferri poteſt. in eodem conſilio.31.numero.14.

Patronatus ius poteſt cædi in præiuditium hæredum, & deſcendentium:& & an in hoc caſu ſit neceſſaria licentia epiſcopi.in eodem conſilio.31.num.15. & ſequentibus.

Patronatus.vide in verb.laicus.

Paupertate ſe fundans,debet eam probare in conſi.39.nu.19.

Pauperes. vide in verb. reſtitutio bonorum.

Pecunia propria. vide in verb.curator.& in verb emiſſe.& in ver. intellectus ad leges regias.

Pœna. vide in verb.cauſa quælibet.& in verb.

verb.commiſsi.& in verb. contractus. & in verb.extenſio.& in verb.iudicari. & in verb.iuramentum. & in verb.licẽtia & in verb.mercatores.
Penſio vide in verb.commiſsi.
Periurij pęna non habet locum niſi extãte dolo.in conſil.7.num.19.
Periurij pœna ceſſat ex iuſta cauſa.in eodem conſi.7.num.20.
Periurium non præſumitur.in eod.conſi. 7.num.21.
Periurium.vide in verb.poſitiones.
Permiſſum ad tempus poſt tempus videtur prohibitum.in conſi.2.nu.2
Permiſſum:vide in verb.prohibitum.
Perpetuitas.vide in verb.alienatio. & in ver.maioricatus dictio.
Perſuaſio.vide in verb.teſtamentum.
Petitorium. vide in verb.poſſeſſorium.
Plebei.vide in verb.conſuetudo.& in ver. nobiles.& in verb.officiorum.
Pia cauſa.vide in verb.dotis cauſa.
Piſcatio. vide in verb. domini temporales.
Populus vt ſuam fundent intentionem in his quæ ſunt intra ſuos terminos,debent eſſe ad vſum commune deſtinata in conſil.16.nu.1
Populi præſumptio diruitur ex poſſeſſione,quam habent domini temporales. in eod.conſi.16.nu.2.&.3.
Populus.vide in ver.locus.& in verb.nobiles.& in verb.reſtitutio.
Portus maris ſunt publici omnibus de regno.in conſ.8.nu.5.
Portus.vide in ver.naues.
Poſſeſsio probatur ex locatione rei,& ex perceptione fructum.in conſil.16. nume.11.
Poſſeſsio non eſt aufferenda etiam prædoni citra cauſæ cognitionem : aliàs ei competit remedium recuperandæ. in conſi.25.num.4.
Poſſeſsio alicui ablata per principem ſine ordine iudiciario, principi non acquiritur.in eodem conſil.25.nume.6.
Poſſeſsione ſua ex quibus quis tuendus ſit in conſi.29.nu.86.
Poſſeſsione ſua tueri debet,qui habet intentionem ſuam fundatam de iure cõmuni.in eodem conſil.29.nu.89.
Poſſeſsio transfertur ex clauſula conſtituti.in conſi.39.nume.8.
Poſſeſsio generalis non extenditur contra tertium in particulari poſsidẽtem. in conſi.36.num.5.
Poſſeſsionem habens percipiendi decimas de omni armento,ſeu grege in aliquibus dehesis de paſcẽtibus, tuendus etiam eſt in quaſi poſſeſsione percipiendi decimas de omni frumẽto ſeu fructu in eiſdem dehesis collecto,poſt quam ad culturam redactæ fuerint.in conſi.50.num.8.
Poſſeſsio. vide in verb. dominium. & in verb.filia.& in verb.fœmina.& in ver. interim.& in verb. maioricatus. & in verb.miſsio.& in verb reſeruatio.& in verb.ſequæſtratio. & in verb.vendens.
Poſsidere. vide in ver. filius præſumitur.
Poſſeſſor bonæ fidei rem vendens tantum tenetur,quatenus eſt factus locupletior.in conſ.4.nu.21.
Poſsidens quo titulo præſumatur poſsidere.in conſi.14.num.49.&.54.
Poſſeſſor contradictor ius ſuum ſtatim docere volens,audiendus eſt ad impediendum miſsionem in poſſeſsionem in conſil.39.nu.3.
Poſsidentis conditio melior eſt in re cõmuni in conſil.42.nume.2.
Poſſeſſor. vide in verb. conſanguinitatis probatio.& in verb.interim remediũ. & in verb.iudicandum.& in verb.miſſio in poſſeſsionem.& in verb.vendẽs. & in ver.vxor.
Poſſeſſorium remedium non competit contra habentem pro ſe præſumptionem iuris.in conſi.36.nu.3.
Poſſeſſorium remedium non datur:quãdo difficilimè poſtea executio fieri valeret contra miſſum in poſſeſsionem. in eod.conſil.36.nu.4.
Poſſeſſorium remedium adipiſcendæ intentari poteſt poſt petitorium intentatum : præſertim ſi diuerſis agatur reſpe-

reſpectibus.in conſilio.40.nume.2.

Poſſeſſorium remedium.vide in verb.in tentionem.

Poſitionibns reſpondens,quando ſit periurus.in conſili.7.numero.18.& multis ſequentibus.

Poſitionem ponens videtur eam fateri. in conſilio.9.num.2

Poſitiones ponens non poteſt ſe eis iuuare,quando pars aduerſa eas negauit.in conſi.43.nu.50.

Poſitio.vide in verb.periurij.

Præcedentia.vide in ver.actus.

Prælatus.vide in verb.eccleſia.& in verb. epiſcopus.

Præſcriptionem allegans tenetur eam probare.in conſilio.4.num.11.

Præſcriptio non habet locum,quando agitur de preſcribendis officijs.in conſ. 10.num.29.

Præſcriptio iniqua ſeu rei publicæ nociua non conſideratur.in eod.conſilio.10 numero.30.

Preſcriptio in electionibus officiorũ non currit niſi à tempore prohibitionis.in eodem conſi.10.num.32.

Præſcriptio non procedit in his quæ ſunt meræ facultatis.in eodem conſilio.10. nume.33.

Præſcriptio in dubio iudicandum eſt, ꝙ non obſtet. in eodem conſil.10.nu.34. & vide in verb.iudicandum.

Preſcriptio immemorialis requiritur ſeu titulus & quadraginta anni, quando agitur de præſcribendo contra habentem intentionem ſuã fundatam de iure communi.in eodem conſilio.10.numero.35.

Præſcriptione longiſsima omnis tollitur actio.in conſi.41.num.4.

Præſcriptio longiſsima cum titulo procedit in bonis maioricatus.in eod.conſi. 41.num.5.cum plurib.ſequentib.

Præſcribi poſſunt bona eccleſiæ cum titulo,etiam ſi prohibita ſint alienari. in eodem conſ.41.num.6.

Preſcriptio quadragenalis cum titulo tãtum poteſt, quantum immemorialis. in eodem conſi.41.num.10. & prius in conſil.33.nu.26.

Præſcriptionis effectus ſunt adeo neceſſarij,quòd etiam ſi expræſsim agatur,nõ poſſunt à partibus tolli.in eod.conſi.41 numero.12.

Præſcriptio quadraginta annorum iuris errore non impeditur.in eodem conſilio.41.num.14.

Præſcriptio cepta in vita ſucceſſoris,ſi eo viuente finitur,nocet ſubſtitutis.in eo. conſi.41.num.16.

Preſcriptio nõ poteſt cauſari circa inculta,ad hoc vt non reducantur ad culturam.in conſi.42.num.4.

Præſcriptionis extenſio non fit de re ad rem,nec de perſona ad perſonam. in eod.conſ.42.nume.5.

Præſcriptio minor quadraginta annorũ non currit contra vniuerſitaté. in eod. conſi. 42.nu.15.

Præſcriptio non ita extenditur ſicut conſuetudo.in conſ.50.num.17.

Præſcriptio.vide in verb.bona fides. & in verb.decimæ.& in verb.immemorialis.& in verb.interpretatio.& in verb. iudicandum.& in verb.reſtitutio.& in verb.ſententia nulla.& in ver.termini. & in verb.titulus.

Præſcriptionis interruptio non cauſatur per litis cõteſtationem,vel litem motam aduerſus obtinentem in illa lite. in conſilio.33.num.19.

Præſcriptionis interruptio. vide in verb. ſcriptura priuata.

Præſentare.vide in verb.laicus.& in verb. patronus.

Præſentia alicuius probatur ex verbis ſcripturæ.in conſilio.2.nu.12.

Præſens.vide in verb.filius.

Præſumptio illa ſemper ſumenda eſt,per quam delictum excluditur.in conſi.13. num.9. & ſequentibus.

Præſumptio vna tollit aliam. præſertim quòd generalis tollitur per ſpecialem. in conſi.16.num.3.

Præſumptio allegari debet.in conſilio.31. nume.8.

Præſumptio maxima in eſt contra condemnatum ſententia tranſacta in rem iudicatam.in conſil.40.num.6.

Præſumptio iuris & de iure. vide in verb. immemorialis.

Præſumptio.vide in verb.actus.& in ver. donatio.& in verb.iuramentum. & in verb.poſſeſſorium.& in verb. teſtator.

Prætium non ſuccedit loco rei in ſingularibus.in conſi.4.nũm.6.

Pretium in hypothecaria nõ ſuccedit loco rei.& idem dic in fructibus rei hypothecatæ.in eodem conſilio.4.nu.14 Et ibi,& num.15.tractatur, quòd excuſſio tunc requiritur in bonis principalis

Prætium. vide in verb. contractus. & in verb.melioria. & in verb.retractus. & in verb. vendita.

Præuentioni locus eſt inter iudices, cùm cauſa ad duos iudices expectet.in conſilio. 22.me.4.

Primogenitus ſi actũ ſit in contractu matrimonij, quòd ſuccedat, licet ipſi primogenito non ſit datus ſubſtitutus, nihilominus pater ex poſt facto poteſt adijcere primogenito ſubſtitutos. in conſil.14.num.28.

Primogenitus.vide in verb.filia.& in ver. filius.& in verb.fœmina.& in verb.matrimonium.

Princeps non cenſetur iuri derogare. in conſi.9.num.28.

Princeps non poteſt tollere diſpoſitiones maioricatum in præiuditium ſucceſſorum.in eodem conſil.9.nu.29.

Princeps non debet concedere reſcripta ſeu priuilegia contra ius.in eod.conſil. 9.num.31.

Princeps ſeu pater vltimus poſſeſſor bonorum maioricatus, non poſſunt filiis ſeu ſucceſſoribus in bonis primogenituræ præiudicare.in eod. conſi.9.nu.32

Princeps quãdo aliquid facit vt priuatus, non conſideratur eius dignitas.in conſilio 17.num.25.

Principis liberalitas non debet freno ſubiacere.in conſi.25.num.8.

Principem liberalem eſſe decet. in eod. conſi.25.num.9.

Princeps recenter quæſita facilius alienare poteſt in eod.conſi.25.nu.14.

Principi aſſerenti merita in ſpetiæ præceſiſſe plene credendum eſt. & quid in aſſertione vniuerſitatis. in eod.conſil. 25.num.18.

Princeps ſi in ſua regia donatione non exordiatur à numero ſed à corpore, videtur concedere omnia compræhenſa in corpore. in eod.conſil.25.num.22.

Princeps per quæ verba videatur omnia oppida cum ſuis vaſallis & terminis concedere.in eodem conſil.25.nu.26. & ſequentibus.

Princeps non cenſetur ſe velle corrigere incontinenti per aliqua verba apposita in regia donatione.in eodem conſi. 25.num.33.

Principe procedente ſine citatione non præſumitur pro eo.in eodem conſi.25. nume.41.

Principis declaratio facta ſine citatione non valet, nec per eam alicui ius tollitur.in eod.conſi.25.num.42.

Principis aſſertione factæ in ſuis ſchedulis non eſt ſtandum, cùm de eius commodo igitur. in eodem conſilio.25. numero.44.

Princeps non poteſt ex interuallo ſuam regiam donationem perfectam modificare.in eod.conſil.25.nume.46.

Princeps tenetur dare bonum cambium quando alicui tollit ius ſuum. in eodẽ conſil.25.nu.47.

Princeps non poteſt reuocare ſuam donationem remuneratoriam.in eod.conſilio.25.num.48.Et inibi num.49. quòd etiam ex cauſa ingratitudinis non poteſt rex ſuam donationem remuneratoriam reuocare. & idem ponitur in conſil.46.nu.24.

Principem contractus ligant.in eod.conſilio.25.num.51.

Princeps ex quibus rationibus obligatur ſuis contractibus & pactionibus.in eo. conſi.25.num.53.& ſequentib.

Princeps in contractibus priuatus reputa-

tur.in eod.conſil.25.nu.55.
Princeps conſtans eſſe tenetur.in eodem conſi.25.num.57.vbi plura dicuntur de principe.
Princeps non poteſt apponere conditionem ſuæ regiæ donationi.in eod. conſil. 25.num. 59
Princeps nõ poteſt aufferre ſucceſſoribus in maioricatu ius quæſitum etiam in ſpe.in conſi.26.nu.7.
Principis aſſertioni ſtandum eſt in conſi. 38.num.1.
Princeps concedendo infanti priuilegiũ defectum ſui conſenſus ſuplere videtur.in eodem conſi.38.nu.19.
Princeps non poteſt ſibi imponere legẽ, qua eius abroguetur potentia.in. conſ. 41.nu.19.
Princeps cum priuilegium concedit,cõtra ius,plenitudine poteſtatis vti videtur.in conſi.45.nu.15.
Princeps quod conſiderauit attendi debet:etſi in veritate contrarium eſſet. in conſi.46.nu.22.
Princeps.vide in verb.cauſa.& in verb.cõtractus.& in verb.clauſula non obſtante.&in ver.donatio regia.& in ver. error.& ĩ ver. exceptio rei iudicate.& in verb.domini tẽporales.& in verb. feudalia.& in verb.fœminæ.& in verb.infans.& in verb.lex.& in verb.maioricatus.& in verb.numerus.& in verb. poſſeſsio.& in verb. rationes. & in verb. ſchedula regia.& in verb. teſtamentũ.
Principium.vide in verb.media.
Priuatio præſuponit habitum.in conſi.11. nu.5.
Priuilegij verba interpretatur conſuetudo ſeu vſus:etiã ſi verba priuilegij aduerſentur.in conſi.15.nu.22.fol.& in cõſi.23.nu.5.
Priuilegium nobilitatis ſeu immunitatis alicui conceſſum , & ſuis filijs & filiabus, qualiter intelligatur & extẽdatur in eod. conſi.23.nu.1.
Priuilegium immunitatis an ſit perpetuum.in eodem conſil.23.nume.14.
Priuilegium quo quis immunis ſit à tributis,non expirat morte regis concedentis.in conſi.45.num.6.
Priuilegium valet,quo miles armatus excuſatur à monetis.in eod.conſi.45.nu. 7.& ſequentibus.
Priuilegij militię natura eſt,quòd tale priuilegium non extendatur ad nepotes & pro nepotes.in eod.conſi.45.nu.25.
Priuilegium ſi habet aliquem defectum, tollitur talis defectus per obſeruationem talis priuilegij munitam longo temporis curſu.in eod.conſi.45.nu.26.
Priuilegium qualiter contrario vſu perdat vniuerſitas.in conſi.42.num.16.
Priuilegij verba relatiuè poſita,debent intelligi cauſatiuè,non conditionaliter. in conſil.46.num.21.
Priuilegij fides augetur ex eius longa obſeruantia.in eod.conſi.46.nu.25.
Priuilegium ſemel in aliqua requiſitum, non mutatur , & ſi qualitas rei fructus ve mutetur.in conſilio.50.nu.10.
Priuilegium ex cultura ad non ſoluẽdum decimas,retinetur , & ſit rei qualitas mutetur.in eod.conſi.50.nu.11.
Priuilegium.vide in verb.clauſula non obſtante.&in verb.error.& in verb.exemplum.& in verb.filius.& in verb.infanti.& in verb.ius.& in verb.nobilitatis. & in verb.ſigilum.
Priuilegiati caſus.vide in verb.verba vniuerſalia.
Probatio rei in pari cauſa præfertur probationi actori.in conſi.7.num.5.
Probationes lucæ meridianæ clariores requiruntur in criminalibus.in conſil.13. num.1.
Probationum genus non eſt reſtringendum.in conſi.19.nume.28.
Probationes omnes ſunt arbitrariæ.in eodem conſil.19.nu.31.
Probatio.vide in verb. conſanguinitatis. & in verb.diſpoſitio.& in verb. metus. & in verb.minor.
Proceſſus.vide in verb.acta.& in verb.contumax.& in ver.iudex laicus. & in ver. iudex eccleſiaſticus.
Procurator conſtitutus ad contrahendum

dum matrimonium, non poteſt illud contrahere poſt reuocationẽ talis mãdati: etſi ad eius notitiam reuocatio talis perueniat. in conſil. 6. num. 8.
Prodigus teſtari non poteſt, etſi ei non ſit interdicta adminitratio ſuorum bonorum. in conſilio. 38. num. 7.
Prodigus. vide in verb. adminiſtratio.
Proditio ceſſat data inimicitia capitali: etiam ſi facie ad faciem quis nõ ſit occiſſus. in conſi. 22. num. 15.
Proditio. vide in verb. mors ſecura.
Proditor quis dicatur. in conſi. 22. nu. 16.
Producens inſtrumentum teſtamenti in iuditio, cenſetur tacitè approbare. in conſi. 14. num. 43.
Producẽs ſcripturam. vide in verb. interprætatio. & in verb. iudicandum. & in verb. ſcriptura priuata.
Prohibitum quod expræſſe nõ reperitur, cenſetur permiſſum, & tempore permiſſo factum. in conſi. 8. nume. 3.
Prohibitum non videtur in pactum deduci, quod iure cõmuni debetur. in conſilio. 49. num. 2.
Prohibitum. vide in verb. permiſſum. & in verb. teſtari.
Prohibitio. vide in verb. alienatio eſt nulla. & in verb. contractus. & in verb. præſcriptio.
Promittens aliquem hæredem inſtituere, an ad id teneatur. in conſil. 2. nu. 37. & ſequentibus.
Promittens actum non reuocare, non poteſt illum reuocare: etiam ſi ſui natura ſit reuocabilis. in conſi. 26. nu. 4.
Promiſsio. vide in verb. meliorari. & in ver. ratio. & in verb. ſoluere.
Procemium legum explicat mentem legiſlatoris. in conſ. 48. nu. 5.
Procemium. vide in verb. donatio regia.
Proprietas. vide in ver. maioricatus. & in verb poſſeſſorium. & in verb. vſusfructuarius.
Proteſtatio ſeu reſeruatio proteſtanti ius conſeruat. in conſi. 25. num. 68.
Proteſtatio facta à tutore inuentario, ꝙ ſi alia bona vltra contenta in inuentario inuenerit, quòd ea ipſe manifeſtabit, eum immunem redit. in conſil. 43. num. 17.
Prothocollum de perſe ad inuẽtum non probat. in conſ. 20. num. 3.
Prothocollum tabellionis carens ſigno & ſubcriptione, efficax eſt, vt ex eo iudicis mandato inſtrumentum publicum educi poſsit. in conſil. 14. num. 7.
Prothocollum ſi ſit cancellatum in parte non ſubſtanciali, non nocet. in eodem conſi. 14. num 9.
Prothocollum non habens ſubſcriptionẽ notarij, iure ſubuertitur. in eodem cõſil. 20. nu. 4. & circa hoc vide etiam in conſi. 38. num. 3.
Prothocollum. vide in verb. citatio. & in verb. conſuetudo. & in verb. error. & in verb. in breuiatura. & in verb. inſtrumẽtum. & in verb. ſignum. & in verb. ſubſcriptio.
Prouocatus ad rixam, ſi aliquem occidat non pugnitur pœna ardinaria. in conſ. 22. num. 9.
Prout. vide in verbis. dictio.
Proximitas attenditur reſpectu vltimi poſſeſſoris. in conſilio. 29. numero. 51.
Publicatio. vide in verb. legum.

# Q

Qualitas maſculinitatis non cenſetur repetita. in conſilio. 29. numero. 68.
Qualitas. vide in verb. acceptans. & in ver. relatio. & in verb. ſtatutum.
Quinta pars bonorum defuncti magis priuilegiata eſt, quàm cętera bona. in cõſilio. 43. num. 31.
Quintum. vide in verb. facultas regia. & in verb. pater.

# R

Ratificatio vt noceat ratificāti, debet ratificās legere ſcripturam, quam ratifica. in conſilio. 2. num. 62.
Ratificare quis videtur ſcripturam, quando ſecundum eius tenorem ſoluit. in conſi. 33. num. 20.
Ratificatio. vide in verb. errans. & in ver. infans.
Ratio vbi eſt amplior dicto, trahitur ad rationis limites. in conſi. 25. num. 20.
Rationes naturales principem aſtringūt. in eod. conſ. 25. num. 54.
Ratio vna etſi ceſſet, ſat eſt aliam locum habere. in conſil. 26. num. 35.
Rationis identitas ſolet diſpoſitiones declarare, & etiam eas extendere. in eodem conſi. 26. num. 37.
Rationem aſsignare in teſtantium diſpoſitionibus, neceſſum non eſt. in conſil. 27. num. 16.
Ratio appoſita in procemio ſcripturæ ꝓmiſsionis, declarat mentem promittentis. in conſi. 32. nu. 6.
Ratio. vide in verb. caſus. & in verb. diſpoſitio. & in verb. donatio regia. & in ver. teſtis.
Rectores. vide in verb. officium.
Recuſatio. vide in verb. tertius.
Regulis iuris tenaciter ad hærendum eſt, cùm de contrario iure non conſtat. in conſi. 2. nu. 23. &. 25. fol. . & in conſi. 18 num. 7. fol. . & in conſi. 29. nume. 42.
Regulam pro ſe habens, dicitur ius certū habere, & ſuam intentionem fundare. in eo. conſi. 2. nu. 24. & in eo. cōſi. 18. n. 8
Regula. vide in verb. exemplum.
Relatum in referente ineſſe exiſtimandum eſt. in conſi. 26. nu. 24.
Relatio intelligitur cum omnibus qualitatibus ſuis, contentis in ſcriptura ad quam fit relatio. in eodem conſil. 26. num. 26. & ſequentibus.
Relatio. vide in verb. dictio prout. & in verb. expræſſum. & in verb. priuilegij verba.
Religioſsi. vide in ver. magiſter. & in ver. milites.
Remediū interim. vide in verb. interim.
Remedium recuperandæ. vide in verb. poſſeſsio.
Remediū adipiſcendæ. vide in verb. poſſeſſorium.
Remedium poſſeſſorium. vide in verb. poſſeſſorium.
Remiſsio. vide in verb. abſenti. & in verb. iudex laicus.
Remuneratio ſemper habetur in conſideratione. in conſ. 14. num. 46.
Remuneratio. vide in verb. alimenta. & in verb. donatio remuneratoria. & in ver. minoris res. & in verb. princeps.
Renunciatio hęreditatis non dicitur donatio, ſed repudiatio. in conſil. 3. nu. 63.
Renunciatio. vide in verb. filia. & in verb. inſinuatio. & in verb. læſioni. & in ver. metus. & in verb. minor.
Repetitio. vide in verb. cōditio. & in ver. limitatio facta. & in verb. reſeruatio.
Repræſentatio. vide in verb. neptis.
Repudiatio. vide in verb. renunciatio.
Reſciſsio contractus. vide in verb. metus.
Reſcriptum. vide in verb. clauſula nō obſtante.
Reſeruatio vſusfructus non facit, quòd quis habeat facultatē teſtandi. in conſ. 2. num. 45.
Reſeruata ſemel perpetuo durant reſeruata. in eod. conſi. 2. num. 51.
Reſeruatio cōſeruat ius reſeruanti. in eodem conſi. 2. num. 52.
Reſeruatio ſemper cenſetur repetita in poſteriori ſcriptura contractus. in eo. conſi. 2. nu. 74. &. 88.
Reſeruatio certarum rerum appoſita in regia donatione, quid operetur. in conſilio. 25. num. 31.
Reſeruatio vſusfructus trāsfert poſſeſsionem in aduerſarium. in conſil 38. nu. 11. fol. . & in conſilio. 39. num. 9.
Reſeruatio. vide in ver. confirmanti. & in ver. interpretatio. & in ver. ꝓteſtatio.
Reſtitutio bonorum ſi ex voluntate defuncti facienda ſit pauperibus, ſi aliqui pau-

pauperes in vita ſint electi, ipſa electio poteſt poſtea reuocari, & alios pauperes admittere.in conſi.20.nu.17.
Reſtitutio non competit populo, contra contractum decurſis triginta annis. in conſil.15.nu.27.
Reſtitutio intra quod tempus competat minori læſo.in conſil.28.nu.10.
Reſtitutio ex capite ignorantiæ nō competit contra præſcriptionem.in conſi. 41.num.17.
Reſtitutio non competit eccleſiæ poſt quadrieniū,aduerſus omiſſam petitionem cōmiſſi vel lucri.in conſi.44.n.19
Reſtitutio non competit ex capite ignorantiæ cùm præſumptio ſcientiæ reſultat.in eod.conſi.44.num.20.
Reſtitutio.vide in verb.minor.& in ver. ſpoliatus.
Reſtituere rogatus.vide in verb.rogatus.
Reſtrictiua verba reſtringunt diſpoſitionem,etiam fauorabilem.in conſil.34. num.26.
Reſtrictiua verba.vide in verb.diſpoſitionis verba.
Res de facili reuertitur ad naturam ſuam in conſi.17.num.18.
Retentio.vide in verb.vxor.
Retractus vt locum habeat,debet conſanguineus retrahens, rem retrahendam ſibi velle,& non alteri extraneo.in cōſilio.30.num.1.
Retractus non procedit,quando emptor cum pretio non fuerit requiſitus.in eodem conſi.30.num.2.
Retractus vt obtineat,res retrahenda debet eſſe patris venditoris, nec ſat erit, cum illam emiſſe in eod.conſil.30.nu. 3.& multis ſequentibus.
Retractus qua ratione fuerit introductus in eod.conſi.30.num.8.& ſequentib.
Retractui an ſit locus,cùm res fuerit auolengi ipſius retrahæntis, & an requiratur,quòd ſimul res retrahenda ſit patrimonij & auolengi venditoris & retrahentis.in eod.conſi.30.num.11.
Retractus eſt contra ius cōmune: & ideo debet extricte intelligi.in eo.conſi.30. numero.13.
Retractus quando locum habeat.in conſ. 37.num.1.
Retractus, ad retrahendum non ſufficit habere notitiam venditionis, ſed requiritur,habere notitiā prætij & clauſularum ſcripturæ venditionis.in eod. conſi.37.num.13.
Retractus tempus nouem dierum,quando incipiat currere abſenti vel ignorā ti.in eodem conſil.37.num.15.
Retractus tempus currit à tempore traditionis, non verò à tempore venditionis.in eod.conſi 37.num.19.
Retractus.vide in verb.ignoranti.
Reuerentia patris ſimul cū læſione enormiſſima, ſufficit ad reſciſsionem contractus.in conſi.28.num.20.
Reuocare.vide in ver.contract⁹.&in ver. donatio.& in verb. electio. & in verb. eligendi ius. & in verb.filij. & in verb. interprætatio. & in verb. maioricatus. & in verb. mandatum in re propria & per totum. & in verb.meliorandi. & in ver.onus.& in ver.pacti.& in ver. pater.& in verb.princeps.& in ver.procurator.& in verb.promittēs.& in ver. reſtitutio.& in ver.ſolutio.& in ver.teſtamentum.
Reus.vide in verb.iudicandum. & in ver. iuramentū.& in verb.opinio.& in ver. probatio.
Rixa.vide in ver.prouocatus.
Rogatus rem reſtiture poſt mortem ſuā vni ex certis,non poteſt in vita irreuocabiliter concedere.in conſi.20.nu.14
Rotæ cognoſci poteſt tam de iure regio, quàm canonico de illigitimitate, quæ ſuboritur ex matrimonio mala fide contracto.in conſ.40.nu.8.

S

Salarium aſſeſſori ab eo eſt præſtandū, qui illud ſoluere conſueuerit.in conſi. 48.nu.1.& per totum conſilium.
Salarium.vide in verb.dñs tēporalis.& in ver.iudices ordinarij. & in ver.mutuās.
Satiſdatio ſi alicui ſit remiſſa, ex noua cauſa cogitur eā prÿſtare.in conſi.40.n.20

Satiſdatio.vide in verb.contumax.
Schedula regia conceſſa in præiuditium alicuius,non tenet,ſi citatio non præcedat.in conſi.25.num.39.
Schedula regia.vide in verb.princeps.
Schedula.vide in verb.inſtitutio hęredis.
Scholaris vide in verb.examen.
Scientia & mala fides ex coniecturis probatur.in conſilio.20.nu.30.fol. . & in conſi.22.nu.14.
Scientia.vide in verb.dolus.& in verb.hæres.& in verb.ignorantia. & in ver.inſtrumentum.& in verb.reſtitutio.
Scriptura. nota ꝙ à ſcriptura priori quis recedere non videtur per ſecundã ſcripturã per eũ confirmatã.in conſ.2.n.58
Scripturæ conciliandæ ſunt.in eo.conſi.2 n.65.& ſeq.& vide in ver.interprætatio.
Scripturæ priuatæ veriſimile continenti ſtandum eſt in eod.conſil.2.num.84.
Scriptura priuata probat cõtra producentem.in conſi.3.nu.74.
Scriptura vna per aliã declaratur.in conſ. 2.nu.59.fol. .& in conſ.26.num.38.
Scripturæ verba ita explicãda ſunt, nè ſibi contradicant.in conſil.25.num.34.
Scriptura priuata fidẽ non facit.in conſil. 29.nu.84.fol. . Etiam ſi habeat ſigillum.in conſi.33.nu.5.
Scriptura priuata præſcriptionem minimè interrumpit.in eod.conſi.33.nu.10.
Scriptura nunquã obſeruata,nec acceptata,non probat.in eo.conſi.33.nu.11. & vide in ver.immemorialis.& in verb. obſeruantia.& in verb.vſus.
Scriptura citra eius limites minimè eſt trahenda.in conſilio 34.num.18.
Scriptum dici non poteſt, quod non habet ordinatam conſequentiam.in cõſilio.27.nu 3.
Scriptura priuata.vide in verb.ſigillum.
Scriptura. vide in verb.acceptatio.& in ver.clauſula vna.& in ver.contrarietas. & in ver.error.& in verb.inſtrumentũ. & in verb.limitatio & in verb.maioricatus.& in ver.interprætatio.& in ver. immemorialis.& in verb.meliorari.& in verb.ordo.& in verb.ratificare.& in verb.relatio.& in verb. præſentia.& in verb.tabellionis aſſertio.& in ver.vſus.
Secundo genitus. vide in verb.filia.& in verb.primogenitus.
Securus quis dicatur.in conſil.22.num.18.
Sententia ferri poteſt ſine aliquo libello contra officialem fugientem ante ſindicatum.in conſi.12.nu.5.
Sententia lata contra officialem recedentem ſini ſindicatu,ſtatim debet executioni demandari.in eod. conſi.12.n.17.
Sententia ſine actis non præiudicat.in cõſilio.14.numero.64.
Sententia non nocet non citatis. in eod. conſi. 14.num.66.
Sententia lata ſuper rebus maioricatus, non nocet ſucceſſoribus in tali maioricatu:præſertim ſi poſſeſſor non appellauerit.in eodem conſil.14.num.69.& plenius in conſi.18.num.9.
Sententia lata de conſenſu partium,impugnari poteſt quandocunque prætextu erroris.in conſi. 19.num.24.
Sententiæ antiquæ verbis ab arbitro latæ ſtandum eſt.in conſ.33.nu.1.& ſeq.fol. & ibi quid erit in ſentẽtia lata præſentibus partibus.
Sententia nulla dat cauſam præſcribendi in eod.conſi.33.num.23.
Sententiæ pro rectitudine præſumitur. in conſi.36.nu.2.
Sententia præſumitur ritè rectè quæ lata in conſi.40.num.11.
Sententia etſi in cauſa matrimonij numquam tranſeat in rẽ iudicatam,tamen ſententia quæ fertur ſuper illigitimitate filiorum benè tranſit in rem iudicatam.in eod.conſilio.40.num.17.
Sententię effectus debet ceſſare,ceſſante cauſa ſententiæ. in eodem conſili.40. nume.18.
Sententiæ verba ſemper ad ius commune ſunt reducenda. in conſilio.43. num.41.
Sentẽtia tranſlata in rem iudicatam, pro veritate habetur.in conſilio.50.numero.6.
Sententiæ inter alios latæ, quando plenè

nè in alia cauſa probent.in eod.conſil. 50.nu.7.

Sententia.vide in verb.actio oritur. & in verb.arbiter.& in verb.appellatio.& in verb.citatus. & in verb. clauſula rebus ſic ſtantibus.& in verb.emologatio. & in verb.læſio.& in verb.iudex eccleſiaſticus.& in verb.iudices ordinarij.& in verb.præſumptio.& in verb.ſucceſſor. & in verb. tranſactio.

Sequęſtratio,fructuum facienda eſt quando aduerſarius poſsidens illegitimus pronunciatus eſt.in conſi.40.num.4.

Ex ſequęſtratione nemini tollitur iꝰ nec poſſeſsio.in eod. conſi.40.nu.7.

Sexus. vide in verb.dictio ſexus.

Sigillum non facit ſcripturam priuatam authenticam,niſi habeat teſtes.in conſilio.33.num.6.

Sigillum vicioſum & corruptũ non probat.in eodem conſilio.33.num.8.

Sigillum quid debeat continere, ad hoc vt probet.in eodem conſi.33.num.8.

Sigillũ debet eſſe conſuetum.in eo.conſilio.33.num.9.

Sigillum plumbeum vel cereum,quando requiratur in priuilegio regio.in conſi. 46.nu.1.

Sigillum plumbeũ non requiritur in priuilegio, quando tale priuilegium habet regiam ſubſcriptionem.in eodem conſi.46.nu.4.

Sigillum. vide in verb. ſcriptura priuata.

Signum tabellionis non requiritur in prothocollo:nec eſt de eius ſubſtantia.in conſi.14.nu.6.

Signum.vide in verb. imbreuiatura. & in verb.inſtrumentum.& in verb.prothocollum.

Simile dici non poteſt,in quo aliqua diſſimilitudo ineſſe poteſt.in conſilio.29 nume.58.

Sindicatus.vide in verb.citatio.& in verb. iuramentum.& in verb.officialis. & in verb.ſententia.

Societas morte finitur.in conſil.43.nu.12.

Societas tacita non videtur cõtractu inter matrem viduam & eius filios:& ſi mul habitent,& bona in communi habeant,in eodem conſi.43.nu.13.

Socius.vide in verb.lucrum.

Solemnitas præſumitur interueniſſe in contractu vniuerſitatis ex tẽporis antiquitate.in conſil.15.num.7.fol. & ibi num.8.dicitur idem eſſe in contractu facto cum eccleſia.

Solemnitas ſeu forma,quando effectu cõſiderato nihil aut parum importat, eius omiſsio actum non ſubuertit.in cõſilio.32.num. 10.

Solemnitas leuis dicitur, quando aliquid non eſt ratione probabile.in eod. conſilio.32.num.15.

Solẽnitas legis ſubſtantialis non eſt, quando in lege nõ eſt appoſita clauſula ſubſtantialis.in conſilo.46.num.2.

Solicitator nõ poteſt eſſe teſtis in eadem cauſa,in qua fuit ſolicitator: ſiue ei ſit aſsignatum ſalarium vel non in conſil. 11.num.15.

Solitus fenerari agere poteſt ad intereſſe lucri ceſſantis.in conſi.12.nu.19.fol. & vide in verb.mercator.

Solutio per vaſſallos facta ſuo dño tẽporali,præſumitur facta ex titulis præcedẽtibus,etiam nullis.in conſi.15.nume.31.

Solutioni quando quis adiectus dicatur, vt non poſsit reuocari tale mandatum ſolutionis.in conſi.28.num.4.& per totum conſilium.

Solutio ꝙ non poſsit fieri vni ex illis, cui alternatim ſcriptura ex primitur, an operetur partis debiti perceptio.in eod. conſi.28.num.7.

Soluẽdi alicui facultas conceſſa non trãſit ad eius hęredes.in eo.conſi.28.nu.9.

Soluere qui promittit in certo loco,& nõ ſoluit,aduerſario tenetur ad intereſſe eius, quod ſua intereſt inibi ſolutionẽ non factam.in conſi.49.num.3.

Solutio.vide in verb.cõmiſsi pœna. & in ver.debitor.& in ver.dñi temporales. & in ver.hæreditas.& ĩ ver.hæres.& in ver. immemorialis.& in ver.mercator.& in ver.mutuans.& in ver.pactum.& in ver. ratificatio.& ĩ ver.vaſſalli.& ĩ ver.vxor.

Soror

Soror.vide in verb.matrimonium.

Species.vide in verb.genus.& in verb.interpretatio.

Spoliatus à iudice ſine cauſę cognitione ſeu iuris ordine omiſſo, debet ante omnia reſtitui. in conſi.12.nume.18.fol. & in conſil.25. num.3.

Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus. in eodem conſilio.25.nu.1.

Spoliatio quando non ſit facienda virtute regiæ facutatis. in eodem conſil.25. num.5.& ſequentibus.

Spoliatus conſentire non videtur.in eod. conſi.25.num.69.

Spoliatus.vide in verb.valor rei.

Spurius.vide in verb.nepos.

Statuta in generali capitulo ſunt præponenda ſtatutis in particulari capitulo. in conſi.17.nu.19.

Statutum cùm loquitur cum aliqua qualitate,niſi illa adſit qualitas, locum nõ habet.in eodem conſilio. 17. numero. vigeſimo ſecundo.

Statutum laicorum prohibens filium ſine licẽtia patris contrahere matrimonium,valet & tenet,& habet in ſe ſummam iuſtitiam. in conſilio.20.numero octauo.

Statutum fœminas excludẽs,qualiter intelligatur.in conſil.29.num.17.

Satutum.vide in verb.capituli conſenſu. & in verb.confraternitas.& in verb.legatus.& in verb.vniuerſitas.

Stilus notariorum non conſideratur. in conſi.2.num.71.

Stipulatio eſt contractus nominatus. in conſilio.26.num.15.

Stipulationis ad eſſentiam , an verba requirantur de iure regio. in eod. conſil. 26.nu.17.

Stipulari alteri,an quis poſsit de iure regio.in eod.conſil 26.nu.18.

Stipulatio.vide in verb.donatarius.

Subſtitutio,ſemper dici poteſt, quòd nõ loquitur in hoc caſu.in conſilio.29.nu. 46.fol.. .& contrarium dicenti incumbit onus probandi.in conſil.34.nu. 14.&.21.

Subſtitutio de vno caſu ad alium trahenda non eſt:quando ex hoc ſequeretur, quòd minus dilectus prę feratur magis dilecto.in eod.conſil.29.num.53.

Subſtitutio in certis caſib⁹aliquos ad ſucceſsionem vocans,ad alium caſum nõ eſt trahenda ad excluſionem aliarum perſonarum. in eodem conſilio. 29. numero.64.

Subſtitutio đ vna perſona facta ad aliam extendi non debet:etiam ex teſtantis veriſimili mente.in conſi.34.nu.13. fol. .& vide in verb. diſpoſitio.

Subſtitutis primò onus impoſitum , non cenſetur adiectum aliis poſt ſubſtitutis.in eod. conſilio.34.num.16.

Subſtitutio eſt onus fideicommiſsi. & ideo non debet extendi niſi ad perſonas expræſſas.in eod. conſi.34.num.17.

Subſtitutio alicui facta ſi deceſſerit ſine fratre expirat,ſi obiit cum fratre.in eodem conſi.34.num.22.

Subſtitutio expirat vbi fit Titio ſi ſine filiis vel fratribus deceſſerit,ſi Titius cũ filiis aut fratribus obierit: & ſi filij ſine filiis deceſſerint:& non extenditur ad filios fratres ve fratruũ:& ſi vocati ſunt in eod.conſ.34.nu.28.

Subſtitutus poſtremò bona alienari prohibita,alienare poterit.in eod.conſilio 34.num.35.

Subſtitutio perpetua cenſetur , & non ſufficit ſemel verificari.in conſilio.14.nu. 1.fol. .& vide in verb.conditio.

Subſtitutus admittitur etiam data caducitate.in eodem conſi.14.nu.3.

Subſtitutio & ſubſtitutus. vide in verb. deſcendentes.& in verb.dilectus. & in verb.filius.& in verb. familiæ conſeruatio.& in verb.præſcriptio.& in verb. primogenitus.& in verb.ſubſtitutus.& in verb.verba.

Subſcriptio. vide in verb. conſuetudo. & in verb. metus. & in verb. prothocollum. & in verb. ſigillum.

Succeſsio non trahitur retro. in conſilio. 29.nu.54.

Succeſsio parentum, quãdo equiparetur ſucceſ-

ſucceſsioni filiorum.in conſilio.34. numero.11.
Succeſsio.vide in verb.conſeruatio. & in verb.filia.& in verb.maioricatus. & in verb.teſtator.
Succeſſor in maioricatu poteſt appellare à ſententia lata contra ſuum prædeceſſorem.in conſi.14.num.70.
Succeſſores.vide in verb.alienatio. & in ver.maioricatus.& in ver.præſcriptio. & in verb.ſententia.
Superflua.vide in verb.verba.
Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.in conſi.50.num.16.
Suſpitio.vide in verb.metus.

T

Taxatio.vide in verb.intereſſe.
Tabellionis aſſertio multum conſideratur in explicanda ſeu declarãda ſcriptura,corã eo confecta.in conſi.2.n.83.
Tabellioni aſſerenti in inſtrumento, aliquem eſſe ſanæ mentis, non creditur. in conſil.11.nume.17.
Tabellio poteſt ante traditas ſcripturas partibus, eas corrigere ſigne falſitatis pœna.in conſi.13.nu.1.
Tabelliones numerarij cẽſentur à dominis temporalibus nominati ad totam vitam. in conſi. 21.nume.2.
Tabellio.vide in verb.clauſulæ. & in ver. & in verb.conſuetudo.& in ver.domini temporales.& in verb.notarius.& in verb.prothocollum. & in verb.teſtamentum.
Tacens & non contradicens conſentire videtur.in conſ.2.num.13.
Taciturnitas alicuius an ſufficiat, quando agitur de eius præiuditio. in conſil.14. nume.45.
Tempus decurſum propter fraudem aduerſarij,non nocet.in conſi.37.num.12.
Tempus.vide in ver.impedito.& in verb. prohibitum.& in verb.retractus.
Terminus legalis.vide in verb.iudex.& in verb.retractus.
Termini vniuerſitatis qui non ſunt ad vſum publicum deſtinati poſſunt præſcribi.in conſil.16.num.19.
Termini vniuerſitatis.vide in verb.domini temporales.& in verb.populus.& in verb.princeps.& in verb.vniuerſitas
Terræ cultæ de nouo reducendæ ſunt ad paſcua.in conſi.42. num.1.
Tertia pars.vide in verb.pater.
Tertij ius allegari poteſt.in conſ.17.nu.26
Tertius ſe liti opponens,iudicem ex ſua perſona recuſare poteſt.in cõſi.18.n.10.
Tertius ſe liti opponens poteſt opponere exceptionem peremptoriam competentem ex ſua perſona, & ſi principali non competat.in eodem conſilio.18. nume.11.
Tertius ſe liti opponens etiam teſtibus publicatis poteſt teſtes ꝓducere ſuper eiſdem articulis.in eod.conſil.18.nu.12
Tertius.vide in verb. conditio.& in verb. confraternitas.& in verb. donatarius. & in verb.melioratio..& in verb. iuramentum.& in verb.poſſeſsio.& in ver. vniuerſitas.
Teſtamentum à patre inter filios confectum non eſt neceſſum quòd ad ſui validitatem & ſolemnitatem (etiã quantum ad inſtitutionem & legata ) coram teſtibus legatur( ex communi doctorum ſententia ) & ſi extraneorum teſtamenta ſint de neceſsitate legenda.in conſilio.1.num.8.
Teſtamẽtum paternũ ſat dicitur coram teſtibus lectum fuiſſe, cùm ipſe pater coram ipſis teſtibus ſuam explicuit voluntatem.in eod.conſ.1.num.3.
Teſtamentum inter extraneos confectũ quando non requiratur quòd legatur. in eod.conſi.1.nu.4.
Teſtamentũ à marito & vxore ſimul confectũ poteſt à ſuperuiuẽti pro eius parte reuocari.in cõſ. 2.n.14.& .16.ibi nu.21.32. &.33.ponitur,quid erit,ſi ſuperuiuens aliquid ſit conſequutus pro non reuocando teſtamento.

Teſtamentum principis conſenſu confectum ad libitum poteſt reuocari ſine eius conſenſu.in eodem conſilio.2. numero.19.

Teſtamentum quandocúnque reuocari poteſt. etiam ſi ab hæredibus ſit approbatum in eodem conſil.2.nu.22.&. 25. Vbi ponitur,idem eſſe etiam ſi pactū vel iuramentum ſit in contrarium appoſitum.

Teſtamentum non cenſetur contractus, cùm reuocari poſsit.in eodem conſi.2 nu. 42.&.46.

Teſtamentum habet tacitam conditionem,niſi à teſtatore reuocetur.in eod. conſi.2.num.50.

Teſtamentum liberè exiſtimandum eſt fuiſſe confectum,non verò metu nec illicitis perſuaſionibus.in conſi.7.nu.7.

Teſtamentum poteſt fieri ad interrogationem tabellionis. in eodem conſi.7. nu.15.& ſequentibus.

Teſtamentū.nota quòd titulus.C.de his qui ſibi à ſcrib.in teſta.non procedit in teſtamento nuncupatiuo coram teſtibus confecto.in eod.conſi.7.num.16.

Teſtamentū à quo præſumatur eſſe ſciſſum ſeu cancellatum in conſi.11.nu.1.

Teſtamentum quando valeat etiam ſi ſit ſciſſum vel cancellatum.in eod.conſi. 11.num.2.

Teſtamentum cōfectum per teſtatorem vi vel ſuggeſtione alicuius non valet nec tenet in præiuditium alterius hæredis inſtituti in alio priori teſtamento.in eod.conſi.11.num.22.

Teſtamentum.vide in ver.approbare. & in verb.dilectio.& in verb.error. & in ver.executor.& in verb.hęres.& in ver. inſtitutio.& in verb.iudicandum.& in verb.mens.& in ver.onus.& in ver.pater.& in ver.producens. & in verb.teſtator.& in verb.verba.

Teſtandi facultas.vide in verb.pater.& in verb.reſeruatio.

Teſtari quam prohibitum quomodo probetur.& quæ requirantur.in conſilio.7. nume.11.

Teſtari.vide in verb.prodigus.

Teſtati cauſa facit ceſſare cauſam inteſtati.in conſi.7.nu.1.

Teſtatoris in voluntate præſumenda ſubaudiri nihil debet.in conſi.2.nu.6.

Teſtator ſępiſsimè poteſt eius voluntatē declarare.in eod.conſi.2.nu.8.

Teſtatoris declarationi ſtandum eſt,& ſi ſit erronea.in eod.conſi.2.nu.11.

Teſtatorem an liceat ſuadere perſuaſionibus leuibus blanditiis quæ verbis ad teſtandum.in conſi.7.num.14.

Teſtator præſumitur ſanæ mentis, cùm teſtamentum facit:niſi contrariū probetur.in conſi.11.nu.4.

Teſtator bona fideicommiſsi ante hęredi ſuo donata legare poteſt.in conſi.14 nume.27.

Teſtatoris ſeu diſponentis gloſa cùm reperitur,nulla alia admittitur explicatio.in conſi.25.nu.38.

Teſtator vbi cōtraria diſponit in eodem teſtamento,ſtandum eſt poſteriori voluntati teſtatoris, maximè fauore magis dilecti.in conſi.27.nume.20.&.30.

Teſtatoris diſpoſitio non eſt ita interprętanda,quòd minus dilectus magis dilecto in ſucceſsione præferatur: etiam ſi verba teſtatoris improprietur.in eodem conſi.27.nu.27.

Teſtatoris mens ſequēda eſt in ſucceſsionibus.in conſi.29.nu.18.

Teſtator ſecundū ius cōmune diſponere cenſendum eſt.in eod.conſil.29.nu.21.

Teſtator quod non loquitur,velle nō præſumitur.in conſi.34.num.12.Et vide in verb.diſponens.

Teſtator ſeu diſponens, quando non cōſideretur,ꝙ ita diſpoſuiſſet,ſi interrogatus fuiſſet.in eo.conſil.34.nu.29.& ſeq.

Teſtatorem inteſtabilem voluiſſe decędere non eſt præſumendum.in conſil. 43.nu.29.

Teſtator.vide in ver.declaratio. & in ver. dilectus.& in verb.electio.& in ver.error.& in ver.furioſus.& in ver.inſtitutio.& in verb.mens.& in ver.metus. & in ver.miſsio.& in verb.ordo.& in ver. ratio.

ratio.& in verb.voluntas.
Teſtes ſufficit implicitè teſtantis ſcire voluntatem.in conſi.1.nu.6.&.9.
Teſtes concordes cum inſtrumento pręferuntur teſtibus contrarium deponentibus.in conſi.3.nu.88.
Teſtes de tractatu contractus deponentes non probant contractum. in eodẽ conſi.3.nu.91.& ſequentib.
Teſtium rationes conſiderandæ ſunt. in conſil.7.num.2.
Teſtes de dementia ſeu furore deponentes debent redere rationem ſui dicti, alias non probant.in eod.conſil.7.nu.3. & idem dic in teſtibus deponentibus de ſanamente.vt in conſi.11.num.20.
Teſtes de ſanamente deponentes pręferũtur teſtibus de furore deponentibus in eod.conſi.7.num.4.& in cõtrarium videas.in conſi.11.num.8.
Teſtes de metu deponentes qualiter, & quando præferantur.in eo.conſ.7.n.12.
Teſtis eſſe non poteſt,quando ei ſequeretur ex eius dicto opprobium vel laus. in conſil.11.num.16.
Teſtes cõteſtes cenſeri debent,& non ſingulares:& ſi vnus deponat de loco & tempore,& alius ſine tempore & loco in conſi.14.num.51.
Teſtes non requiritur,quòd deponant de auditu auditus ad probandam præſcriptionẽ immemorialẽ.in conſ.16.nu.15.
Teſtes deponentes de locatione præferuntur teſtibus in contrarium deponẽtibus.in eod.conſi.16.nume.18.
Teſtes quãdo recipi poſsint publicatis atteſtationibus & ſuper eiſdem articulis vide in verb.tertius.
Teſtes deponentes de cõſanguinitate antiqua,debẽt deponere de fama.in cõſ. 29.num.69.
Teſtes in ſpetiæ deponentes præferuntur teſtibus in genere deponentibus.in cõſilio.36.num.6.
Teſtes cuius ætatis & qualitates eſſe debent ad probandam immemorialem. in conſ.42.num.3.
Teſtis inimicus non poteſt eſſe teſtis. in conſi.43.num.19.
Teſtis depoſitio alterius litis nõ facit plenam fidem in alia lite. in eodem.conſ. 43.num.20.
Teſtes deponentes per verbum *videtur*, non probant.in eod.conſi.43.num.21.
Teſtis dictum non concludit, cuius ratio non eſt ſufficiens. in eodem conſilio. 43.num.22.
Teſtes.vide in verb.aduocatus.& in verb. feudum.& in verb. immemorialis. & in verb.inſtrumentum.& in verb. lęſio & in verb.lucrum.& in verb.matrimonium.& in verb.minor.& in ver. ſolicitator.
Teſtes omni exceptione maiores. vide in verb.matrimonium.
Teſtes duo.vide in verb. confeſsio extraiudicialis. & in verb.inſtitutio. & in verb.voluntas.
Teſtes ſingulares non probant.in conſil.3. num.89.
Teſtes ſingulares.vide in verb.aditio.& in verb.approbatio.& in verb.furioſus. & in verb.mala fides.& in verb.voluntas.
Teſtes de auditu.vide in verb. conſanguinitatis probatio.
Titulus cum quadraginta annis tantum operatur ſicut immemorialis.in conſi. 40.num.10.
Titulus non requiritur,quòd allegetur in conſuetudine:& ſi in præſcriptione requiratur eius allegatio. in conſilio.50. nume.18.
Titulus.vide in verb.dotis.& in ver.fides bona.& in verb.filius.& in verb.immemorialis.& in ver.poſsidens.& in ver. præſcriptio.
Tonſura. vide in verb. clericatus.& in verb.conſuetudine.
Tractantur multa,quæ non perficiuntur. in conſi.3.nu.90.
Tranſactio & ſentẽtia ſunt extricti iuris: & non extenduntur ad perſonas nec ad res in eis non expreſſas.in conſ.10.numero.23.& ſequentib.
Tranſactio iure diruitur, cùm læſus quis fuerit enormiſsimè non tantum vltra dimi-

dimidiam, ſed in toto, & in his ſuper quibus contentio non erat. in conſilio. 19. num. 1.

Tranſactio non eſt, ex quo nihil in ea datur, aut retinetur. in eodem conſilio. 19. num. 4.

Tranſactio non dicitur, & ſi in ſcriptura fiat mentio tranſactionis. in eod. conſilio. 19. num. 5.

Tranſactio. vide in verb. emologatio. & in verb. intellectus. l. 2. C. de reſcind. vendi. & in ver. læſio.

Tranſuerſalis. vide in verb. fratres. & in verb. linea.

Tributa. vide in ver. intellectus. & in ver. miles. & in verb. priuilegium.

Tutor in exigendis debitoribus pupillaribus tantum tenetur de dolo & lata culpa. in conſ. 43. nume. 48.

Tutor. vide in verb. inuentariū. & in verb. minor. & in ver. proteſtatio. & in verb. vidua.

# V

VALOR rei per aliquem ſublatæ probatur iuramento ſpoliati. in conſi. 12. num. 20.

Valor. vide in verb. extimatores. & in ver. iudex. & in verb. melioria.

Variatio locum habet data electione ex contractu. in conſilio vigeſimo. numero. 21.

Vaſalli non ſunt obnoxij recipere dominum ſuum in hoſpitem in ſuis domibus, nec eis hoſpitium dare. in conſi. 3 num. 97.

Vaſſalli conſtringuntur obſeruare conuentionem cum ſuo domino factam in conſi. 15. nu. 6.

Vaſſalli tenentur ſuis dominis temporalibus ſoluere, quæ à tempore immemoriali eis præſtiterunt. in eo. conſi. 15. nu. 11. 15. & ſequentibus.

Vaſalli non præſumuntur contractū metu feciſſe cum ſuo domino temporali. in eod. conſ. 15. nu. 29. & ſeq.

Vaſalli. vide in verb. domini temporales. & in verb. immemorialis. & in verb. intellectus. l. Madri. & in verb. princeps. & in verb. ſolutio.

Vectigal præſcribi poteſt. in conſilio. 15. num. 16.

Venditio præſumitur bona fide facta. in conſil. 4. nu. 20. & ſeq.

Vendita res præſumitur pro equiualenti prætio. in eod. conſ. 4. num. 24.

Vendens aliquam rem ſi eam non poſſidet, eius poſſeſsionem tradere non poteſt. in conſ. 37. nu. 18.

Venditio. vide in verb. hypothecaria. & in verb. litigioſa. & in verb. maioricatus. & in verb. poſſeſſor. & in verb. retractus. & in verb. reſtrictiua verba. & in verb. ſententia. & in verb. teſtator.

Verba vniuerſalia generaliter intelligenda ſunt: & compræhendunt caſus etiam priuilegiatos. in conſilio. 9. numero quinto.

Verba cui non conueniunt, non conuenit diſpoſitio. in conſil. 25. num. 27.

Verba teſtamenti ſunt ad cōcordiam reducenda, vt error euitetur. in conſi. 27. num. 11.

Verba inferiora ad proxima pręcedentia tantum ſunt referēda, & non ad remota: maximè ſi aliqua correctio vel contrarietas adſit. in eod. conſil. 27. nu. 13.

Verba appoſita in ſubſtitutione non debent eſſe ſuperflua. in eod. conſ. 27. n. 15

Verba ſunt interprętanda: prout veriſimile eſt, partes ſecundum rei naturam voluiſſe. in conſi. 32. num. 12.

Verba enūciatiua emiſſa propter ſe probant inter eaſdem perſonas. in cōſ. 33. n. 3. fol.    . & prius in conſi. 15. num. 1.

Verba per modum cauſę prolata, diſpoſitionem inducunt. in conſ. 44. num. 9.

Verba laudi & ſententiæ arbitrorum piæiudicant non contradicentibus laudo. in conſ. 15. num. 2.

Verba. vide in verb. dictio. & in verb. & in verb. diſpoſitionis verba. & in verb. donatio

natio regia.& in verb.error.& in verb. priuilegiũ.& in verb.ſcripturę verba.& in verb.ſtipulationis.& in ver.ſententiæ verba.

Veritas. vide in ver. iudicandum.

Veriſimilitudo in omnibus attẽdi.debet. in conſi.3.nu.3.fol. .& in cõſ.37.nu.5.

Veriſimilitudo.vide in ver.interpretatio

Via ordinaria ſeu executiua.vide in verb. maioricatus.& in verb.ordinaria.

Via publica cuilibet irelicet.in cõſ.8.n.6.

Vniuerſitas obligatur ex proprio contractu.in conſi.15.num.5.&.38.

Vniuerſitas nõ poteſt facere ſtatutũ, quo aliqui d̃ ciuitate aut vniuerſitate ad eius paſcua ſeu commoda & officia ſeu ad alios honores admittantur, & alij excludantur. in conſil. 47.nu.6.

Vniuerſitas ſeu collegiũ nihil iniuſtè facere poſſunt, ſeu in odium certæ perſonæ.& ſi maior pars illud vellit: & à tali ſtatuto appellari poteſt.in eo.conſ.47. nu.8.& ſequentibus.

Vniuerſitas.vide in verb.contractus.& in verb.diuiſio.& in verb.domini temporales.& in ver.gabellæ.& in ver.pręſcriptio.& in verb.princeps.& in ver.priuilegium.& in verb.reſtitutio.& in verb. ſolemnitas.& in verb.termini.

Vidua tutrix filiorũ ſi aliquid emit, videtur emere ex propriis bonis, non verò ex bonis mariti, nec ſuorum pupillorũ in conſ. 43.num.1.& ſeq.

Viuere quis præſumitur vſque ad centum annos.in conſil.27.num.1.

Vocatus.vide in verb.ciuitas.& in ver.dilectus.

Voluntas non ſufficit, quòd de ea cõſtet, niſi adſit tempore quo actus fit.in cõſi. 6.num.6.

Voluntas teſtatoris probatur, ex his quæ teſtator dixit extra teſtamentũ.in cõſ.7 nu.13.fol. .& in conſ.14.num.50.

Volũtas teſtatoris quæ ex dictis extra teſtamentum colligitur, duobus teſtibus probari poteſt.in conſ.27.nu.7.

Voluntas teſtatoris teſtibus ſingularibus probatur.in eod.in conſ.27.num.24.

Volũtas teſtatoris non exceditur ad odioſos ipſi teſtatori.in eod.conſi.27.nu.26

Voluntas teſtatoris quando poſsit eſſe in pendenti.in conſi.32.nume.18.

Voluntas potius facto quàm verbis apparet.in conſi.33.num.13.

Voluntas.vide in verb.mẽs.& in verb.ordo.& in ver.teſtator.

Vſurarius contractus in dubio non præſumitur.in conſi.49.num.14.

Vſura.vide in ver.intereſſe.& in ver.mercator.& in ver.negotium alterius.& in verb.ſoluere.& in verb.vxori.

Vſus contrarius ſcripturę derogat ſcripturam.in conſ.33.nu.16.

Vſus communis loquendi attendi debet in conſ.46.num.13.

Vſus.vide in verb.obſeruantia.& in verb. priuilegium.

Vſusfructuarius proprietatẽ alienare minimè poteſt.in conſ.26.num.1.

Vſusfructuarius nõ poteſt legare rem, in qua habet vſumfructũ. in conſi.38.n.8.

Vſufructus.vide in verb.reſeruatio.

Vtilitas publica priuatorum pactis tolli non poteſt.in conſi.10.num.16.

Vxor etiam ſi ſit hæres mariti, defuncti, poteſt vendicare fundum dotalẽ à ſuo marito alienatum.in conſi.2.num.35.

Vxor ſoluto matrimonio per mortẽ mariti, poteſt ſibi ipſi dotẽ ſoluere:& idem dicitur in quolibet poſſeſſore rei hæreditariæ.in conſ.4.num.8.

Vxor per mortem viri, poteſt vti retẽtione bonorum mariti pro dote ſua & arriis.in eod.conſi.4.num.19.

Vxori viduo reſtitui debent dos & arræ cum vſuris.in eod.conſ.4.nu.28.

Vxor cõſtante matrimonio præſumitur effecta diues ex propriis bonis, non verò ex bonis ſui mariti. in conſ.43.nu.4. cum multis ſeq.

Vxoris cõfeſsioni an ſtetur ꝙ arræ excedebant decimã partẽ bonorũ mariti tẽpore ꝓmiſsionis.in eod.cõſ.43.num.50.

Vxor.vide in ver.emptio.& in ver.maioricatus.& in verb.maritus.& in ver.pater.& in verb.teſtamentum.

G-F 1385

BIRGO
de Paz.
Conſejos

G-E 1388